ܟܬܒܐ ܕܐܟܠܣܝܣܛܝܩܘܢ :

ܕܥܒܕܗ

ܠܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ . ܕܗܘ ܐܒܘ ܠܦܪܓ ܀

Abul Faraj, Gregorius.

GREGORII BARHEBRÆI

CHRONICON ECCLESIASTICUM

QUOD

E CODICE MUSEI BRITANNICI DESCRIPTUM CONJUNCTA OPERA EDIDERUNT,
LATINITATE DONARUNT ANNOTATIONIBUSQUE THEOLOGICIS, HISTORICIS, GEOGRAPHICIS
ET ARCHÆOLOGICIS ILLUSTRARUNT

JOANNES BAPTISTA ABBELOOS

S. THEOLOGIÆ DOCTOR, ACAD. RELIG. CATH. ROMANÆ ET SOCIETATIS ASIATICÆ PARIS. SODALIS,
S. SCRIPT. AC LINGUÆ HEBR. IN MAJ. SEM. MECHLIN. PROFESSOR

ET

THOMAS JOSEPHUS LAMY

S. THEOLOGIÆ DOCTOR, ECCLES. CATHEDRAL. NAMURCEN. CAN. HON.,
HERMENEUT. SACRÆ AC LINGG. ORIENTT. IN UNIV. CATH. LOVAN. PROFESSOR

TOMUS I

LOVANII

EXCUDEBAT CAR. PEETERS

1872

ܡܬܟܐ ܕܐܩܠܣܝܣܛܝܩܘܣ

GREGORII BARHEBRÆI

CHRONICON ECCLESIASTICUM

—

ܦܠܓܐ ܕܐܟܠܣܝܣܛܝܩܝ :

ܕܚܫܟ

ܠܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ، ܕܗܘ ܐܦ ܒܪ ܥܒܪܝܐ ◆

GREGORII BARHEBRÆI

CHRONICON ECCLESIASTICUM

QUOD

E CODICE MUSEI BRITANNICI DESCRIPTUM CONJUNCTA OPERA EDIDERUNT,
LATINITATE DONARUNT ANNOTATIONIBUSQUE THEOLOGICIS, HISTORICIS, GEOGRAPHICIS
ET ARCHÆOLOGICIS ILLUSTRARUNT

JOANNES BAPTISTA ABBELOOS

S. THEOLOGIÆ DOCTOR, ACAD. RELIG. CATH. ROMANÆ ET SOCIETATIS ASIATICÆ PARIS. SODALIS,
S. SCRIPT. AC LINGUÆ HEBR. IN MAJ. SEM. MECHLIN. PROFESSOR

ET

THOMAS JOSEPHUS LAMY

S. THEOLOGIÆ DOCTOR, ECCLES. CATHEDRAL. NAMURCEN. CAN. HON.,
HERMENEUT. SACRÆ AC LINGG. ORIENTT. IN UNIV. CATH. LOVAN. PROFESSOR

TOMUS I

LOVANII

EXCUDEBAT CAR. PEETERS

1872

APPROBATIO ORDINARII.

Imprimi potest.

Mechliniæ, die 1ª Julii, 1872.

J.-B. LAUWERS, VIC. GEN.

VIRO . ILLUSTRISSIMO

JOANNI . THEODORO . BEELEN

S . S . D . N . PII . PAPÆ . IX . AB . INTIMO . CUBICULO

S . CONGREG . IND . CONSULTORI

S . THEOL . DOCTORI

ECCLES . CATHED . LEOD . CANONICO . HONORARIO

ORDINIS . LEOPOLDI . EQUITI

SACRÆ . SCRIPTURÆ . ET . LINGG. ORIENTT. PROFESSORI

IN . UNIVERSITATE . CATHOLICA . LOVANIENSI

QUI . PRIMUS . IN . BELGIO

LITTERAS . SYRIACAS . INDE . A . TRIBUS . FERE . SÆCULIS . IBI . COLLAPSAS

SCRIPTIS . AC . DOCTRINA . INSTAURAVIT

HOC . BARHEBRÆI . CHRONICON

D . D . D .

DISCIPULI . OBSERVANTISSIMI

JOANNES . BAPTISTA . ABBELOOS

ET

THOMAS . JOSEPHUS . LAMY

PRÆFATIO.

Postquam annis abhinc pæne tribus, evulgato programmate polliciti eramus GREGORII BARHEBRÆI *Chronicon ecclesiasticum* a nobis editum iri, contigit varias ob causas, quas hic recensere supervacaneum sit, ut opus horis subcesivis elaboratum opinione nostra lentius procederet. Ast cum nunc tandem pars haud exigua prælo exierit et spes adsit eam quæ excudenda superest, Deo favente, ocius secuturam, existimavimus moram non ulterius trahendam atque hoc tomo primo diuturnæ exspectationi esse respondendum.

Præfatio nostra ad duo capita revocatur, quorum unum est de *Chronici* auctore, alterum de methodo ac norma in adornando libro adhibita. Ad prius quidem quod attinet, cum agat de BARHEBRÆI vita, scriptis, fide et secta, quæ sane omnia cuique litteris orientalibus operam navanti perspecta habentur, id hoc loco lubenter a nobis prætermissum fuisset, nisi ii quoque essent operis nostri fautores, litterati et docti, in re tamen Syrorum litteraria haud ita versati, qui illa suo quodammodo jure desiderent. Itaque ut ejusmodi votis fiat satis, notitia singulorum quae lectioni *Chronici* Barhebræani prærequisita videantur, breviter quoad ejus fieri poterit, in limine proponetur.

Barhebræi nomina; Gregorius Abu'l Pharagius[1] Ben-Aaron a Syris vocari solet Bar Hebræus, sive Hebræi filius : quod nomen cur illi adhæserit nullo adhuc certo documento constare arbitramur; etsi illud inde originem habuisse, quod pater ejus e religione judaica ad Christianismum in secta Jacobitica profitendum transierit, conjectura est veri simillima.

ætas et patria; Hanc lucem primum aspexit anno æræ Christianæ 1226, in urbe Melitina sive Malatia, Armeniæ minoris metropoli, a nascentis Euphratis fluentis parum distante, quæ erat incolis, præsertim christianis, frequentissima[2], quæque superiori sæculo ediderat duumviros apud Jacobitas doctrina et scriptis nobiles, Michaelem patriarcham et Dionysium Barsalibæum.

genus et institutio. Barhebræi genitor Aaron, professione medicus, inter primarios Melitinæ cives computabatur et filium suum litteris a pueritia curavit imbuendum, qui ut erat acris ingenii, universa disciplinarum genera strenue aggressus est : «linguis primum Græcæ, Syriacæ et Arabicæ operam dedit; mox philosophiæ ac theologiæ cursu emenso, medicinam sub patre aliisque ejus ætatis celeberrimis, quos ipse in libris suis laudat, medicis coluit : quibus in studiis quantum excelluerit scripta ejus declarant[3].» Dum vero studiis in urbe patria tranquille vacabat, ad bellorum calamitates fere continuas a Sarracenis, Græcis, Francisque Armeniæ et Syriæ incumbentes, nova accesserunt mala, novæ direptiones ex parte Tatarorum Mogulensium, totam Asiam a Perside usque ad Palæstinam igne ferroque vastantium,

[1]) Fallitur Bernsteinius, ubi in *Chronici syriaci specimine*, Lipsiæ 1822, p. 3, hæc scribit : « *Abu'lfaragius*, h. e. pater Faragii dictus est, cognomento ex Arabum more ab ipsius filio, « *Faragio*, sumpto.» Nam quod Barhebræus liberos habuerit nullo uspiam documento insinuatur, cum e contra ab ipso vitam cœlibem ductam perpetuo fuisse argumentis evincatur plurimis. Antequam, annos viginti natus, ad episcopatum promoveretur, monachi habitum susceperat, adeoque ad castitatem servandam lege Jacobitica adstringebatur; episcopi vero e monachis eligebantur, et si quis monachus habitum suæ professionis exuisset, is porro ad ordines sacros promoveri vetabatur. Hæc statuta, a veteribus accepta, refert ipse Barhebræus in *Nomocanone*, p. I, cap. VII, sect. X, apud Mai : *Scriptt. Vett. nova collect.* tom. X.

[2]) Videsis infra, pp. 423-424.

[3]) Jos. Sim. Assemanus, in opere : *Bibliotheca Orientalis, Clementino-Vaticana*, Romæ 1719-1728, tom. II, pag. 244.

ita ut terroribus cædibusque atrocior ætas vix unquam ulli regioni adfuerit. Quapropter sibi suisque consulere volens, Gregorii pater cum familia sua profectus est Antiochiam anno 1243; ibique juvenis prope civitatem vitam anachoreticam aliquandiu duxit in specu, ubi a sectæ suæ patriarcha Ignatio Saba seu David visitatus fuit. Postea Tripoli, Phœniciæ urbe maritima, una cum Saliba Vagio Bar-Jacob jacobita Edesseno, sub disciplina Jacobi cujusdam, Nestoriani hominis, rhetoricæ et medecinæ operam impendit. Hinc Ignatius patriarcha ambos, episcopali dignitate dignos ratus, Antiochiam accivit; et Barhebræus quidem, annos natus viginti, præfectus fuit ecclesiæ Gubensi, Melitinensi territorio conterminæ, consecratus episcopus in festo salutiferæ crucis die 14 septembris anni 1246. Vix anno uno elapso, ex Guba ab eodem patriarcha translatus est ad sedem vicinæ civitatis Lacabenæ, quam tenuit per annos circiter septem. Contigit interea patriarchæ obitus, cumque duo summæ dignitati inhiarent, schisma exortum est inter Jacobitas. Contra Joannem Bar-Maadani, partes Dionysii Angur amplexus est Bar-Hebræus, ac ab isto, ad solium patriarchale exaltato, anno 1253 translatus fuit ad episcopalem cathedram urbis Berrhœæ sive Alepi, Antiochiam inter et Hierapolim emporii in Syria celeberrimi. Hanc vero ecclesiam initio pacifice regere non potuit; nam cum Jacobitarum in Oriente primas, Gregorii nostri olim in urbe Tripoli condiscipulus, erogata ampla pecuniæ summa, a soltano Damasceno edictum impetrasset quo sibi ecclesia Berrhœensis concedebatur, Barhebræus eam relinquere coactus in ædibus patris sui, qui ex Melitina Alepum recens domicilium transtulerat, aliquandiu habitavit; post vero ad monasterium Barsumæ juxta Melitinam apud patriarcham suum se recepit; deinde anno uno vel altero elapso, ipse Damascum profectus est, et mox, versis vicibus, soltanum ita suis partibus conciliatum invenit, ut Dionysius patriarcha proclamaretur in tota Syria necnon in ditione soltani Iconii, ipse vero in officio episcopali Alepi restitueretur.

Anno 1258 urbe Bagdad a Mogulensibus, quibus imperabat Hulachus,

Genghiskhani nepos, expugnata, et interfecto Calipha, finem accepit Abassidarum dynastia. Inde universa Mesopotamia et Syria ab exercitibus dire vastata fuerunt; capta quoque fuit Alepi civitas ab ipso Hulacho, dumque hunc, pro suis deprecaturus, adierat Barhebræus, magna strages Græcorum et Jacobitarum intra civitatem peracta est a Mogulensibus[1]. Barhebræus Alepi permansit usque ad annum 1264, quo temporis intervallo civitatis dominium iterum transiit ad Sarracenos, atque a Mogulensibus denuo recuperatum fuit.

Constituitur maphrianus. Anno autem 1264 interfuit Barhebræus electioni novi patriarchæ, Ignatii III seu Josue. Is porro diœcesi Orientis, id est, Mesopotamiæ orientalis, Chaldææ et Assyriæ, maphrianum seu primatem, quo illa jam a sexennio ob bellorum tumultus orbata erat, destinare cupiens, Barhebræum ad hanc dignitatem, quæ Jacobitis prima est post patriarchalem, magno cum ceterorum applausu promovit. Contigit hoc die decima nona Januarii in urbe Sis, regia Ciliciæ civitate, præsentibus episcopis Jacobitis, Aytono rege Armenorum ejusque filiis ac magnatibus, una cum populi multitudine, episcopis quoque et doctoribus Armenorum. Supererat maphriano ut a potestate civili diploma impetraret, quo in dignitate confirmaretur. A quo enim tempore Mohammedanorum potestati subjectus fuit Oriens christianus, hujusmodi diploma, quod nonnisi exacta pecuniæ summa concedebatur plerumque, necessarium erat ut patriarcha in partibus occidentalibus, maphrianus in partibus orientalibus, posset in subditos jurisdictionem libere exercere eorumque litigantium causas ex legibus antiquis judicare. Quale privilegium a novo dynasta petiturus, adiit Barhebræus potentissimum Mogulensium regem sive khanum, Hulachum, cujus favorem sibi conciliavit et a quo tria obtinuit diplomata, sibi scilicet, patriarchæ et Jacobitico Cæsareæ in Cappadocia episcopo.

Mox in Orientem profectus, latissimam suam diœcesin crebris itineribus lustravit, atque in illius regimine ita versatus est, ut paci et prospe-

[1]) Cfr. *Barhebræi Chronicon Syriacum*, quod conjunctim ediderunt P. J. Bruns et G. G. Kirsch, Lipsiæ, 1789, tom. I syriaci pag. 533, tom. II latini pag. 555.

ritati, ab ipso Christianis infausta illa ætate procuratæ, merito inviderent qui in Syria, Armenia atque Cilicia, immediate suberant jurisdictioni patriarchali. Inutile plane foret singula recensere quæ exinde per annos plus quam viginti peregit; hæc enim continua serie et sine ullo fuco in altera Chronici sectione auctor ipse enarrat. Labores sane subiit magnos, ecclesias plures et cœnobia aut instauravit aut a fundamentis excitavit; episcopos duodecim constituit, atque in iis eligendis eam laudem sibi promeruit quod, affectum humanum despiciens, viros prætulerit qui doctrina essent conspicui et moribus præstarent.

Moritur. Demum, annos natus sexaginta, obiit die 30 Julii 1286 in urbe Maraga, Adorbiganæ, provinciæ Persidis, civitate, in quam nuper ex Mossulo advenerat, ibique exsequias illius solemniter celebrarunt non solum pauci qui aderant Jacobitæ, sed etiam Nestoriani, Græci et Armeni, prout nobis a Barsuma Saphio, ejus fratre, proditum est.

Barhebræus sectæ Jacobiticæ addictus. Recensitis præcipuis Gregorii Barhebræi gestis, expendenda est ejus doctrina theologica. Barhebræus hæresim Jacobiticam, in qua a parentibus educatus fuerat, strenue quamdiu in vivis fuit, voce et scriptis, propugnavit, et nihil non egit ut principum favorem sectæ suæ conciliaret.

Auctor Monophysismi Eutyches. Jam vero Jacobitæ in Syria et Mesopotamia, quemadmodum in Ægypto Copti, in Abyssinia Æthiopes, in imperio Turcico pars Armenorum, pertinent ad hæresim Monophysitarum sive eorum qui unam in Christo naturam post incarnationem asserunt. Perversam istam sententiam sæculo quinto fuisse ab Eutychete, presbytero et archimandrita Constantinopolitano, inventam aut primum publice propugnatam norunt omnes. Ille enim ut Nestorianismi, Ephesi nuper damnati, scopulos evitaret, zelo imperito in contrarium lapsus est errorem, quo affirmabat[1] «*Dominum*

[1]) *Epist. S. Flaviani prima ad S. Leon.* inter *Opp. S. Leonis* ap. Migne, *Patrol. lat.*, LIV, 725, sq. Verba græce ite sonant: λέγων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὴ δεῖν (ὁμολογεῖν) ἐκ δύο φύσεων μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἐν ἑνὶ προσώπῳ παρ' ἡμῶν γνωριζόμενον, μήτε μὴν τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου ὁμοούσιον ἡμῖν ὑπάρχειν, οἷα δὴ ἐξ ἡμῶν προσληφθεῖσαν καὶ ἑνωθεῖσαν τῷ Θεῷ λόγῳ καθ' ὑπόστασι' ἀλλ' ἔφασκε, τὴν μὲν τεκοῦσαν αὐτὸν Παρθένον κατὰ σάρκα, ὁμοούσιον ἡμῖν εἶναι, αὐτὸν δὲ τὸν Κύριον μὴ εἰληφέναι ἐξ αὐτῆς σάρκα ἡμῖν ὁμοούσιον.

nostrum Jesum-Christum non oportere (confiteri) ex duabus naturis post inhumanationem, (at) in una subsistentia et in una persona a nobis agnoscendum; neque carnem Domini consubstantialem nobis esse, tanquam ex nobis assumptam et unitam Deo Verbo secundum subsistentiam; *sed dicebat, Virginem quidem quæ eum peperit, secundum carnem consubstantialem nobis esse, ipsum autem Dominum non sumpsisse ex ea carnem nobis consubstantialem.*» Quod quidem ultimum ei exprobrat ipse Barhebræus : « *Eutyches*, ait[1], *dogma alienum invexit, asserendo Deum Verbum non assumpsisse corpus ex Virgine, sed quemadmodum incorporatur aër per frigus ut fiat nix vel pluvia, ita eum incarnatum fuisse.*» Ut autem hæresim suam facilius instillaret dicebat Eutyches[2] : «*Confiteor ex* DUABUS NATURIS *fuisse Dominum nostrum ante adunationem; post adunationem vero* UNAM NATURAM *confiteor.*» At id non minus reprehensione dignum erat, « *cum*, ut observat S. Leo, *tam impie duarum naturarum ante incarnationem unigenitus Dei filius fuisse dicatur, quam nefarie postquam Verbum caro factum est natura in eo singularis asseritur.*»

Monophysismi primipili : Dioscorus; Eutychetis errorem Ægyptiis propinavit Dioscorus, patriarcha Alexandrinus, qui præcipuas in *Latrocinio Ephesino* partes habuit; Syris vero, et deinde per Samuelem discipulum suum Armenis, Barsumas archimandrita, *Barsumas ;* qui in eodem conciliabulo monachorum totius Orientis locum tenuit. Damnatis a concilio Chalcedonensi Eutychete, Dioscoro et Barsuma, eorum asseclæ voce græca *Monophysitæ* seu *unius naturæ assertores* appellati, mox, quod errori proprium est, in varias sectas divisi sunt quæ se invicem anathemate prosequebantur. Omnes quidem illæ sectæ in hoc conveniebant quod duas in Christo naturas negarent et unam dumtaxat admitterent; sed dum Eutychiani corpus Christi incorruptibile, Severiani vero corruptibile et passibile assererent, Theopaschitæ passiones divinitati tribuebant, alii aliud docebant. Syri vero illi qui postea *Jacobitæ* dicti sunt, ducibus

1) Infra p. 160.
2) *Epist. XXVIII S. Leonis ad Flavian., Patrol. lat.*, LIV, 777.

Severus; Xenaias. Severo Antiocheno et Philoxeno seu Xenaia Mabugensi, via quasi media inter Eutychianismum et veram concilii Chalcedonensis fidem incedentes, excogitarunt rationem propugnandæ hæreseos multo subtiliorem et ad fallendos incautos aut minus doctos aptissimam. Docuerunt nempe divinitatem et humanitatem absque immutatione et confusione in Christo esse adunatas, in quo ad orthodoxos accedere videbantur, sed statim a recta fide deflectentes asserebant post adunationem in Christo non duas naturas, sed *unam naturam compositam*, ܚܕ ܟܝܢܐ ܡܪܟܒܐ, vel *unam naturam duplicem*, ܚܕ ܟܝܢܐ ܟܦܝܠܐ.

Locutiones istæ, Jacobitarum veluti tessera, aut sensum habent nullum, aut quam se respuere profitentur naturarum confusionem necessario involvunt. Hisce tamen tenaciter adhærebant, perperam abutentes verbis nonnullis SS. Patrum et præsertim Cyrilli Alexandrini, in quorum scriptis, utpote ante concilium Chalcedonense exaratis, voces *natura*, φύσις, ܟܝܢܐ, et *subsistentia*, ὑπόστασις, ܩܢܘܡܐ, non ita rigorose erant ad unum sensum definitæ. Hinc Cyrillus, quamvis diserte duas in Christo naturas absque divisione, absque immutatione et absque confusione, prædicet, tamen non semel loquitur de « *una Verbi natura incarnata,* » vocem scilicet *naturam* pro *natura subsistente* seu *hypostasi* adhibens. Jacobitæ autem hanc similesque dicendi formulas perverse intelligentes, veram vocum ܟܝܢܐ *naturæ* et ܩܢܘܡܐ *hypostasis* notionem, quam tamen, quod mirum est, recte tenent ubi agunt de mysterio SS. Trinitatis, amiserunt, vel saltem earum confusionem fecerunt. Quod de præcipuis nonnullis eorum doctoribus et peculiariter de Philoxeno et Barhebræo affirmare licet. «Philoxenus in tractatu de incarnatione, ut observat S. J. Assemanus[1], nec orthodoxum gerit, nec Eutychianum, sed mediam quamdam init viam, quam Jacobitæ post ipsum tenuere et usque in hodiernum diem tenent : unam scilicet in Christo esse naturam, ex divinitate et humanitate com-

Doctrina Xenaiæ seu Philoxeni.

1) *Biblioth. Orient.*, II, 25.

positam, conversionis tamen, confusionis et commistionis omnino expertem. Sic enim ille de incarnationis mysterio : « *Filius*, inquit, *qui unus ex Trinitate est, univit sibi personaliter corpus anima rationali et mente præditum, in utero Deiparentis. Non ante formatum corpus, quam Verbo unitum, sed in puncto temporis et formatum et unitum. In hoc Christus natus, in hoc enutritus, in hoc passus, in hoc mortuus. Divinitas Filii nec passa nec mortua. Hæc autem omnia non apparenter, non phantastice, sed vere et naturaliter gesta. Denique Verbum non in carnem conversum, aut cum ea commistum, vel confusum, neque ab ea divisum et viceversa; sed eo modo humanitati unitum, quo anima rationalis corpori : et quemadmodum ex anima rationali et corpore una conflatur humana natura; ita ex humanitate Christi et divinitate* UNA EXURGIT NATURA *non quidem simplex sed* COMPOSITA. » Abutitur deinde locutione S. Cyrilli ad Succensum : « *post unitionem in Christo* UNA *Verbi* NATURA INCARNATA. »

Quam immerito Philoxenus et post eum Jacobitæ hanc Cyrilli dictionem in sui patrocinium trahant, probavimus alibi[1], ostendendo a S. Doctore *naturam* sensu catholico pro *natura subsistente* seu *persona* dictam fuisse. Mirum sane est virum perspicacem, qui aperte docet divinitatem cum humanitate absque divisione, absque confusione et absque conversione in Christo post adunationem esse unitam, mox dictorum suorum immemorem, duas illas naturas confundere easque congerere in unam nescio quam naturam *compositam*, quæ cum *composita* dicatur, nec humana nec divina esse potest, sed necessario mixtio quædam utriusque. Egregie enim ostendit S. Thomas[2] in Christo nullam naturarum compositionem admitti posse. Conjunguntur quidem in homine anima et corpus ad constituendam unam naturam humanam, quia utraque natura est imperfecta; in Christo autem, quum duæ naturæ sint perfectæ, in unam convenire non possunt. Bene tamen conveniunt in divina Verbi persona, sicut

[1]) Vide infra, pp. 441, sqq.
[2]) *Summa theol.*, part. III, q. II, a. 1. — Cfr. Petavius, *De Incarnat.*, l. III, cap. 10.

anima et corpus in persona hominis uniuntur. Sub hoc igitur respectu sancti Patres ad explicandum incarnationis mysterium recte exemplum ex unione animæ et corporis produxerunt. Quam agendi rationem non satis assecuti sunt Jacobitæ, ex illa animæ et corporis unione argumentum quærentes quo statuant unam in Christo naturam compositam.

Barhebræi placita Jacobitica. Cum Philoxeno idem docent patriarchæ Jacobitarum in synodicis epistolis, quas identidem ad Coptorum patriarchas miserunt. Eos sequitur Barhebræus, quem de incarnatione scribentem catholicum diceres, nisi illico alia prorsus hæretica adjiceret. Sic enim ille loquitur in *Symbolo fidei*[1] :

« *Credimus etiam, quod una ex personis sanctæ Trinitatis descendit de cœlis, quin tamen a sinu Patris recederet, et inhabitavit in utero Virginis, et incarnata est de Spiritu Sancto et ex Maria Virgine, et homo facta est, manens Deus : unita fuit carni consubstantiali nobis, et viva rationalique anima præditæ. Nec antea templum assumpsit, deinde in ipso Verbum inhabitavit. Unde non homo factus Deus creditur, sed Deus factus homo; neque homo est sapiens, qui ex operibus suis justificatus sit, neque de cœlo sibi corpus attulit, neque apparenter aut phantastice visus est in mundo : sed una ex personis sanctæ Trinitatis, quum Deus natura sit, de sublimibus cœlis suis descendit, et homo pro gratia sua facta est, et nata fuit ex*

(1) ܡܗܝܡܢܝܢܢ ܬܘܒ ܕܚܕ ܡܢ ܩܢܘܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܟܕ ܡܢ ܥܘܒܐ ܕܐܒܐ ܠܐ ܦܪܫ ܘܥܡܪ ܒܡܪܒܥܐ ܕܒܬܘܠܬܐ ܘܐܬܒܣܪ ܡܢ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܢ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܘܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܟܕ ܩܐܡ ܐܠܗܐ . ܐܬܚܝܕ ܠܒܣܪܐ ܕܫܘܐ ܠܢ ܒܐܘܣܝܐ ܕܡܢܦܫ ܢܦܫܐ ܚܝܬܐ ܘܡܡܠܠܬܐ . ܘܠܐ ܩܕܡ ܢܣܒ ܗܝܟܠܐ ܘܒܬܪܟܢ ܫܪܐ ܒܗ ܡܠܬܐ : ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܒܪܢܫܐ ܕܗܘܐ ܐܠܗܐ ܠܐ ܡܫܬܪܪ ܐܠܐ ܐܠܗܐ ܕܗܘܐ ܒܪܢܫܐ . ܐܦܠܐ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܚܟܝܡܐ ܕܡܢ ܥܒܕܘܗܝ ܐܙܕܕܩ : ܐܦܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܐܝܬܝ ܠܗ ܦܓܪܐ : ܐܦܠܐ ܒܚܙܝܐ ܘܒܦܢܛܣܝܐ ܐܬܚܙܝ ܒܥܠܡܐ : ܐܠܐ ܚܕ ܡܢ ܩܢܘܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܟܕ ܐܠܗܐ ܗܘ ܒܟܝܢܗ ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܘܗܝ ܪܡܐ ܘܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܒܛܝܒܘܬܗ ܘܐܬܝܠܕ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܘܐܬܚܝܕ ܠܦܓܪܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܦܫܐ ܡܠܝܠܬܐ ܘܚܟܝܡܬܐ : ܕܩܢܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܓܘ ܡܥܝܢܐ ܕܒܬܘܠܘܬܐ ܘܐܬܝܠܕ . ܘܚܕܝܐ ܕܟܝܢܘܬܐ ܠܟܠ ܐܝܬܘܬܗ ܚܕܝܐ ܗܘ ܕܝܠܕܬܗ ܡܟܝܟܬܐ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܒܟܠܟܝ ܫܠܝܡܬܐ ܘܠܐ ܒܡܫܚܠܦܘܬܐ ܘܠܐ ܒܡܘܙܓܐ ܘܠܐ ܒܡܣܟܠܘܬܐ ܘܠܐ ܒܦܘܪܫܢܐ . ܐܠܐ ܟܕ ܒܢܦܫܗ ܡܫܬܡܠܝܐ ܕܟܝܢܐ ܚܕ ܒܪܐ ܘܚܕ ܡܫܝܚܐ ܚܕ ܩܢܘܡܐ . ܚܕ ܦܪܨܘܦܐ . ܚܕ ܨܒܝܢܐ . ܚܕ ܚܝܠܐ . ܚܕܐ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܕܒܪ ܐܢܫܝܬܐ ܕܒܪ ܫܘܬܦܘܬܐ ܐܚܪܢܐ .

Virgine, et incarnata, sicuti Apostolorum fides docet. Itaque DUÆ SUNT IN DOMINO NOSTRO NATURÆ, *Deitas et Humanitas : unio quoque Deitatis suæ cum humanitate admirabilis est et ineffabilis, absque commistione, sine confusione, sine mutatione, sine conversione, sed salvis differentiis utriusque naturæ in uno Filio et in uno Christo.»* Quid plura? Jam orthodoxum diceres Barhebræum : sed imbibitum semel Jacobitarum errorem en evomit subdens : « UNA ESSENTIA, *una persona, una hypostasis, una voluntas, una virtus, una operatio, quemadmodum S. Athanasius et S. Cyrillus dixere.»*

Alii Barhebræi errores.

Barhebræus igitur Monophysitarum errorem profitetur et simul Monothelismum, naturalem et logicum ejus fœtum. Hos errores in sua theologia, quæ inscribitur *Candelabrum sanctorum,* multis argumentis tueri conatur. In eodem libro negat, post Philoxenum, sed contra fidem ecclesiæ Syriacæ, Spiritum sanctum a Filio procedere, et quamdam Verbi cum pane eucharistico hypostaticam unionem asserit[1].

Præterea illic, recensitis hæresibus triginta, hæc addit : «*Sciendum est has omnes sectas absurdissimas hæreses esse, quum naturas corrumpant, et christiano dogmati ethnicas opiniones misceant : ac propterea Deus, cujus gratiæ laus esto, eas radicitus exstirpavit. Reliquæ vero quæ in mundo obtinent sectæ* (de orthodoxa loquitur et Jacobitica et Nestoriana et Monothelitica) *quum omnes de Trinitate et incolumitate naturarum, ex quibus est Christus absque conversione et commistione, æque bene sentiant, in nominibus unionis solum secum pugnant.»* Unde concludit Assemanus Barhebræum in eo fuisse Politicorum errore ut crederet controversias quæ ejus tempore Orientales inter et Occidentales, et inter Orientales ipsos circa incarnationem Verbi vigebant, meras esse Theologorum opiniones, non hæresim constituere.

Jacobitarum status ecclesiasticus.

Hisce de præcipuis Jacobitarum erroribus breviter enucleatis, non inu-

[1]) Cfr. Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 284-292.

tile erit eadem compendiosa ratione describere ejusdem sectæ statum ecclesiasticum, ut lectores intelligere possint plura ad disciplinam ecclesiasticam spectantia, passim in *Chronico* memorata.

Cum inde ab anno 518 Monophysitæ ubique ab imperatore orthodoxo Justino Seniore exagitarentur, episcopi hæreseos labe infecti e sedibus suis pulsi fuerunt, et cum eis in exilium ablegatus est Severus patriarcha, ope Anastasii imperatoris olim in ecclesiam Antiochenam intrusus. Tunc ut res suæ pæne desperatæ instaurarentur, episcopi nonnulli exules Jacobum

Nominis origo. quemdam, cognomine *Baradæum* sive *Zanzalum*, monachum in monasterio Phasiltæ juxta Nisibin, metropolitam œcumenicum[1] ordinarunt; is autem omnes imperii provincias Asiaticas indefesse perlustravit, episcopos et presbyteros innumeros ordinavit, et Monophysitarum negocia ita promovit, ut ab illo ipsis Jacobitarum appellatio deinceps fuerit tributa; idem vero nomen Monophysitis in Ægypto, qui cum Syris communionem coluerunt, subinde applicatur.

Jacobitarum patriarcha; Porro Syri Jacobitæ caput suum, inde a tempore Severi continua serie et etiamnum hodie, titulo patriarchæ Antiocheni condecorant. Ast nonnisi raro, inter varias rerum politicarum vicissitudines, ipsam urbis Antiochiæ sedem occupare potuerunt. Initio quidem, dum imperio Byzantino regio eorum suberat, per Syriæ et Mesopotamiæ urbes, vicos et monasteria vagari cogebantur; non nisi demum anno 721, imperantibus Antiochiæ Saracenis, hanc civitatem solemniter ingressus est patriarcha Elias[2]. Illinc tamen mox iterum ejecti, diversis in locis commorati sunt, ut patet ex Barhebræi Chronico. Joannes VII, cognomine Sarighta, anno 965 in patriarcham consecratus, ditionem Arabum reliquit, ut sese in cœnobium Barid juxta Melitinam conferret; at cum inde ipse, et postea, anno 1029, Joannes VII, dictus Abdun, Byzantium abducti fuissent, eorum successores, Græcorum vexationibus Arabum tyrannidem præferentes, mansio-

1) ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܐܩܘܡܢܝܩܐ Cfr. pag. 215.
2) Infra, p. 298.

nem in urbe Amida plerumque habuerunt usque ad Michaelem Magnum; is autem anno 1166 Mardini sedem patriarchalem constituit, et post ipsum patriarchæ in cœnobio vicino, S. Ananiæ nuncupato, quod etiam Zapharan appellant, persæpe habitarunt et adhuc hodie resident.

Maphrianus. Primam post patriarcham apud Jacobitas dignitatem tenet maphrianus, cujus auctoritas in subjectos sibi episcopos eadem antiquitus erat quæ patriarchæ in suos. Est autem *maphrianus*, ܡܦܪܝܢܐ, vox syriaca, quam latine *fœcundatorem* seu *fructiferum* recte verteres, eaque vocabantur primates seu catholici Jacobitarum, quod essent per ordinationes episcoporum, quæ ipsis in tractu orientali competebant, istorum veluti patres et genitores. Maphrianorum primus, juxta Barhebræum, fuit Achudemes anno 559 a Jacobo Baradæo consecratus; verum neque is, neque ejus successores sedem fixam habuerunt ante Marutham, qui, anno 629, consentiente Athanasio Camelario patriarcha, ordinatus fuit episcopus Tagritensis et metropolita magnus seu maphrianus totius Orientis proclamatus.

« Quumque Maruthæ temporibus, scribit Barhebræus, regnum Persarum in Saracenos translatum esset, ipse arcem Tagritensem ultro iis aperuit, ne quid detrimenti cives caperent. Quamobrem Jacobitarum numerus in Perside mirifice auctus est. » Tunc enim ob Arabum, et postea ob Mogulensium in Persidem excursionem, Jacobitæ multi e Mesopotamia illuc captivi abducti fuerunt, alii vero sponte se contulerunt; hinc tantopere e parvis initiis maphriani dignitas fuit amplificata, ut illius diœcesin patriarchali Barhebræus prætulerit.

Cum anno 1089 Tagritum ab Arabibus direptum jaceret, maphriani Mosulum ad Tigrim fluvium, Ninivæ ruderibus conterminam, sedem suam transtulerunt; postea, ab anno scilicet 1155, cœnobium S. Matthæi, non procul inde situm, sibi domicilium habuerunt, interim tamen Tagriti, Ninives et adjacentium locorum ecclesias tanquam sibi proprias retinentes.

Regionis jacobiticæ divisio ecclesiastica. Porro regiones, quarum diœceses jacobiticæ immediate patriarchæ jurisdictioni suberant erant Syria, Cyrrhestica, Euphratesia, pars Mesopotamiæ occidentalis, Palæstina usque ad urbem Gazam, Cilicia et Armenia,

illæque generali Occidentis nomine a Barhebræo aliisque scriptoribus Syris designantur.

Ceteræ vero, scilicet Mesopotamia orientalis, Assyria et provinciæ quædam regni Persici, quæ maphriano parebant, Orientis nomine veniunt. Habuerunt Jacobitæ in diversis hisce regionibus sedes episcopales, modo plures, modo pauciores, necnon multa monasteria quorum mentio frequens occurrit in contextu hujus operis[1].

Barhebræi scripta.

Hisce de secta Jacobitica prælibatis, jam ad Barhebræum redeamus, et monumenta ingenii sui quæ posteris transmisit adeamus. Indefessus vir a studio et scriptione librorum in mediis laboribus nunquam destitit, cum ob ingenii præstantiam, tum ob elegantiam sermonis a Jos. Sim. Assemano Jacobitarum scriptorum « facile princeps » salutatus; imo si diversas quas complexus est disciplinas perspexeris, eum non immerito dixeris Syrorum omnium qui doctrina floruerunt eruditissimum, et ex hac saltem parte inter coætaneos nulli secundum.

Scripsit opera plus quam triginta, quorum tituli sub finem sectionis alterius *Chronici* exhibebuntur, ex iisque solis patebit nullum ferme fuisse literarum genus in quo exercitatus ille non fuerit. Argumenta quippe pertractavit quæ spectant ad theologiam, Scripturæ sanctæ expositionem, canonum ecclesiastorum ac legum civilium notitiam, philosophiam, astronomiam, medicinam, historiam, artem grammaticam, poesin, imo fabulas narrationesque facetas. Neque ideo, quantum saltem judicare licet ex ejus scriptis hucusque detectis, præsertim vero ex libris quatuordecim quorum analysin protulit Assemanus, eruditionis varietas soliditati quidquam nocere dicenda erit. Imo potius cupidinem movent ut libri doctissimi Maphriani, cum adhuc bibliothecarum tenebris reconditi jaceant, prodeant in lucem, qua non unam ob causam sunt plane digni. Eos ipse syriace

[1]) Quænam sedes episcopales variis temporibus patriarchæ subditæ fuerint, quænam vero maphriano, satis accurate ex Assemano et Lequieu indicat Wiltsch, *Handbuch der kirchlichen Geographie und Statistik*, tom. II, pp. 151-153, 372-374.

plerosque exaravit; pro nonnullis vero, ad medicinam aut historiam spectantibus, usus est lingua arabica, in quam et alii postea conversi fuere.

Catalogus operum Barhebræi, ut jam diximus, in ipso *Chronico* texetur. Interim eum qui fusiora requirat, remittimus ad Assemani *Bibl. Orient.*, eaque tantum recensebimus paucissima quæ hucusque, quantum novimus, typis excusa habentur.

Opera Barhebræi edita. Itaque præter excerpta non pauca, e variis operibus theologicis, præsertim vero ex *Chronico ecclesiastico* in *Bibliotheca Orientali* obvia, hæc in lucem prodierunt :

1° Eduardus Pocockius edidit arabice et latine *Historiam compendiosam dynastiarum, authore Gregorio Abul-Pharagio,* Oxonii 1663. Est hæc partim epitome, partim nova compositio Chronici syriaci profani, ab ipso Barhebraeo sub finem vitæ ipsius, teste ejus fratre, unius mensis spatio in gratiam Arabum concinnata.

2° Eusebius Renaudotius latine protulit *Liturgiam* Barhebræi, *tom. II Liturgg. Orientt., pp.* 456-469. Paris., 1716.

3° P. J. Bruns et G. G. Kirsch conjuncta opera typis mandarunt partem primam *Chronici syriaci*, in qua describitur historia profana a mundi exordio ad ætatem usque Barhebræi. Opus duobus constat tomis, quorum altero textus, altero versio latina continetur. Lipsiæ, 1789.

4° Angelus Mai *Nomocanonis Barhebræi* versionem latinam, ab Aloysio Assemano confectam, evulgavit in : *Scriptorum veterum nova Collect.*, tom. X. Romæ, 1838.

5° C. Lengercke edidit *Abulpharagii Carmina syriaca aliquot*, Regiomonti 1836-1838. Ante eum Gabriel Sionita jam unum *Barhebræi carmen* ediderat. Paris., 1626.

6° Ex magno opere exegetico, cui titulus : *Horreum mysteriorum*, cujus editionem, Lipsiæ, 1858, fasciculo I incœpit, at deinceps prosecutus non est, Fr. Larsow, plura sigillatim publicata fuere, scilicet :

a) *Abulpharagii scholia in Psalm. V et XVIII*, edid. Rhode. Vratislaviæ, 1832.

b) *Carmen Deboræ cum scholiis Barhebræanis*. ed. J. M., Winkler. Vratisl., 1839.

c) *Abulpharagii Barhebræi scholia in Jesajam et in Psalmos scholiorum specimen* e codicc. ed., latine redd., illustr. O. F.Tullberg, Upsalæ, 1842.

d) *Gregorii Bar Hebræi scholia in Jeremiam*, ed. G. F. Koraen et C. E. Wennberg, fasc. I et II, Upsal., 1852.

e) *Gregorii Bar Hebræi scholia in psalmum LXVIII* primum ed. et illust. C. Knobloch, Vratisl., 1852.

f) *Gregorii Barhebræi scholia in psalm. VIII, XLI, L*, ed. R. G. F. Schrœter, Vratisl., 1857.

g) *Gregorii Barhebræi scholia in Job*, ed. G. H. Bernstein, Vrat. 1858.

h) *Bar Hebræus scholien zu Gen.* 49-50, *Exod.* 14, 15, *Deut.* 32-34, *und Jud.* 5, veröffentlicht von Dr. R. Schrœter, in miscellaneo : *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiæ, 1871, pp. 495-562.

7° Ex operibus grammaticalibus prodierunt :

a) *Gregorii Barhebræi grammatica linguæ syriacæ in metro Ephræmeo*, ed. E. Bertheau, Gotting. 1843.

b) *Mar Jacob... and a Discourse by Gregory Barhebræus on syriac accents, in Syriac with an english translation*, by G. Phillips, 1869.

c) *Œuvres grammaticales d'Abou'lfaradj, dit Bar Hebreus*, éditées par M. l'abbé Martin, Paris, 1872. Complectitur hæc editio, duobus tomis contenta, textum syriacum methodo autographica prolatum, una cum præfationibus et variis lectionibus typis excusis. *Tome I, contenant le K'tovo d'Tsem'he.. — Tome II, contenant la petite grammaire en vers de sept syllabes et le traité « de vocibus æquivocis. »*

8° Adler edidit *Fabellas ludicras ex Gregorii Barhebræi libro narrationum oblectantium* Altonæ, 1781. Quæ fabellæ denuo excusæ, pro parte saltem, in *Kirschii Chrestom. syr.* a Bernsteinio edita an. 1832, et in *Chrestom. syr.* a Zingerle publicata Romæ 1871.

Chronici syriaci conspectus. Jam ad CHRONICON SYRIACUM speciatim describendum convertimur. Duas habet partes. Prima historiam politicam et civilem Orientis com-

plectitur, eamque exponit per undecim epochas successivas distributam :

1a excurrit ab Adamo usque ad Josue;

2a a Josue ad Saulem;

3a a Saule ad Nabuchodonosor.

4a Continet reges Chaldæorum usque ad Darium Medum;

5a unum Darium;

6a reges Persarum a Cyro usque ad Alexandrum Magnum;

7a imperantes Græco-Macedones usque ad Augustum;

8a imperatores Romanos et Byzantinos usque ad Justinianum;

9a Græcos a Tiberio (589) usque ad Heraclium;

10a Arabes a Mohammede usque ad excisionem Caliphatus Bagdadensis, anno 1258;

11a reges Hunnorum seu Tatarorum Mogulensium usque ad annum 1297.

Pars altera exhibet Orientis historiam religiosam et ecclesiasticam, bipartitam. Sectio prior nomina *pontificum Occidentis* in titulis præfixa habet, videlicet :

1° nomina pontificum Veteris Testamenti inde ab Aarone;

2° nomina et historiam patriarcharum Antiochiæ catholicorum a S. Petro usque ad initium sæculi VI;

3° nomina et historiam patriarcharum Antiochiæ Jacobitarum a Severo, Monophysitarum primipilo, usque ad annum 1492. Quæ vero ibi leguntur inde a Nemrod seu Philoxeno, qui constitutus fuit patriarcha a. 1283, et obiit a. 1292, a scriptore anonymo adjecta fuere.

Sectio posterior seriem exhibet *pontificum Orientis*. Incipit a Thoma apostolo, ejusque discipulis Adæo et Aghæo, et patriarchas seu catholicos Chaldæorum continua serie recenset usque ad tempus, quo sub finem sæculi V Nestorianismus stabilitus fuit in Perside.

Hinc porro opus complectitur duas series : catholicorum sive primatum Nestorianorum unam, alteram vero maphrianorum Jacobitarum, quorum initium ducit, juxta Barhebræum, Achudemes anno 559 a Jacobo Baradæo ordinatus.

Huic historiæ Jacobitarum ecclesiasticæ nonnulla quæ ad auctoris mor-

tem et scripta referuntur adjecit ipsius frater et in dignitate successor, cetera vero usque ad annum 1496 Anonymus supra memoratus.

Chronici in re historica momentum.

De Chronico syriaco sequens judicium protulit Assemanus : « opus, ait[1], luce dignum, et omnium, quæ Barhebræus edidit, doctissimum æque ac utilissimum, præsertim si de secunda et tertia parte (i. e. de utraque sectione partis secundæ seu historiæ ecclesiasticæ) sermo sit, quibus ecclesiastica Syrorum Nestorianorum et Jacobitarum historia, Græcis Latinisque prorsus ignota, mirifice illustratur. Sed et prior pars, quam idem auctor arabice postea publicavit, et Pocockius latine interpretatus est, longe plura continet quam historia Dynastiarum, sive facta Arabum et Mogulensium spectes, sive res Christianorum in Thracia, in Syria, in Mesopotamia et in Perside. »

Huic sententiæ rerum et linguarum orientalium periti calculum suum adjecere plerique omnes; illosque eo vehementius totius operis cupido tenebat, quod excerptis bene multis et prolixa Chronici ecclesiastici analysi hujus præstantiam clarissimus vir perspicue exhibuisset. Ast infeliciter

Chronici profani editio.

contigit ut temporum adjuncta aut fata virorum, qui librum edere moliri potuissent, votis eruditorum parum obsecundarent. Hinc adhuc non nisi pars prior seu historia profana prodiit in lucem anno 1789 : qua editione Bruns et Kirsch profecto optime meruere, quamquam mendis abundat ipsorum editio : « sive enim textum ab editoribus publicatum, spectemus, ait Bernsteinius[2], ingenti ille mendorum scatet numero multisque turpiter labibus deformatus est; sive interpretationem, quæ textui apposita est, consideremus, magna ejus pars tot vitiis fœdata est ac tantis maculis adspersa, ut, qui huic libro studere velint sive linguæ, qua conscriptus est, sive rerum caussa, quæ in eo traduntur, iis quam maxime verendum sit, ne plures magnosque facile in errores inducantur, ni summam in utendo eo ipsoque nitendo et prudentiam et cautionem adhibeant. »

Hinc laborem hunc plures castigare et emendare susceperunt, nimirum

[1]) *Bibl. Orient.*, II, 312.

[2]) *Gregorii Bar-Hebræi Chronici Syriaci e codd. mss. passim emendati atque illustrati specimen primum.* Lipsiæ, 1822, p. 5.

Lorsbachius, Arnoldius, Mayerus, quos Bernsteinius recenset, et isti quidem ex ingenio suo persæpe optime, ipse vero Bernsteinius diligenti præterea inspectione codicum Oxoniensium instructus.

Etsi igitur nova et accuratior operis istius, jam dudum alioquin divenditi, editio perutilis exstaret, hanc tamen ut pararemus nobis in animo non erat[1]. Verum enimvero, cum Londini per aliquot menses commoraretur J. B. Abbeloos, ibi descripsit partem Chronici posteriorem, cujus nonnulla tantum fragmenta edita erant; atque hinc porro in patriam redux operæ pretium se facturum ratus si hanc in lucem ederet, mox una cum T. J. Lamy manum ad opus admovit.

Chronici ecclesiastici edendi occasio.

Codex, e quo Chronicon eccl. desumptum fuit.

Codex Musei Britannici, ex quo apographum suum ille confecit ex iis est quos Claudius Rich, dum Bagdadi legatione pro imperio Anglico fungebatur, in Asia occidentali ære publico acquisivit. Notatur in Catalogo 7198 *Rich*[2]. Scriptus est in charta bombycina, sæculo forte XVI, charactere maronitico, manu diligenti quidem et accurata, at minus eleganti. Constat vero foliis formæ quartæ minoris 226, quæ ea prorsus et solum continent quæ in editione nostra habentur; titulos tamen, plerumque minio exaratos, colore imitati non sumus, desuntque etiam in libro excuso litteræ syriacæ ordinem patriarcharum denotantes, licet eorum valor versioni latinæ præmissus fuerit numeris, quos arabicos vocant.

Folio ultimo seu 226, recto, leguntur duæ annotationes carschunice, id est arabice litteris syriacis conscriptæ, quarum prior indicat quo pretio codex emptus fuit anno 1729, altera illum porro acquisitum fuisse a quodam Hana diacono.

Præterea non semel, ubi sermo occurrit de episcopis Alepi, hæc in margine conspicitur annotatio : *metropolita* vel *episcopus Alepi* : quod signum esse potest librum aliquando ad hominem quemdam Alepensem pertinuisse.

[1]) Dolendum est hanc perfici non potuisse a Bernsteinio, qui optime ad id opus erat paratus. Prodiit solummodo unus fasciculus, Berolini, 1847, complectens præter notitiam propositi laboris, textus syriaci et versionis latinæ paginas quatuor cum hoc titulo : *Ankündigung und Probe einer neuen kritischen Ausgabe und neuen Uebersetzung der syrichen Chronik des Gregor Bar-Hebræus.*

[2]) Cfr. *Catalogus codd. mss. Orientt., qui in Museo britannico asservantur. Pars prima, codices syriacos et carshunicos amplectens.* Ed. Forshall, Londini, 1838. Pagg. 90 sq.

odex quo Eliæ Chronographia continetur.

Quæ vero Barhebræi textum aliquoties in notis stipabunt excerpta ex *Chronographia* Eliæ, Sobæ sive Nisibis medio sæculo XI metropolitæ Nestoriani, ea pariter Abbeloos descripsit Londini e *cod. Rich.* 7197, membranaceo, ætate auctoris ejusque forte manu exarato. Continet codex ille in singulis paginis duas columnas, syriacam et arabicam, at illam, quæ unice adhibita fuit, ita hinc inde humiditate corruptam vel frictione manuum detritam ut legi haud amplius possit.

ualis sit textus nobis editus.

Descriptio textus syriaci Chronici Barhebræani non incuriose, sed magna cum diligentia peracta fuit, quamquam eam idcirco vitio prorsus omni et nævo carere minime opinamur. Cum autem manuscriptum Barhebræi solummodo unum adhibitum sit, editionem critice exactam haudquaquam proferimus; ad hanc enim parandam codices alii, qui in bibliothecarum scriniis Romæ, Florentiæ, Cantabrigii et Oxonii reconduntur, adeundi fuissent et diligenti collatione ad examen revocandi : cujus certe laboris suscipiendi neque otium fuit, neque occasio.

Nihilominus rem utilem et viris literatis acceptam nos facturos existimavimus, si vel ex uno codice, ceteroquin bono, ut cum ex ejus contextu tum ex collatis Assemanianis excerptis liquet, Chronicon evulgaremus; experientia quippe constat non raro hujusmodi libros, dum ab iis qui illorum editores fieri cupiebant ultimus apparatus exspectabatur, in schedarum latebris remansisse[1], non sine magna philologicæ aut historicæ scientiæ jactura. Quod ne arrogantius a nobis dictum videatur, id de uno Barhebræi textu, non de versionis aut illustrationis tentamine nostro intelligendum esse monemus. Interim ut defectus cum quibus textus ipse prodibit a nobis resarciri aliquatenus queant, speramus nos iterum, antequam editio ad finem perducta fuerit, Angliam petituros, ibique excusa folia ad codicem Londinensem denuo collaturos, imo forsitan et lectiones diversas Oxonii aut Cantabrigiæ collecturos.

1) *Chronicon ecclesiasticum* Barhebræi hanc sortem jam expertum est; nam illud edendum jam ante annos plusquam viginti paraverat Dr. O. Fr. Tullberg, prof. Upsalensis, ut testatur Bernstein, *Ankündigung einer Ausgabe der Syrischen Chronik*, p. 3.

Qualis versio latina. Ad translationem latinam Chronici quod attinet, eam e regione textus in faciliorem legentium usum posuimus. In ea autem concinnanda, sermonis elegantiam parum, multum vero fidam interpretationem duximus esse curandam; quæ vero in hac re peccata fuisse, sive iterato examine nostro, sive doctorum animadversionibus reperientur, in fine operis retractata habebuntur.

Nonnulla aliquando vocabula, perspicuitatis gratia, addita fuere in versione quæ in textu haud leguntur; hæc tamen characteribus italicis distincta sunt. Ubi vero characteres hujusmodi uncinis includuntur, signum est id quod jam legitur in contextu aliis ibi verbis exprimi. Denique, sicubi verba sanctæ Scripturæ recitantur, præter italica elementa in principio et in fine duo commata (« — ») adhibita fuerunt.

Difficultas erat in exprimendis nominibus locorum aut virorum propriis, quæ syriace vocalibus vix unquam animata sunt. In notioribus, orthographiam consuetam secuti sumus; in iis quæ ab Assemano jam recitata invenimus, ejus orthographiam plerumque retinuimus, cetera vero conjectura ducti latina fecimus.

Annotationes. Annotationes passim adjecimus geographicas, historicas, theologicas; philologicæ autem absunt plerumque, etiam iis in locis ubi conjiciendo, ob lexicographiæ syriacæ penuriam, auctorem nostrum reddidimus, tum ne nimium moles operis excresceret, tum quod sententia nostra ex ipsa translatione satis colligi potest.

Index nominum et rerum præcipuarum analyticus ad calcem editionis in usum libri promptiorem addetur.

Chronologia a Barhebræo adhibita. Si quidem versamur in opere historico, in quo magni facienda est chronologia, monendum hic est a Barhebræo fere perpetuo adhiberi *æram Seleucidarum* sive *Græco-Macedonum*, qua Syri Christiani etiamnum in annorum computo utuntur. Hæc porro initium sumit a mense Octobri anni ante æram vulgarem 312, quo anno Seleucus Nicator, a Ptolemæo Lago, Ægypti rege, adjutus, dominium regni Babylonici recuperavit[1]. Antio-

[1]) Cf. Ideler, *Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie*, tom. I, pp. 445, sqq.

cheni tamen annum suum ordiebantur a mense Septembri. Cl. Jos. Sim. Assemanus, ut annum æræ christianæ anno Seleucidarum respondentem statuat, ab hoc subtrahit annos 311, quod rectissime fit pro novem anni mensibus; at si agatur de tribus mensibus Octobri, Novembri et Decembri, demendi sunt anni 312. Nos annis Syrorum, juxta hanc regulam, in parenthesi adjecimus annos æræ christianæ, et nominibus mensium Syrorum nomina latina eodem modo pariter adscripsimus.

Editorum monitum. Præterea monemus nos Barhebræi *Chronicon* vertentes aliosque Jacobitas scriptores interim laudantes nequaquam eorum errores (quos non semel castigamus) probare, aut laudes prætensis eorum sanctis tributas, ratas habere, sed monumenta proferre historica quæ cognoscendæ Jacobitarum sectæ et Orientis christiani historiæ elucidandæ inserviant, memores verborum Augustini[1] : « Ecclesia catholica, per totum orbem valide lateque diffusa, omnibus errantibus utitur ad provectus suos, et ad eorum correctionem quum evigilare voluerint. » Si quando igitur, Lector benevole, vel Barhebræum Jacobitarum nænias recitantem audire graveris, vel a nobis etiam quid minus recte dictum perspexeris, utere monito Apostoli[2] : « *Omnia probate; quod bonum est tenete.* »

Viri de editione bene meriti. Superest tandem ut debitas omnibus, qui quovis modo operi nostro favere voluerunt, grates persolvamus. In primis quidem honoris causa nominandus est Illustr. Archiepiscopus Mechliniensis, primas Belgii, VICTOR AUGUSTUS DECHAMPS, in orbe catholico et litterato nobilissimus; etenim cum iter ad colligenda documenta syriaca ipsius Eminentissimi prædecessoris licentia et impulsu esset susceptum, mansionem Londini produci ille benigne permisit; imo nobis etiam ad editionem aggrediendam stimulos adjicere dignatus est, in conficiendo opere molestissimo sane pergratos, ac primus esse eorum qui subscribendo libri patrocinium assumpsere.

Londini vero laborem insigniter adjuvit humanissimus et doctissimus

[1]) *De vera religione*, cap. VI.
[2]) 1 *Thess.* V, 21.

GUILIELMUS WRIGHT, Litt. Doctor, qui tunc temporis custodem agebat mss. orientalium in Museo Britannico, nunc vero litterarum Arabicarum professoris munere Cantabrigii fungitur. Hujus viri amicitiam et officia, quæ etiam postea, in conferendis ad codicem locis nonnullis de quorum recta transcriptione ambigebamus, non semel experti sumus, in grati animi tesseram hic publice contestari jucundissimum habemus.

Præterea grati recordamur operis publicationem, promisso subsidio, promotam fuisse a tribus administris rerum intestinarum Regni Belgici, qui sibi in hac provincia per ultimum triennium successerunt.

Denique typos syriacos, quibus excusus est liber iste, nobis lubenter commodavit vir a litteris orientalibus et exegesi sacra meritissimus, J. TH. BEELEN, univ. cath. Lovan. professor.

EDITORES.

In festo SS. Apostolorum Petri et Pauli 29 Junii 1872.

Elenchus virorum qui nominibus in antecessum datis Chronici editionem promoverunt.

BILIO, Aloysius, S. R. E. Cardinalis, Romæ.
DECHAMPS, Victor Augustus, Archiep. Mechliniensis, Primas Belgii.
BAR-TATAR, Petrus, Archiep. Seerdensis in Curdistan, ritus Chaldæi.
BEHNAM-BENNI, Cyrillus, Archiep. Mossulanus, ritus Syri.
GRAVEZ, Theodorus Josephus, Episcopus Namurcensis.
BAILLES, Jacobus Maria, Comes Rom., Episcopus olim Lucionensis, Romæ.
PIE, Ludovicus Franciscus, Episcopus Pictaviensis.
ANTHONIS, Carolus, Episc. Constantiensis i. p. i., maj. Seminarii Mechlin. præses.
LAFORET, Nicolaus Josephus, Rector Univ. cath. Lovaniensis.

—

Aerts, P. J., S. D. N. prælatus domest., jur. can. Dr., archid., Mechliniæ.
Alexandre, L. A. J., can. hon., præses maj. Sem. Namurcensis.
Alpaert, J., viceparoch. in s. Joannis Bapt., Bruxellis.
Auvray, A., S. Theol. lic., can. ord. præmonst. in abbatia Montis Dei in Gallia.
Baeten, J., S. Theol. lic., parochus in eccl. B. M. V. trans Diliam, Mechliniæ.
Baravelli, A., assistens general. Congreg. Barnabit. Romæ.
Beaucourt (**G. de**), Parisiis.
Beauvois, E., prof. in athenæo Antverpiensi.
Beelen, J. T., S. D. N. ab int. cubic., S. Theol. Dr, prof. in Univ. cath Lovan.
Behault du Carmois (**H. de**) in Univ. cath. Lov. alumnus.
Bensly, R. L., bibliothecarius Universitatis Cantabrigiensis. Exempl. 2
Bergeys, F., parochus et decanus Diesthemii.
Bibliotheca Universitatis Lovaniensis.
Bibliotheca minoris Seminarii Mechliniensis.
Bibliotheca Seminarii Namurcensis.
Bickell, A., Ph. Dr, lingg. orientt. prof. in Academia Monasteriensi.
Boëssière-Thiennes (Marchio **G. de la**), Phil. ac Litt. Dr in Lombise.
Bogaerts, P. C., S. D. N. Præl. dom., S. Theol. Dr, vicar. gen. archiep. Mechlin.
Bogaerts, A. D., jur. can. bacc., can. hon., prof. in maj. Semin. Mechliniæ.
Boone, Fr., parochus in Lennick S. Quintini.
Bormans, L., can. hon., scholarum inspector, Mechliniæ.
Bossu, L., Phil. Dr, prof. in Universitate cath. Lovaniensi.
Bourne, H., Greenhithe, Kent, in Anglia.
Brys, P. J., sacerdos in S. Petro prope Gandavum.
Caers, C. H., parochus in Nederoverheembeek.
Calvary, bibliopola, Berolini. Exempl. 2.
Cartuyvels, C., S. Theol. Dr, can. hon., vicerector Univ. cath Lovan.
Chamard, Fr., ord. S. Benedicti in Abbatia de Liguge in Gallia.
Claessens, P., S. Theol. bacc., can. hon., scholarum inspector., Mechliniæ.
Cuyx, J. A., viceparochus in S. Claræ, Bruxellis.
Daminet, J., S. Theol. bacc., viceparochus in Dour.

Danko, J., S. D. N. ab intim. cubic., S. theol. Dr., can., semin. præses in Gran (Hungar.).
Darras, J. E., vic. gen. episcc. Ajacc. et Nanceyen., Parisiis.
David, Josephus, Chorepiscopus Mossulanus, ritus Chaldæi.
De Beche, P. J., can. hon., Phil. prof. in min. Sem., Mechliniæ.
De Belder, J. B., viceparochus in Vlesenbeek.
De Brayl, J. H., parochus in Pepinghen.
De Bruyn, T., juris Dr et causidicus, Bruxellis.
De Buck, R., Soc. Jes., socius bollandianus, Bruxellis.
De Clerck, H. J., prof. in maj. Semin. Mechlin.
De Coster, H., can. eccl. metrop., prof., in Semin. maj. Mechliniæ.
De Coster, H., parochus et decanus in Hal.
De Coster, C. L., parochus in Strythem.
De Coster, G, parochus in Gaesbeke.
De Crane, F., can. hon., Mechliniæ.
De Decker, E. L., can. eccl. metrop. Mechliniæ.
De Haerne, D., S. D. N. ab intim., cub., ad Regni comit. secundi ord.dep.,semin.Angl. præses, Brugis.
De Haerne, A. D., parochus et decanus in Ninove.
Deighton et Bell, bibliopolæ, Cantabrigiæ. Exempl. 3.
Delcour, C., rerum Regni internarum administrator, Bruxellis.
Delvigne, A., parochus in S. Mariæ in Sabulon., Bruxellis.
De Pauw, C., can. eccl. metropol., Mechliniæ.
Demoor, Fl., S. Theol. lic., viceparochus in Oosterzeele.
De Ridder, J. D., parochus et decanus, Lovanii.
De Ridder, C., can. hon , archiep. a secretis., Mechliniæ.
Dessain, C., typographus et bibliopola, Mechliniæ.
De Valroger, H., sacerdos Congreg. Oratorii, Parisiis.
De Wandel, P., viceparochus in Tervueren.
D'Hollander, J., S. Theol. Dr et prof., coll. S. Spiritus præses, Lovanii.
Diercxsens, T. S., monialium S. Francisci rector, Lovanii.
Docq, A., scientt. phys. et math. Dr, can. hon., prof. in Univ. cath. Lovan.
Donnet, A., Proton. Apost. a. i. p., parochus et decanus in S. Jac., Bruxellis.
Dubois, J. B., viceparochus in Schepdael.
Dulau, bibliopola, Londini. Exempl. 3.
Du Rousseaux, I., can. hon., superior Semin. min. Mechliniæ.
Eeters, F. M., parochus in Molenbeeck S. Joannis.
Feyens, J. B., Phil. ac Litt. Dr, prof. in Instit. S. Ludovici, Bruxellis.
Franssen, A., S. Theol. lic., prof. in maj. Semin. Mechliniæ.
Gabriels, H., S. Theol. lic., præses Semin. S. Josephi in Troy (America sept.).
Gautier, E., canonicus hon., Mechliniæ.
Gilbert, P., scientt. phys. et mathem. Dr, prof. in Univ. cath. Lovaniensi.
Gilon, A., S. Theol. lic., can. hon., prof. in semin. Namurcensi.
Graët (G. de). Parisiis.
Groynne, J. L., parochus in Barvaux-Condroz.
Haneberg, D. B., abbas ordin. S. Bened., prof. in Univers. Monacensi.
Hautecœur, E., S. Theol. Dr., can. hon., Duaci.
Henry, L., scientiari natur. Dr et chemicæ prof. in Univers. cath. Lovan.
Henry, L., jur. can. Dr., can. hon., prof. in Semin. Namurcensi.
Hofman, C., viceparochus in S. Laurentii, Antverpiæ.

Kelly, G., rector ecclesiæ SS. Mariæ et Michaelis, Londini.
Kempen, J., professor in Seminario minore Mechliniæ.
Lambin, J., S. Theol. lic., can. hon., prof. in Semin. Namurcensi.
Lambrechts, E., scholarum inspector, in Oorderen.
Langhendries, P. L., viceparoch. in Huldenberg.
Langhendries, J. B., professor in Semin. min., Mechliniæ.
Lassaigne, P., seminarii S. Sulpitii bibliothecarius, Parisiis.
Lauwers, J. B., S. D. N. Præl. dom., S. Theol. D^r., vic. gen. arch. Mechlin.
Le Corbisier, J. Is., parochus in Capelle au Bois.
Lefebve, J. B., S. Theol. D^r, can. hon., prof. in Univers. cath. Lovaniensi.
Lefebvre, F., S. Theol. bacc., Phil. prof. in Instit. S. Ludovici, Bruxellis.
Liagre, J., S. Theol. D^r, Phil. prof. in Semin. Bonæ Spei.
Limpens, G. E., S. Theol. bacc., rector eccl. B. M. V. auxil., in Diœcesi Detroit. (America sept).
Mabire, P. M., vicar. gen. et can. hon. Baiocensis, in Caen, Calvados (Gallia).
Maes, P. X., viceparochus in S. Amandi, Antverpiæ.
Mangelschots, C. J., prof. in Semin. min., Mechliniæ.
Marsigny, A., sacerdos, Antverpiæ.
Martin, J. P., S. Theol. D^r., vicarius S. Nicolai, Parisiis.
Materne, E. J., parochus in Flostoy.
Mertens, A., parochus in Oetinghen.
Michiels, J. B., parochus in Anderlecht.
Mommaerts, J. C., eleemosynarius in schola medicinæ veterinariæ, Bruxellis.
Moreau, J. B., parochus in S. Gerardi.
Moulart, F., jur. can. D^r, prof. in Univers. cath. Lovan.
Muquardt, bibliopola, Bruxellis. Exempl. 2.
Mues, L., S. Theol. bacc., viceparochus in S. Claræ, Bruxellis.
Mutsaerts, C., S. Theol. lic., prof. in Semin. in Driebergen, Hollandia.
Naulaerts, J. L., viceparochus in S. Gertrudis, Lovanii.
Nève, F., Phil. ac Litt. D^r, Acad. Reg. Belg. sod., prof. in Univers. cath. Lovaniensi.
Nollekens, D., S. Theol. bacc., vicepræses et prof in maj. Sem., Mechliniæ.
Neurry, vicepræses tribunalis in Vannes, Morbihan, in Gallia.
Nutt, D., bibliopola, Londini. Exemplaria 12.
Olemans, P. J., parochus in Lennick S. Martini.
Payne Smith, R., S. Theol. D^r., decanus, Cantuariæ.
Peyrot, C., can. hon., eleemosynarius milit., Leodii.
Peyrot, H., S. Theol. bacc., subregens in pædag. Mariæ Ther. in Univers. cath. Lov.
Peemans, J., olim Phil. prof., Mechliniæ.
Peremans, L., viceparochus in Alsemberg.
Phillipps, G., collegii Reginæ præses, Cantabrigiæ.
Pitsaer, G. J., parochus et decanus in Wavre.
Pitsaer, M., parochus in S. Mariæ, Schaerbeek.
Puissant, P., S. Theol. bacc., prof. in Semin. S. Josephi in Troy (America sept.).
Pycke, L., monialium rector in Melle.
Pycke, L., sacerdos ecclesiæ SS. Mariæ et Michaëlis, Londini.
Ribaucourt (comes **A. de**), juris D^r., Bruxellis.
Roelants, L., S. D. N. ab intimo cubicul., S. Theol. D^r, coll. Belg. eccles. præses, Romæ.
Sacré, P. J., Proton. apost. a. i. p., S. Theol. lic., parochus et decan. Antverpiæ.

Schœffer, J., canonicus eccl. metrop. Mechliniæ.
Schollaert, F. J., vicepræses Regni comitiorum secundi ordinis, Lovanii.
Stienlet, X., S. Theol. bacc., viceparochus in S. Jac., Antverpiis.
Stroom, A., S. Theol. Dr., vice rector semin. Anglor., Brugis.
Swalus, E., olim parochus in Castre, Hal.
Teirlinck, C., parochus et decanus in Steenockerzeel.
Teirlinck, P. J., parochus in Maria-Lierde.
T'Serclaes (comes **E. de**), juris civilis Dr, Bruxellis.
Thonissen, J. J., jur. Dr, ad Regni comitia sec. ord. deput., prof. in Universit. cath. Lovaniensi.
Van Assche, B., parochus S. in Michaëlis. Lovanii.
Van Camp, F., parochus et decanus in Lombeeck B. M. V.
Van Caster, G., prof. in gymnasio comm., Lovanii.
Van Cauwelaert, J. B., parochus in S. Nicolai, Bruxellis.
Van Damme, P. J., can. hon., prof. in Semin. Gandavensi.
Van den Wyngaert, L., parochus in S. Catharinæ, Mechliniæ.
Vanderesse, J. B., canonicus eccl. cath. Namurcensis.
Van der Hasselt, P. J., parochus in Herffelinghen.
Vanderheyden, F., viceparochus in Dieghem.
Van der Mooren, A., S. Theol. Dr., can. hon., professor in Sem. Gandavensi.
Vander Slagmolen, J., viceparoch. in Wyneghem.
Vandertaelen, J. F., parochus in Goyck.
Van der Velden, J. B., prof. in schola normali Lyræ.
Van de Velde, J. B., parochus et decanus in Turnhout.
Van der Stappen, Fr., sacerdos in Semin. maj., Mechliniæ.
Van Eeckhoudt, J., viceparochus in B. M. V. Hanswyckianæ, Mechliniæ.
Van Kerckhove, C., S. Theol. lic., prof. in semin. Americ., Lovanii.
Van Opdenbosch, P. J., prof. in Semin. min., Mechliniæ.
Van Pruyssen, J., sacerdos in Schelle.
Van Reeth, S. Theol. Dr., can. ord. præm. in Averbode.
Van Roost, M. J., S. Theol. lic., viceparochus in S. Gudulæ., Bruxellis.
Van Weddingen, A., S. Theol. Dr, Regis Belgarum eleemosynarius, Bruxellis.
Van Zeebroeck, E., viceparochus in Eyseringhen.
Vendelmans, J., parochus in Haecht.
Verbeeck, A., viceparochus in Goyck.
Verbeylen, A. P., viceparochus in Hal.
Verhulst, P., prof. in semin. maj. Mechliniæ.
Verstraeten, J. J., viceparochus in Lennick S. Quintini.
Walravens, J. B., viceparochus in Rhodes S. Agathæ.
Ward, G. G., phil. Dr., director Ephemeridum : *Dublin Review*, Londini.
Willekens, J., Abbas Montis Dei in Gallia.
Wilmet, C., S. D. N. Præl. domest., can. hon., in Sem. Namurc. olim professor, in Châtelineau.
Woëlmont (Baro **E. de**), S. D. N., cubicul., Namurci.
Wouters (Eques **C.**), burgimagister in Goyck.
Wouters (Eques **E.**), ad Regni comitia primi ordinis deputatus, in Rhodes S. Agathæ.
Wouters, P., parochus in Lerbeek.
Wright, W., Litt. Dr, linguæ arab. prof. in Univers. Cantabrigiensi.
Zingerle, P., Ord. S. Bened., S. Theol. Dr, S. Congr. de propag. fide consult., in Marienberg (Tirol.).

BARHEBRÆI

CHRONICON ECCLESIASTICUM

SECTIO PRIMA

PROŒMIUM

ܒܚܝܠ ܐܠܗܐ ܟܬܒܝܢܢ ܟܬܒܐ
ܕܐܟܠܣܝܣܛܝܩܘܣ ܐܘܟܝܬ ܡܢܘܬܐ ܕܬܪܬܝܢ
ܕܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢ̈ܐ . ܕܣܝܡ ܠܩܕܝܫܐ
ܐܒܘܢ ܛܘܒܬܢܐ ܘܢܨܝܚܐ ܡܪܝ
ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ܕܗܘ
ܐܒܘܠܦܪܓ ܒܪ ܐܗܪܘܢ ܐܣܝܐ ܡܠܝܛܝܢܝܐ.
ܐܠܗܐ ܢܚܘܣ ܥܠܝܢ ܒܨܠܘܬܗ ܐܡܝܢ.

Ope Dei describimus librum *historiæ* ecclesiasticæ, alteram nempe partem Chronici, concinnati a sancto patre nostro beato ac illustri Mar Gregorio, Maphriano[1] Orientis, qui et Abulpharagius nuncupatur, Aaronis filio, medico Melitinensi. Illius precibus Deus nobis propitius esto! Amen[2].

[1]) Duo vocabula syriaca *Mar* et *Maphrianus*, usui recepto morem gerentes, in translatione latina perpetuo servamus. Est autem ܡܳܪܝ *Mor*, sive, ut Syri orientales pronuntiant, *Mar*, latine *dominus meus*, honoris appellatio viris sive sanctitate conspicuis, sive dignitate episcopali insignitis tribui solita. — Maphrianus vero (ab ܐܰܦܪܺܝ *foecundavit)* primum post patriarcham in ecclesia Jacobitarum locum occupat, illumque haud inepte *primatem* dixeris. Quænam ejus dignitas fuerit et auctoritas ex decursu hujus Chronici, maxime ex tertia parte, colligitur. Interim qui plura desiderat, adeat Jos. Sim. Assemanum in *Dissert. de Syris monophysitis*, § VIII, Romæ 1730.

[2]) Hactenus præfatio est amanuensis qui codicem nostrum Londinensem *Chronici ecclesiastici* ex alio codice transcripsit.

ܡܦܩܢܢ ܠܡܠܬܐ ܕܫܘܥܝܬܐ ܦܢܝ
ܥܠܡܢܝܬܐ ܡܢ ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܡܫܚܠܦܬܐ
ܘܡܫܠܡܢܘܬܐ ܥܬ[ܝ]ܩܬܐ ܥܕܡ ܐܝܟ
ܕܐܫܬܟܚܬ ܚܝܠܐ ܠܡܘܬܒܘܬ ܢܦܫܝ .
ܡܢ ܗܐ ܡܟܝܠ ܬܘܒ ܗܕܐ ܠܘܬ ܦܠܓܘܬܐ
ܕܬܪܬܝܢ ܕܨܒܘܬܐ ܥܕܬܢܝܬܐ ܦܢܐ ܐܢܐ .
ܘܒܡܦܠܓܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܥܠ ܪܝܫܘܬ
ܟܘܡܪܘܬܐ ܡܥܪܒܝܬܐ ܡܢ ܐܗܪܘܢ ܪܝܫܟܘܡܪܐ
ܩܕܡܝܐ ܕܕܝܬܝܩܝ ܥܬܝܩܬܐ ܡܫܪܐ ܐܢܐ .
ܘܐܦ ܐܢܫܝܢ ܠܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܐܝܟ ܕܗܘ
ܩܘܪܒܢܐ ܐܘ ܕܒܚܐ ܠܡܪܝܐ ܩܪܒܘ ܐܘ
ܕܒܚܘ ܒܟܘܡܪܐ ܡܢܘ . ܘܡܢܗ ܕܐܕܡ
ܒܪܝܐ ܕܐܢܫܐ ܫܪܝܬ ܟܘܡܪܘܬܐ ܒܐܢܫܘܬܐ
ܐܡܪܝܢ . ܘܠܗܝ ܕܓܒܠܬܢܝ ܘܣܡܬ ܥܠܝ
ܐܝܕܟ ܠܡܨܥܬܐ ܡܝܬܝܢ . ܒܪܡ ܓܠܝܐ
ܕܒܘܠܒܠܐ ܗܘ ܗܢܐ ܐܝܟ ܡܬܝܕܥ ܘܦܠܐܬܐ .
ܡܛܠ ܕܥܕܟ ܟܘܡܪܘܬܐ ܒܫܡܗ ܐܬܬܚܕܝ
ܗܘܐ . ܐܦܠܐ ܣܘܥܪܢܗ ܒܢܡܘܣܐ ܕܦܐܐ ܠܗ
ܐܬܬܚܕܝ ܗܘܐ . ܘܡܟܝܠ ܕܡܢ ܡܟܬܒܢܐ
ܕܫܢܝܘܬܐ ܐܢܕܪܘܢܝܩܘܣ ܘܐܦܐܣ ܡܢܗ

Proœmium.— Cum jam res sæculares, ex variis scriptis traditionibusque antiquis (?) haustas, ad nostros usque dies pro virili meo enarraverim, alteram porro partem, negotia ecclesiastica spectantem, aggredior; atque in istius sectione priori, in quo de summo sacerdotio occidentali[1], initium facio ab Aarone, primo fœderis antiqui summo pontifice. Quamquam enim nonnulli eos omnes qui, sicut ille, oblationem Domino obtulerunt aut sacrificium immolarunt, sacerdotibus accenseant, immo ab ipso protoparente Adamo sacerdotium in humano genere inchoasse dicant, illud : *quoniam tu formasti me et posuisti super me manum tuam*[2] in medium proferentes, liquet tamen *potius* confusum esse hunc agendi modum et allegoricum, siquidem ipsum sacerdotii nomen adhuc nondum erat in usu, neque ejus res et officium congrua lege sancitum. E catalogorum vero auctoribus nullus de pontificibus Hebræorum aliquid scriptum reliquit, præter An-

[1]) Chronicon Barhebræi, quod jam in Præfatione notavimus, bipartitum exstat. Prior pars, a Brunsio et Kirschio edita, historiam politicam, juxta dynastiarum seriem digestam, complectitur; posterior præcipue continet fata sectæ jacobiticæ, quam ad Christianismi initia colligare satagit auctor. Hujus itaque, quam nos nunc primum luce donamus, sectio prior de pontificibus veteris testamenti, deinde de patriarchis Antiochenis a sancto Petro usque ad initia Monophysitarum, demum de patriarchis Antiochenis Jacobitis agit; posterior vero propagationis religionis christianæ in Oriente et deinde Jacobitarum Maphrianorum historiam texit. Proinde »hic Barhebræus (ut scite notat Jos. Sim. Assemanus, *Bibl. Orient.*, tom. II, 305) quum Syros Occidentales Orientalibus opponit, non Jacobitas et Nestorianos, ut alibi, intelligit, sed de diversis provinciis unius ejusdemque jacobiticæ nationis loquitur, et *Orientalium* quidem nomine Jacobitas in Assyria et Mesopotamia sub Maphriani potestate constitutos designat; per *Occidentales* vero alios Jacobitas significat, qui in eadem Mesopotamia et in Syria proprie dicta et in Phœnice, atque Cilicia et Palæstina et Armenia sub jurisdictione patriarchæ ejusdem gentis vivunt.«

[2]) Ex Ps. 138, ubi legitur in versione *Peschito* :
ܓܒܠܬܢܝ ܘܣܡܬ ܥܠܝ ܐܝܕܟ .

ܡܛܘܩܒ ܕܐܘܪܗܝ ܒܠܚܘܕ ܐܬܠܒܟܘ ܥܠ ܫ̈ܢܝ ܚܘܒܢܐ ܕܪ̈ܫܢܐ . ܘܠܐ ܒܠܚܘܕܘܬ ܠܐ ܡܫܬܘܕܥܐ ܡܬܚܫܒܢܐ ܒܫ̈ܠܝܛܢܘܗܝ . ܠܗ ܒܠܚܘܕ ܒܫ̈ܢܝ̈ܗ ܡܬܡܢܐ ܐܠܐ ܘܒܗܘܢ ܒܦ̈ܪܨܘܦܝܗܘܢ . ܠܦܘܬ ܗܢܐ ܦܠܚܬ ܐܦ ܐܢܐ . ܡܢ ܠܗ ܡܬܝܪ ܠܟܬܒܘܬ ܥܠ ܦܘܫܩ ܕܟ̈ܬܒܐ ܥܒܪ̈ܝܐ ܘܝܘ̈ܢܝܐ ܘܣܘܪ̈ܝܝܐ . ܒܬܠܬܝܗܘܢ ܓܝܪ ܡܝܬܪ ܗܘܐ ܘܫܒܝܚ ܒܕܪܗ .

dronicum[1] et abbatem Mar Jacobum Edessenum[2]: inter quos tamen immensa reperitur dissensio non solum in computandis præfectorum annis, sed quoad ipsas eorum personas; equidem textum meum conjungo cum religiosissimi *Jacobi*[3] textura, viri in conferendis codicibus hebraïcis, graecis ac syriacis diligentissimi, utpote qui erat trium istarum linguarum peritia inter æquales suos plane singularis.

[1]) Andronicus iste haud semel in Barhebræo Chronico laudatur, ita tamen ut nihil certi circa ejus personam et scripta ex eo colligi queat. Ex Eliæ Nisibeni *Chronographia* inedita (Mus. brit., nº 7179) constat edita ab illo fuisse ܩܢ̈ܘܢܐ ܕܫ̈ܢܝܐ h. i. *canones annorum* seu tabulas chronographicas, ex quibus plura recitantur saltem usque ad annum æræ christianæ 335. Præterea hunc «Andronicum « tempore Justiniani imperatoris floruisse dicit « Elias, » teste Forshall : *Catal. codd. orientt. qui in musæo britannico asservantur*, part. I, p. 86, Londini, 1838.

[2]) De Jacobo, Edessæ sæc. VII episcopo Jacobita, plura suo loco dabit Barhebraeus. Vide interim quæ de illo scripsit Lamy : *Dissertatio de Syrorum fide et disciplina in re eucharistica*, Lovanii, 1859, pp. 206, sqq.

[3]) Jacobi nomen, quamquam in textu haud expressum, ideo in versione supplere non hæsitavi, quod id contextus jubet, tum etiam quod famosus scriptor ille Edessenus alibi solo vocabulo ܚܣܝܐ *religiosissimi viri*, Barhebræo designari solet, v. g. in ejus ܟܬܒܐ ܕܙܠܝ̈ܩܐ *libro splendorum*, mox Parisiis edendo a Cl. Martin. Videsis ejusdem : *Tradition karkaphienne*, Paris, 1870, p. 46.

CHRONICON ECCLESIASTICUM. SECT. I

PONTIFICES VET. TEST.

ܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ܕܐܟܠܣܝܣܛܝܩܘܢ ܥܠ
ܪܝܫܘܬ ܟܗܢܘܬܐ ܡܥܪܒܝܬܐ.

ܩܕܡܝܬ ܐܗܪܘܢ ܪܝܫܟܗܢܐ ܩܕܡܝܐ ܩܡ
ܠܥܡܐ ܐܝܣܪܝܠܝܐ. ܒܫܢܬ ܬܡܢܝܢ ܘܫܒܥ
ܕܡܘܫܐ. ܘܗܘ ܡܘܫܐ ܡܢ ܠܡܡܠܠܘ ܥܡ ܐܠܗܐ
ܐܫܬܘܝ. ܘܠܘܚܐ ܕܟܐܦܐ ܕܟܬܝܒܢ ܒܨܒܥܐ
ܐܠܗܝܐ ܢܣܒ. ܘܢܡܘܣܐ ܘܕܝܢܐ ܘܦܘܩܕܢܐ
ܠܗܘܢ ܝܠܦ. ܘܠܐܗܪܘܢ ܐܚܘܗܝ ܐܠܦ.
ܬܘܪܬܐ ܗܝ ܕܕܒܚܐ ܘܢܡܘܣܘܬܐ ܕܩܘܪܒܢܐ
ܛܠܠܢܝܐ. ܢܦܩ ܕܝܢ ܐܗܪܘܢ ܕܫܡܫ
ܟܗܢܘܬܐ ܕܕܒܚܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܫܢܝܐ ܬܠܬܝܢ
ܘܬܡܢܐ ܘܫܟܒ.

Sectio prior historiæ ecclesiasticæ : de pontificatu occidentali.

1. Aaron, *pontifex primus*, populo israëlitico præfectus fuit anno Moysi octogesimo septimo. Moyses ipse cum jam conversatione divina dignus habitus esset, tabulas lapideas digito divino conscriptas accepisset, legesque, judicia ac mandata didicisset, illa quoque fratrem suum edocuit, ritum scilicet sacrificiorum normamque oblationum umbratilium. Aaron autem obiit, pontificatu sacrificiorum et oblationum annis triginta et octo perfunctus[1].

[1]) Cfr. *Numer.*, XXXIII, 38. Hic procul dubio, nisi vitium amanuensis habeatur, oscitavit Barhebræus. Vixit Moysis annis 120 (*Deut.*, XXXIV, 7), et ante ipsum obierat Aaron, qui non potuit proinde ab anno Moysis 87° pontificale munus gessisse ultra annos 32 vel 33. — Quoad sequentes porro Hebræorum pontifices, conciliandum auctorem cum aliis chronographis ipsi lectori permittimus. Plura in hanc rem collecta reperiet v.g. in Josephi *Antiqq.* XI et XII; *Chron.* Eusebii *lib. II*, apud Migne, *Patrol. Gr.*, tom. XIX, 383, sqq.; in *lib. II Hist. eccl.* Nicephori Callisti, cap. IV, *Patrol. Gr.*, tom. CXLV, 761, sqq.; in *Thesauro antiquitatum sacrarum*, authore Blasio Ugolino, tom. I, 28. sqq., item, tom. XIII. 857, sqq. Venetiis 1744 et 1752.

ܒܬܪ ܐܗܪܘܢ ܀ ܐܠܥܙܪ ܒܪܗ ܀

ܗܢܐ ܩܒܠ ܡܢ ܦܘܣܩܢ ܟܗܢܘܬܐ ܕܥܡܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܡܢ ܠܥܠ ܢܦܠ . ܘܢܕܒ ܘܐܒܝܗܘ ܒ̈ܢܝܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܐܗܪܘܢ ܀ ܡܛܠ ܕܢܘܪܐ ܢܘܟܪܝܬܐ ܐܩܪܒܘ ܐܫܬܕܝܘ . ܒܕ̈ܝܢܐ ܟܣ̈ܝܐ ܘܠܐ ܡܬܒܨ̈ܝܢܐ ܕܡܪܝܐ . ܢܣܒ ܕܝܢ ܐܠܥܙܪ ܐܢܬܬܐ : ܠܒܪܬܗ ܕܥܡܝܢܕܒ ܗ̇ܘ ܕܡܢܗ ܡܬܝܒܠ ܡܫܝܚܐ . ܘܐܘܠܕ ܡܢܗ ܠܦܝܢܚܤ . ܘܗܪܟܐ ܡܬܚܙܝܐ ܕܗܘܬ ܐܚܝܢܘܬܐ ܠܬܪ̈ܬܝܢ ܫܒ̈ܛܐ . ܠܝܗܘܕܐ ܘܠܠܘܝ . ܐܘܟܝܬ ܡܠܟܘܬܐ ܘܟܗܢܘܬܐ . ܒܗܕܐ ܗ̇ܘ ܕܡܢܗ ܕܝܠܗ ܒܒܣܪ ܦܪܘܩܢ ܡܫܝܚܐ . ܐܠܥܙܪ ܕܝܢ ܫܡܫ ܟܗܢܘܬ ܒܟܗܢܘܬܐ ܐܝܟ ܫ̈ܢܝܐ ܕܚܡܫܝܢ ܘܫܬ ܥܕܡܐ ܠܫܢܬܐ ܫܒܝܥܝܬܐ ܕܥܬܢܝܐܝܠ ܀

ܒܬܪ ܐܠܥܙܪ ܦܝܢܚܤ ܒܪܗ .

ܗܢܐ ܛܢ ܛܢܢܐ ܡܫܒܚܐ . ܘܩܛܠ ܠܙܡܪܝ ܘܠܟܘܙܒܝ ܙܢܝܬܐ . ܘܐܢܝܚ ܠܚܡܬܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ . ܫܡܫ ܕܝܢ ܒܟܗܢܘܬܐ ܫ̈ܢܝܐ ܬܡܢܝܢ ܘܫܢܝ .

ܒܬܪ ܦܝܢܚܤ ܐܒܝܫܘܥ . ܫ̈ܢܝܐ ܢܙ ܀

ܒܬܪ ܐܒܝܫܘܥ ܐܒܝ[ܩܪ]. ܫ̈ܢܝܐ ܫܬܝܢ. ܗܢܐ ܒܝܘܡܝ ܕܕܒܘܪܐ ܘܒܪܩ ܐܫܬܘܕܥ ܗܘܐ .

2. *Post Aaronem* ELEAZAR *ejus filius*.

Is populi *judaici* pontificatum decreto superno obtinuit; Nadab vero et Abiu, alii Aaronis filii, eo quod ignem alienum adoluerant, occultis et inscrutabilibus Domini judiciis rejecti fuere[1]. Eleazarus autem uxorem sibi accepit filiam Aminadab a quo deducitur Christus[2], et ex ea genuit Phineem: hinc patet inter duas tribus Judæ et Levi, sive regnum inter et sacerdotium, exstitisse cognationem. Hoc modo, ex ejus prosapia ortus est in carne salvator noster Christus. Eleazar spatio annorum circiter quinquaginta sex, usque ad annum septimum Othoniëlis, pontificatum gessit[3].

3. *Post Eleazarum*, PHINEES *ejus filius*. Is zelo laudabili inflammatus occidit Zamri et Chozbi meretricem, *ita* justitiae furorem sedans[4]. Transactis autem in pontificatu annis octoginta, obiit.

4. *Post Phineem* ABJESUS[5], *annis* 57.

5. *Post Abjesum*, ABICAR[6], *annis sexaginta*, qui floruit tempore Debborae et Barac.

[1]) *Levit.*, cap. X.
[2]) *Matt.*, I, 4, et *Luc.*, III, 33; item, *Exod.*, VI, 23.
[3]) Cfr. *Jos.*, XXIV, 33.
[4]) *Num.*, XXV, et *I Macc.*, II, 54.
[5]) *I Paralip.*, VI, 4, sqq. Vulgatus interpres scribit *Abisue*.

[6]) ܐܒܝܩܘܪ *Abicor* seu *Abicar* ita quoque scribitur in veteri versione syriaca S. Script. *I Paral.*, VI, 5; ibidem tamen 51 est ܒܩܝ *Baki* seu *Boki*; hebraice autem perpetuo legitur בֻּקִּי in Vulgata *Bocci*.

ܒܬܪ ܐܒܝܩ[ܪ] ܥܙܪܝ. ܫܢܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ.

ܒܬܪ ܥܙܪܝ. ܙܪܚܝܐ. ܫܢܝܢ ܚܡܫܝܢ ܘܬܪܬܝܢ. ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܙܒܢܐ ܕܬܘܠܥ ܘܕܝܐܝܪ ܘܕܢܦܬܚܐ ܓܠܥܕܝܐ. ܘܚܫܒܘܢ ܘܐܒܝܨܢ ܕܝܢ̈ܐ.

ܒܬܪ ܙܪܚܝܐ. ܡܪܘ ܫܢܝܢ ܐܪܒܥܝܢ.

ܒܬܪ ܡܪܘ. ܐܡܪܝܐ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ:

ܒܬܪ ܐܡܪܝܐ ܐܚܝܛܘܒ ܫܢܝܢ ܥܣܪܝܢ. ܐܢܕܪܘܢܝܩܘܣ ܐܡܪ. ܕܒܬܪ ܐܡܪܝܐ ܦܝܢܚܣ ܒܪ ܡܪܘ ܦܩܕ ܫܢܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܘܚܕܐ. ܘܒܬܪ ܦܝܢܚܣ ܒܪ ܡܪܘ ܥܠܝ ܘܒܢܘܗܝ ܫܢܝܢ ܐܪܒܥܝܢ. ܘܗܝ ܐܚܝܛܘܒ.

ܒܬܪ ܐܚܝܛܘܒ. ܨܕܘܩ. ܫܢܝܢ ܫܬܝܢ.

ܒܬܪ ܨܕܘܩ. ܐܚܝܡܥܨ. ܫܢܝܢ ܬܡܢܐ.

ܒܬܪ ܐܚܝܡܥܨ. ܥܙܪܝܐ ܫܢܝܢ ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ:

ܒܬܪ ܥܙܪܝܐ. ܐܡܪܝܐ ܫܢܝܢ ܫܬܝܢ.

ܒܬܪ ܐܡܪܝܐ. ܐܚܝܡܠܟ. ܫܢܝܢ ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ.

6. *Post Abicar*, OZRI[1], *annis quadraginta duobus.*

7. *Post Ozrim*, ZARCHIAS, *annis quinquaginta duobus.* Vixit ille tempore Tholae, Jair, Naphthaha[2] Galaaditidis, et Hesebon ac Abisan[3] judicum.

8. *Post Zarchiam*, MARU[4], *annis quadraginta.*

9. *Post Maru*, AMARIAS, *annis triginta duobus.*

10. *Post Amariam*, ACHITOB, *annis viginti.* Andronicus tradit post Amariam præfectum fuisse Phineem, filium Maru, per annos quadraginta et unum; post Phineem vero filium Maru, Heli ac ejus filios, annis quadraginta; et tunc venisse Achitob.

11. *Post Achitob*, SADOC, *annis sexaginta.*

12. *Post Sadoc*, ACHIMAAS, *annis octo.*

13. *Post Achimaas*, AZARIAS, *annis viginti duobus.*

14. *Post Azariam*, AMARIAS, *annis sexaginta.*

15. *Post Amariam*, ACHIMELECH, *annis viginti duobus.*

1) ܥܙܪܝ *Ozri* in versione *Peschito*, l. c. v. 6 ܥܙܝ dicitur *Azi* vel *Ozi*, hebraice vero et in Vulgata עֻזִּי *Ozi*.

2) ܢܦܬܚܐ *Napthaha* in Peschito audit idem ille qui hebraïce יִפְתָּח *Jephte* nuncupatur. Cfr. *Jud.*, XI, 1, sqq.

3) Nullus Judicum qui Hesebon appellatus fuerit in Scriptura commemoratur. Post Jephte Abesan populum judicavit. Vid. *Jud.*, XII, 8.

4) Pro syriaco ܡܪܘ *Maru* legitur hebraïce *I Paralip.*, VI, 6 et 52 : מְרָיוֹת *Meraioth*.

ܒܬܪ ܐܚܝܡܠܟ. ܝܘܝܕܥ ܫܢ̈ܝܐ
ܬܠܬ. ܐܢܕܪܘܢܝܩܘܣ ܕܝܢ ܒܬܪ
ܐܚܝܡܠܟ ܗܢܐ ܕܐܬܩܛܠ ܡܢ ܫܐܘܠ.
ܥܡ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܟܗ̈ܢܐ. ܡܛܠ
ܕܗܘܐ ܒܥܠ ܐܪܙܐ ܠܕܘܝܕ. ܠܐܒܝܬܪ
ܗܘ ܕܐܦ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ
ܡܥܗܕ ܠܗ. ܚܣܝܐ ܕܝܢ ܝܥܩܘܒ ܠܐ
ܡܢܐ ܠܗ ܠܐܒܝܬܪ ܒܪ̈ܝܫܟܗܢܐ. ܐܦܠܐ
ܠܥܠܝ ܘܠܒܢ̈ܘܗܝ ܡܥܗܕ ܒܛܟܣܐ ܕܪ̈ܝܫ
ܟܗ̈ܢܐ.

16. *Post Achimelech*, JOIADAS, *annis tribus*.

Andronicus autem post hunc Achimelech, a Saüle una cum centum et quinquaginta sacerdotibus occisum[1], quod fuerat Davidis consiliarius, recenset Abiathar, cujus etiam sacer Evangelii codex meminit[2]. E contra religiosissimus Jacob non numerat Abiathar inter pontifices, neque etiam Heli ejusque filios in ordine pontificum commemorat.

ܒܬܪ ܝܘܝܕܥ. ܥܙܪܝܐ. ܫܢ̈ܝܐ ܕܠܐ ܝܕ̈ܝܥܢ.

17. *Post Joiadam*, AZARIAS, *annis incompertis*.

ܒܬܪ ܥܙܪܝܐ: ܫܠܘܡ. ܫܢ̈ܝܐ ܕܠܐ ܝܕ̈ܝܥܢ.

18. *Post Azariam*, SCHALUM, *annis incompertis*.

ܒܬܪ ܫܠܘܡ. ܐܡܘܨܝܐ. ܫܢ̈ܝܐ ܕܠܐ ܝܕ̈ܝܥܢ.

19. *Post Schalum*, AMASIAS, *annis incompertis*.

ܒܬܪ ܐܡܘܨܝܐ. ܚܠܩܝܐ ܫܢ̈ܝܐ ܕܠܐ ܝܕܝܥܢ.

20. *Post Amasiam*, HELCIAS, *annis incompertis*.

ܒܬܪ ܚܠܩܝܐ. ܥܙܪܝܐ ܫܢ̈ܝܐ ܕܠܐ ܝܕܝܥܢ

21. *Post Helciam*, AZARIAS, *annis incompertis*.

ܒܬܪ ܥܙܪܝܐ. ܣܪܝܐ ܫܢ̈ܝܐ ܕܠܐ ܝܕܝܥܢ

22. *Post Azariam*, SIRAIAS, *annis annis incompertis*.

ܒܬܪ ܣܪܝܐ. ܨܕܘܩ ܫܢ̈ܝܐ ܕܠܐ ܝܕܝܥܢ

23. *Post Siraiam*, SADOC, *annis incompertis*.

ܒܬܪ ܨܕܘܩ ܝܘܨܕܩ ܫܢ̈ܝܐ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥ.

24. *Post Sadoc*, JOSEDEC, *annis viginti quatuor*.

ܒܬܪ ܝܘܨܕܩ. ܝܫܘܥ. ܫܢ̈ܝܐ ܕܠܐ ܝܕ̈ܝܥܢ

25. *Post Josedec*, JESUS, *annis incompertis*.

ܒܬܪ ܝܫܘܥ. ܝܘܨܕܩ ܫܢ̈ܝܐ ܬܠܬܝܢ ܘܐܪܒܥ.

26. *Post Jesum*, JOSEDEC, *annis triginta quatuor*.

[1]) Cfr. *I Reg.* XXII, 18, ubi trucidati dicuntur sacerdotes octoginta quinque.

[2]) *Marc.*, II, 26.

ܡܢ ܒܬܪ ܝܘܨܕܩ. ܐܠܝܫܘܥ ܫܢܝܢ ܚܡܫܝܢ.

ܡܢ ܒܬܪ ܐܠܝܫܘܥ. ܝܘܝܕܥ ܫܢܝܢ ܐܪܒܥܝܢ.

ܡܢ ܒܬܪ ܝܘܝܕܥ. ܡܢܫܐ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܘܚܕܐ.

ܡܢ ܒܬܪ ܡܢܫܐ. ܝܘܚܢܢ ܫܢܝܢ ܐܪܒܥܣܪܐ.

ܡܢ ܒܬܪ ܝܘܚܢܢ ܚܠܩܝܐ. ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ. ܗܢܘ ܐܒܘܗܝ ܕܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ. ܒܙܒܢܐ ܕܐܡܘܢ ܘܝܘܫܝܐ ܘܝܘܝܩܝܡ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ. ܘܡܟܬܒܢܐ ܟܠܗܘܢ ܡܫܪܪܝܢ ܕܫܦܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܡܡܠܠܐ ܕܥܠ ܪܒܟܗܢܘܬܗ ܗܢܐ ܚܠܩܝܐ. ܓܒܪܐ ܟܐܢܐ ܘܢܨܝܚܐ. ܐܫܟܚ ܣܦܪܐ ܕܢܡܘܣܐ. ܘܚܘܝ ܠܝܘܫܝܐ ܡܠܟܐ. ܘܥܒܕܘ ܦܨܚܐ ܗܘ ܡܫܒܚܐ.

ܡܢ ܒܬܪ ܚܠܩܝܐ. ܦܫܚܘܪ ܫܢܝܢ ܐܪܒܥ.

ܡܢ ܒܬܪ ܦܫܚܘܪ. ܥܙܪܝܐ ܫܢܝܢ ܥܣܪ.

ܡܢ ܒܬܪ ܥܙܪܝܐ ܣܪܝܐ ܫܢܝܢ ܫܬ.

ܡܢ ܒܬܪ ܣܪܝܐ. ܨܕܘܩ ܫܢܝܢ ܥܣܪܝܢ ܘܬܡܢܐ.

ܡܢ ܒܬܪ ܨܕܘܩ. ܝܘܨܕܩ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܘܚܡܫ. ܗܢܐ ܐܫܬܒܝ ܠܒܒܠ ܒܝܘܡܝ ܨܕܩܝܐ ܡܠܟܐ ܗܘ ܕܐܦ ܗܘ ܐܫܬܒܝ ܘܐܬܥܘܪ ܥܝܢܘܗܝ.

ܡܢ ܒܬܪ ܝܘܨܕܩ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܝܘܨܕܩ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ ܘܬܡܢܐ. ܐܦ ܗܘ ܐܫܬܒܝ

27. *Josedec*, ELJESUS, *annis quinquaginta*.

28. *Post Eljesum*, JOIADAS, *annis quadraginta*.

29. *Post Joiadam*, MANASSES, *annis triginta et uno*.

30. *Post Manassen*, JOANNES, *annis quatuordecim*.

31. *Post Joannem*, HELCIAS, *annis triginta*. Ipse fuit pater Hieremiæ prophetæ, tempore Amon, Josiæ et Joakim, regum Juda. Omnes porro scriptores asserunt magnifice esse loquendum de isto pontifice Helcia, viro justo et celeberrimo, qui reperiit volumen legis quod regi Josiæ indicavit. Deinde pascha celeberrimum celebrarunt[1].

32. *Post Helciam*, PHASSUR[2], *annis quatuor*.

33. *Post Phassur*, AZARIAS, *annis decem*.

34. *Post Azariam*, SIRAIAS, *annis sex*.

35. *Post Siraiam*, SADOC, *annis viginti octo*.

36. *Post Sadoc*, JOSEDEC, *annis triginta quinque*. Is Babylonem in captivitatem abductus fuit, in diebus Sedeciæ regis, qui etiam captivus factus fuit et cujus oculi effossi fuere[3].

37. *Post Jozedec*, JESUS, *filius Josedec, annis triginta octo*, qui pariter

[1]) *IV Reg.*, XXII, 8, et *II Paral.* XXXIV et XXXV.

[2]) *Hierem.*, XXI et XXII.

[3]) *Hierem.*, XXXII et XXXIX.

ܒܬܪ ܐܒܘܗܝ ܠܒܒܠ . ܘܗܘܐ ܬܡܢ
ܥܕܡܐ ܕܐܡܠܟ ܟܘܪܫ ܦܪܣܝܐ ܗܘ ܕܦܩܕ
ܠܥܡܐ . ܠܡܗܦܟ ܘܠܡܬܒܢܝܘ ܗܝܟܠܐ .
ܘܗܦܟ ܗܘ ܝܫܘܥ ܟܗܢܐ ܪܒܐ ܥܡ
ܙܪܘܒܒܠ . ܘܫܪܝܘ ܒܒܢܝܢܗ ܕܗܝܟܠܐ
ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܕܟܘܪܫ .

ܒܬܪ ܝܫܘܥ ܒܪ ܝܘܝܩܝܡ ܫܢܝܐ ܥܣܪܝܢ .
ܒܝܘܡܘܗܝ ܐܫܬܡܠܝ ܗܘܐ ܗܝܟܠܐ .
ܘܐܬܩܛܠܘ ܐܝܠܝܢ ܕܟܠܝܢ ܗܘܘ ܠܥܒܪܝܐ
ܡܢ ܒܢܝܢܐ .

ܒܬܪ ܝܘܝܩܝܡ ܐܠܝܫܒ ܒܪܗ . ܫܢܝܐ
ܬܪܬܥܣܪܐ . ܘܐܦ ܥܙܪܐ ܣܦܪܐ ܡܬܝܕܥ
ܗܘܐ ܡܠܦܢܐ ܕܢܡܘܣܐ ܠܥܒܪܝܐ
ܘܓܪܡܛܝܩܘܣ ܡܝܬܪܐ . ܘܡܢ ܠܥܠ ܢܣܒ
ܡܘܗܒܬܐ ܕܝܕܥܬܐ .

ܒܬܪ ܐܠܝܫܒ ، ܝܘܝܕܥ ܒܪܗ ܫܢܝܐ ܝܙ .
ܒܝܘܡܘܗܝ ܐܫܬܡܠܝ ܒܢܝܢܐ ܕܗܝܟܠܐ .
ܕܒܫܢܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܘܫܬ ܫܠܡ .

ܒܬܪ ܝܘܝܕܥ . ܝܘܚܢܢ ܒܪܗ ܫܢܝܐ ܬܠܬܝܢ
ܘܬܠܬ . ܘܗܘ ܗܘܐ ܒܙܒܢܐ ܕܐܪܛܚܫܫܬ
ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ .

ܒܬܪ ܝܘܚܢܢ . ܝܘܝܕܥ ܒܪܗ ܫܢܝܐ
ܐܪܒܥܝܢ . ܗܢܐ ܐܬܟܢܝ ܐܝܕܘܥ . ܘܒܙܒܢܗ
ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܒܚܐ ܐܚܕ ܚܢܦܐ ܕܫܡܗ
ܐܢܕܪܘܡܦܘܣ ܘܡܥܕܪ ܗܘܐ ܠܥܒܪܝܐ
ܒܟܠܡܕܡ .

post patrem suum abductus fuit Babylonem, ibique permansit usque ad regnum Cyri Persæ, qui jussit reverti populum et templum ædificari. Regressus est et Jesus sacerdos magnus cum Zorobabele, cœptumque est templo ædificando, anno Cyri secundo[1].

38. *Post Jesum, filius (ejus)* Joakim[2], *annis viginti.* Ejus tempore absolutum fuit templum, iique interfecti sunt qui Hebræos ab ædificatione impediebant.

39. *Post Joakim,* Eliasas[3] *ejus filius, annis duodecim.* Tunc inclaruit Esdras scriba, qui Hebræis legum doctor et grammaticus insignis exstitit, dono scientiæ desuper accepto.

40. *Post Eliasam,* Joiadas[4], *ejus filius, annis* 17. Cujus tempore completum fuit ædificium templi, elapsis annis quadraginta sex.

41. *Post Joiadam,* Joannes, *ejus filius, annis triginta tribus,* qui præfuit tempore Artaxerxis regis Persarum.

42. *Post Joannem*, Joiadas, *ejus filius, annis quadraginta.* Hic cognominatur Juddus; atque ejus ætate exstitit sacrificulus quidam ethnicus nomine Andromaphus qui Hebræis opem omnimodo tulit.

1) *I Esdr.*, III, 8.
2) *II Esdr.*, XII, 10 et 26. Cfr. Joseph. *Antiqq.*, lib. XI, capp. IV et V.
3) *II Esdr.*, XII, 10, 22, 23. et XIII. 28, vocatur is אֶלְיָשִׁיב, syriace : ܐܠܝܫܒ, in Vulgata : *Eliasib.*
4) *II Esdr.*, loc. cit.

ܒܬܪ ܐܝܘܕܘܣ. ܡܢܫܐ ܐܚܘܗܝ ܫܢܝܢ
ܬܠܬ. ܗܢܘ ܒܢܐ ܗܝܟܠܐ ܒܛܘܪܐ ܕܓܪܙܝܡ
ܒܝܘܡܝ ܐܝܘܕܘܣ ܐܚܘܗܝ ܘܬܡܢ ܡܟܗܢ
ܗܘܐ. ܘܡܢ ܕܡܝܬ ܐܚܘܗܝ܆ ܐܚܕ ܪܝܫܘܬ
ܟܗܢܘܬܐ ܒܗܝܟܠܐ ܕܐܘܪܫܠܡ.

ܒܬܪ ܡܢܫܐ. ܐܢܕܪܝܘܡܟܘܣ ܫܢܝܢ
ܫܒܥܣܪ. ܗܢܐ ܒܝܘܡܝ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ
ܒܪ ܦܝܠܝܦܘܣ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܘܡܛܠ
ܕܦܓܥܗ ܠܡܠܟܐ ܘܝܩܪܗ܆ ܩܛܠܘܗܝ
ܫܡܪܝܐ. ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ.
ܠܟܠܗ ܥܡܐ ܕܫܡܪܝܐ ܩܛܠ. ܘܡܩܕܘܢܝܐ
ܐܝܬܝ ܐܘܬܒ ܒܗ̇.

ܒܬܪ ܐܢܕܪܝܘܡܟܘܣ. ܚܘܢܝܐ ܫܢܝܐ
ܬܪܬܥܣܪܐ.

ܒܬܪ ܚܘܢܝܐ. ܫܡܥܘܢ ܫܢܝܐ ܬܫܥ.

ܒܬܪ ܫܡܥܘܢ ܐܠܥܙܪ ܫܢܝܐ ܬܠܬܝܢ
ܘܐܪܒܥ. ܠܘܬ ܗܢܐ ܫܕܪ ܦܛܠܡܝܘܣ
ܦܝܠܕܠܦܘܣ ܡܠܟܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܘܢܣܒ
ܡܢܗ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ܆ ܘܡܦܫܩܢܐ ܥܒ.

ܒܬܪ ܐܠܥܙܪ. ܡܢܫܐ ܕܕܗ ܫܢܝܐ ܥܣܪ.

43. *Post Juddum*, MANASSES *ejus frater, annis tribus*. Is tempore Juddi, fratris sui, templum in monte Garizim[1] exstruxit ibique munus sacrum obivit; postea autem, defuncto fratre, in templo hierosolymitano summum sacerdotium obtinuit.

44. *Post Manassen*, ANDRIOMACHUS, *annis septemdecim*. Vixit ille in diebus Alexandri Magni, Philippi filii, et quoniam regem honorifice exceperat, a Samaritanis fuit occisus[2]. Quo audito, Alexander, universo Samariæ populo internecioni dato, Macedones colonos adduxit.

45. *Post Andriomachum*, HONIAS, *annis duodecim*.

46. *Post Honiam*, SIMEON, *annis novem*.

47. *Post Simeonem*, ELEAZAR, *annis triginta quatuor*. Ab eo Ptolomæus Philadelphus, rex Ægypti, accivit biblia sacra et interpretes 72[3].

48. *Post Eleazarum*, MANASSES, *ejus patruus, annis decem*.

[1]) Templum in monte Garizim a Manasse ædificatum memorant Barhebræus in *Chronici part.* 1ª, pag. 36, et Eusebius, *lib. II Chronicorum* apud Migne, *Patrol. gr.*, tom. XIX, 488.

[2]) Andriomachus iste a Samaritanis occisus, part. 1ª, p. 39, dicitur ܡܟܗܢܐ *sacrificulus*, nec diversus videtur ab illo qui supra *Andromaphus* ex librarii errore scribebatur. Ad rem explicandam cfr Eusebius *Chronic.*, l. c., 439 : « Alexander, capta Tyro, Judæam invadit, a qua favorabiliter exceptus, Deo victimas immolat, et Jaddum pontificem templi honoribus plurimis prosequitur, Andromacho locorum custode dimisso, quem postea Samaritani interficiunt : ob quæ ab Ægypto reversus Alexander magnis eos suppliciis affecit, et urbem eorum captam Macedonibus ad inhabitandum dedit anno regni sui quarto. »

[3]) Cfr. *Chronici* pars prima, pag. 41, ubi regis Ægypti nomen recte editur ܦܝܠܕܠܦܘܣ *Philadelphus*. In codice nostro, librarii lapsu scriptum fuerit ܦܝܠܝܠܦܘܣ *Phililphus*.

ܒܬܪ ܡܢܫܐ. ܚܘܢܝܐ. ܫܢܝܐ ܐܪܒܥ.

ܒܬܪ ܚܘܢܝܐ ܫܡܥܘܢ ܒܪܗ. ܫܢܝܐ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܡܢܐ. ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܐܒܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܒܪ ܐܣܝܪܐ. ܗܘ ܕܥܒܕ ܟܬܒܐ ܡܝܬܪܐ ܕܚܟܡܬܐ. ܘܗܘ ܫܡܥܘܢ ܛܥܢܗ ܠܡܪܢ ܟܕ ܐܥܠܘܗܝ ܠܗܝܟܠܐ ܡܪܝܐ. ܥܕܡܐ ܓܝܪ ܫܢܝܐ ܡܐܬܝܢ ܘܫܬܥܣܪ ܐܬܥܟܒ ܗܘ. ܡܛܠ ܕܐܬܦܠܓ ܥܠ ܢܒܝܘܬܐ ܕܐܫܥܝܐ. ܕܐܡܪ ܗܐ ܒܬܘܠܬܐ ܒܛܢܐ ܘܝܠܕܐ ܒܪܐ. ܘܡܛܠܗܕܐ ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܘܐܡܪ. ܕܠܐ ܬܛܥܘܡ ܡܘܬܐ ܥܕܡܐ ܕܒܥܝܢܝܟ ܬܚܙܝܘܗܝ ܠܡܫܝܚܐ ܗܢܐ· ܛܥܢܗ ܟܕ ܚܙܐ ܘܝܕܥܗ ܒܢܗܝܪܘܬܐ ܕܪܘܚܐ· ܐܩܥܐ ܗܫܐ ܡܫܪܐ ܕܗܐ ܚܙܝ ܥܝܢܝ ܠܚܝܘܬܟ ܘܫܪܟܐ.

ܒܬܪ ܫܡܥܘܢ· ܚܘܢܝܐ ܒܪܗ ܫܢܝܐ ܐܪܒܥ· ܒܝܘܡܘܗܝ ܗܢܐ ܐܬܚܦܛ ܡܠܟܐ ܕܡܨܪܝܢ ܠܡܒܕܪܘ ܠܝܗܘܕܝܐ. ܘܦܬܘܠܡܐܘܣ

49. *Post Manassen*, HONIAS, *annis quatuor*..

50. *Post Honiam*, SIMEON, *ejus filius, annis quadraginta octo.* Fuit is pater Jesu qui dicitur filius Asiræ (Sirach), qui confecit præclarum librum Sapientiae[1]. Atque idem Simeon Dominum nostrum, cum infans in templum inferretur, gestavit; ad hoc quippe tempus, per annos ducentos et 16 constrictus fuerat[2], quod dubitaverat de prophetia Isaiæ dicentis : „*Ecce Virgo concipiet et pariet filium*„; idcirco scilicet apparuit ei angelus dicens : „Non morieris antequam Natum illum oculis tuis aspicias.„ Quem itaque cum vidisset, gestasset et Spiritus (sancti lumine) agnovisset, exclamavit: „*Me jam dimittas quia viderunt oculi mei salutem tuam,*„ et reliqua.

51. *Post Simeonem*, HONIAS, *ejus filius, annis quatuor.* Ejus tempore Judæos disperdendos aggressus est

[1]) i. e. librum *Ecclesiastici*, qui Græce inscribitur Σοφία ΣιρὰΧ vel Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ, *Sapientia Jesu filii Sirach.* In Bibliis autem polyglottis Waltonianis, pater Siracidis Simon revera vocatur, ut patet ex titulo ܟܬܒܐ ܕܝܫܘܥ ܒܪ ܫܡܥܘܢ ܐܣܝܪܐ *liber Jesu, filii Simeonis Asirah* (Sirach); cfr. etiam libri clausulam ap. de Lagarde : *libri V. T. apocryphi, Syriace*, Lipsiae, 1861, p. 51. Apud nonnullos patres græcos, nempe apud Clementem Alex. (*Pæd.*, I, 8, 69) et Origin. (*In Matth.*, t. XIII, 4) Ecclesiasticus vocatur σοφία, *sapientia*, ut hic apud Barhebræum.

[2]) Fabulis relinquenda opinio, haud tamen a Barhebræo conficta, quippe quam jam recensuit et egregie explosit Georgius, Arabum sæculo VII episcopus, in ea quae nuper publici juris syriace facta fuit a P. A. de Lagarde (*Analecta syriaca*), ad Josuam epistola. Ibi enim capite VI° Georgius varias sententias de Simeone Sene qui Dominum excepit in ulnas, recenset probatque eum neque sacerdotem fuisse, neque Simeonem Sirach, neque alium quempiam, quod nonnulli somniabant, qui jam quingentis ante Christi nativitatem annis vixerit. „Illos, ait, qui dicunt Simeonem hunc Senem eumden esse ac Sirach decepit identitas nominis Simeonis et nominis Sirach ܕܐܣܝܪ; putaverunt enim nomen Sirach ܐܣܝܪ ab eo deductum quod fuerit *ligatus* (ܐܣܝܪܐ *Asirah*).„ — Veri ergo simillimum est totam hanc historiam fuisse nominis significationi superstructam, quanquam hoc reticendum non est apud Græcos quoque talia reperiri. Testis est Cedrenus, sæculi XI scriptor, quem recitat Jac. Bueus, in *Actt. Sanctorum*, ad diem 8 octobris.

ܢܟܣܝܐ ܠܡܨܪܐ ܗܘܐ ܫܦܝܗ ܪܘܫ
ܚܡܬܗ ܕܡܠܟܐ . ܘܡܛܠܗܕܐ ܐܬܬܣܝܡ
ܡܕܒܪܢܐ ܘܪܝܫܚܝܠܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܡܕܝܢܬܐ
ܕܥܒܪܝܐ .

ܒܬܪ ܚܘܢܝܐ . ܡܢܠܐܘܣ ܫܢܝܐ
ܬܪܬܝܢ . ܗܢܐ ܐܫܠܡ ܠܥܡܐ ܠܐܢܛܝܘܟܘܣ .
ܘܗܝܕܝܢ ܠܐܠܩܝܡܘܣ ܐܢܫ ܡܢ ܠܐ ܐܝܬܘܗ̄
ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܟܗܢܐ . ܚܛܦ ܪܝܫܘܬܟܗܢܘܬܐ
ܠܐ ܢܡܘܣܐܝܬ . ܘܡܛܠܗܕܐ ܚܘܢܝܐ ܒܪ ܚܘܢܝܐ
ܡܢ ܐܟܐ ܠܐܝܓܘܦܛܘܣ ܒܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܒܐܬܪܐ
ܕܗܠܝܘܣܦܘܢܛܘܣ . ܘܒܢܐ ܒܗ ܗܝܟܠܐ ܕܕܡܐ
ܠܗܘ ܕܐܘܪܫܠܡ .

ܒܬܪ ܡܢܠܐܘܣ ؛ ܐܝܣܘܢ ܫܢܝܐ ܬܪܬܝܢ .

ܒܬܪ ܐܝܣܘܢ ؛ ܐܠܝܥܙܪ ܫܢܬܐ ܚܕܐ .
ܒܬܪ ܐܠܝܥܙܪ ؛ ܡܛܝܬܐ ܫܢܝܐ ܐܪܒܥ .

ܒܬܪ ܡܛܝܬܐ ؛ ܝܗܘܕܐ ܡܩܒܝ . ܫܢܝܐ
ܬܠܬ . ܘܒܗܠܝܢ ܫܢܝܐ ܐܠܩܝܡܘܣ
ܪܝܫܟܗܢܐ ܠܐ ܢܡܘܣܝܐ ܫܓܫ ܗܘܐ . ܘܡܢ
ܒܬܪ ܕܡܚܝܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܝܬ . ܟܠܗ
ܥܡܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܠܝܗܘܕܐ ܡܩܒܝܐ ܡܩܦܗ
ܠܪܝܫܟܗܢܘܬܐ ܥܡ ܡܕܒܪܢܘܬܐ . ܘܡܢ
ܗܪܟܐ ܪܝܫܟܗܢܘܬܐ ܘܐܣܛܪܛܝܓܘܬܐ

rex Ægypti[1]; ast ejus furorem sapientia sua placavit Josephus, sapiens hebræus, et ipse proinde ut magistratus et militum dux omnibus Hebræorum civitatibus præfectus fuit.

52. *Post Honiam*, MENELAUS, *duobus annis*. Qui populum tradidit Antiocho. Tunc Alcimenus quidam, qui non erat de stirpe sacerdotali, pontificatum illegitime sibi assumpsit. Quam ob rem Honias, Honiæ filius, in Ægyptum migrans, in regione Heliosponti[2] exstruxit urbem, in qua templum hierosolymitano simile ædificavit.

53. *Post Menelaum*, JASON, *duobus annis*.

54. *Post Jason*, ELIAZAR, *anno uno*.

55. *Post Eliazar*, MATITHAS[3], *annis quatuor*.

56. *Post Matitham*, JUDAS MACHABÆUS, *annis tribus*. Illis autem annis, Alcimenus pontifex illegitimus turbas excitabat; ast postquam a Deo percussus mortem oppetierat, universus populus judæus una cum principatu pontificatum detulit Judæ Machabæo, qui et pontificatum exinde et militiæ imperium simul

[1]) Honias pontifex, Simonis justi filius, consueta tributa Ptolomæo Evergeti detrectaverat. Cfr. *Chronici* pars prima, p. 42; item *lib. II Chron.* Eusebii l. c., col. 499; Joseph. *Antiqq.*, XII, 4.

[2]) ܗܠܝܘܣܦܘܢܛܘܣ *Heliospontum* legitur quoque *part. prima*, p. 44; pro quo scribendum fuerat *Heliopolis*. — Audiatur *Eusebii* translator loc. cit., col. 507, rei ordinem narrans : « Menelao pontifice Judæorum a juniore Eupatore Antiocho occiso, qui prius Judæum Epiphani Antiocho prodiderat, Alcimus alienus a genere sacerdotali, ambitione pontificatum invadit. Ob quod Onias filius pontificis Oniæ in Ægyptum transmigrans in Heliopolitano pago civitatem, quæ dicitur Onuphis, nominis sui condidit, templo ad similitudinem templi patrii constructo. »

[3]) De Mathitha seu Mathathia et de pontificibus qui sequuntur, cff. libri *Macc.*

ܕܒܝܘܡܝ ܐܢܛܝܘܟܘܣ ܗܘܐ. ܘܗܘ ܐܢܛ ܠܐܣܛܪܛܝܓܘܬܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܘܣ ܡܢ ܝܗܘܕ. ܘܕܟܝ ܠܗܝܟܠܐ.
ܘܚܕܬ ܬܫܡܫܬܐ ܐܒܗܝܬܐ ܘܒܬܪܟܢ ܘܗܘ
ܐܬܩܛܠ ܒܩܪܒܐ ܥܡ ܪܒ ܚܝܠܐ ܕܕܝܡܛܪܝܘܣ
ܐܬܩܛܠ.

obtinuit. Porro, Antiochi exercitu e Judæa expulso, templum ille mundavit, cultum paternum iterum instauravit, ac tandem in prælio cum duce militum Demetrii occubuit.

ܒܬܪ ܝܗܘܕܐ ܡܩܒܝܐ: ܝܘܢܬܢ ܐܚܘܗܝ
ܫܢܝܢ ܬܫܥܣܪܐ. ܗܢܘ ܕܒܗ ܒܙܒܢܐ ܪܒ ܟܗܢܐ
ܗܘܐ. ܘܐܦ ܐܣܛܪܛܝܓܘܬܐ ܡܕܒܪ
ܗܘܐ. ܘܝܬܝܪ ܐܬܢܨܚ ܒܩܪܒܐ. ܐܬܩܛܠ
ܕܝܢ ܡܢ ܛܪܘܦܘܢ ܪܒ ܚܝܠܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ.

57. *Post Judam Machabæum*, JONATHAN *ejus frater*, *novemdecim annis.* Videlicet eodem tempore pontifex fuit et militiæ præfecturam exercuit, plurimumque in præliis inclaruit. A Tryphone, Romanorum[1] belliduce, interfectus occubuit.

ܒܬܪ ܝܘܢܬܢ. ܫܡܥܘܢ ܐܚܘܗܝ ܫܢܝܢ
ܬܡܢܐ. ܘܐܦ ܗܘ ܐܝܟ ܐܚܘܗܝ ܪܒ ܟܗܢܐ
ܗܘܐ ܘܐܣܛܪܛܝܓܐ. ܘܐܬܩܛܠ ܡܢ
ܦܛܠܡܝܘܣ ܡܠܟܐ ܕܡܨܪܝܢ.

58. *Post Jonathan*, SIMEON, *ejus frater*, *annis octo.* Ille etiam, sicut fratres ejus et pontifex exstitit et mimilitiæ præfectus, occisus autem fuit a Ptolomæo rege Ægypti.

ܒܬܪ ܫܡܥܘܢ. ܝܘܚܢܢ ܒܪܗ ܕܡܬܩܪܐ
ܗܘܪܩܢܘܣ ܫܢܝܢ ܥܣܪܝܢ ܘܫܬ. ܐܦ ܗܘ
ܪܒ ܟܗܢܘܬܐ ܟܕ ܗܘܐ ܩܪܒܐ ܥܫܝܢܐ ܕܠܘܩܒܠ
ܦܘܩܕܢܐ ܡܠܟܝܐ ܡܩܪܒ ܗܘܐ.

59. *Post Simeon*, JOANNES, *ejus filius*, *cognomine Hyrcanus*, *annis viginti sex.* Is quoque, dum pontifex erat, bella ardua contra edicta regia gessit[2].

ܒܬܪ ܝܘܚܢܢ ܗܘܪܩܢܘܣ ܐܪܝܣܛܘܒܘܠܘܣ
ܒܪ ܝܘܢܬܢ. ܫܢܬܐ ܚܕܐ. ܗܢܐ ܠܘ ܠܚܘܕ
ܕܒܪ ܐܣܛܪܛܝܓܘܬܐ. ܐܠܐ ܬܐܓܐ ܐܚܕ.
ܘܐܬܩܛܠ ܡܢ ܥܠ ܐܢܛܝܓܢܘܣ ܐܚܘܗܝ
ܕܩܡ ܥܠܘܗܝ.

60. *Post Joannem Hyrcanum*, ARISTOBULUS, *filius Jonathan*, *anno uno.* Qui non solum militiæ imperium, sed et diadema gessit; fuitque ab Antigono, ipsius fratre contra eum insurgente, neci datus[3].

[1]) ܪ̈ܗܘܡܝܐ, *Romani*, cives imperii romani. Postquam in duas partes imperium romanum divisum est, cives imperii Orientis a Syris scriptoribus Romani appellati sunt, adeoque quos nos *Græcos* dicimus Syri *Romanos* appellant.

[2]) Cfr. *Euseb.*, l. c., col. 511.

[3]) *Ibid.*, col. 513, ubi hæc de Aristobulo ejusque successore leguntur : « Aristobulus, filius Jonathæ, rex pariter et pontifex, primus apud Judæos diadematis sumpsit insigne post DXXVII babylonicæ captivitatis annos. Post quem filius suus regnavit Jannæus, cognomento Alexander, qui pontificatum quoque administrans, crudelissime civibus præfuit. » Cfr. etiam *Chronici* pars prima, pag. 46, ubi Alexander, Aristobuli frater et successor, regnasse dicitur annis ܟܙ 27, et alio vocabulo non Hananaël dicitur, sed ܝܘܚܢܢ ܕܗܘ ܐܝܘܚܢܢ *Johanon*, i. e. *Joannes* sive *Jannæus.*

ܒܬܪ ܐܪܣܛܘܒܘܠܘܣ ܚܢܢܐܝܠ ܐܚܘܗܝ
ܕܐܬܟܢܝ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܫܢܝܐ ܬܪܬܥܣܪܐ.
ܗܢܐ ܩܫܝܐܝܬ ܕܒܪ ܠܝܗܘܕܝܐ. ܘܡܢ
ܕܡܝܬ ܐܡܠܟܬ ܐܠܟܣܢܕܪܐ ܐܢܬܬܐ ܫܢܝܐ
ܬܫܥ. ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܫܪܝܘ ܠܡܬܕܠܚܘ
ܨܒ̈ܘܬܐ ܕܪܝܫܘܬ ܟܗܢܘܬܐ. ܗܝ ܓܝܪ
ܐܩܝܡܬ ܠܗܘܪܩܢܘܣ ܒܪܗ ܕܢܗܘܐ ܪܝܫ ܟܘܡܪ̈ܐ
ܘܠܐܪܣܛܘܒܘܠܘܣ ܒܪܗ ܐܚܪܢܐ ܡܠܟܐ.
ܗܘ ܕܒܬܪ ܚܕܐ ܫܢܬܐ ܐܬܕܒܪ ܐܣܝܪܐ
ܠܪܗܘܡܝ.

ܒܬܪ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܗܘ ܚܢܢܐܝܠ
ܗܘܪܩܢܘܣ ܒܪܗ ܫܢܝܐ ܬܠܬܝܢ ܘܐܪܒܥ.
ܡܢ ܗܪܟܐ ܕܝܢ ܘܠܗܠ ܪܝܫܘܬ ܟܗܢܘܬܐ
ܒܠܚܘܕ ܕܠܐ ܡܠܟܘܬܐ ܗܘܬ ܠܝܗܘܕܝܐ. ܟܕ ܐܦ
ܦܩ̈ܝܕܝ ܡܕܐܬܐ ܡܬܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܪ̈ܗܘܡܝܐ.
ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܟܠܕ̈ܝܐ. ܘܟܕ ܫܡܫ
ܗܘܪܩܢܘܣ ܗܢܐ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܐ ܐܫܬܒܝ
ܠܒܝܬ ܦܪ̈ܬܘܝܐ. ܘܐܫܬܠܛ ܗܪܘܕܣ
ܥܠ ܝܗܘ̈ܕܝܐ. ܘܟܕ ܗܘܪܩܢܘܣ ܐܫܬܘܙܒ
ܘܐܬܐ ܡܢ ܫܒܝܗ. ܩܛܠܗ ܗܪܘܕܣ ܘܐܝܬܝ
ܠܚܢܢܐܝܠ ܐܢܫ ܕܠܘ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܗܘܬ
ܟܗ̈ܢܝܐ. ܘܥܒܕܗ ܪܝܫ ܟܗ̈ܢܐ ܫܢܬܐ
ܘܫܪܝܗ.

ܒܬܪ ܗܘܪܩܢܘܣ. ܐܪܣܛܘܒܘܠܘܣ ܒܪܗ.
ܫܢܬܐ ܚܕܐ. ܗܪܘܕܣ ܓܝܪ ܟܕ ܩܛܠܗ

61. *Post Aristobulum*, HANANAEL, *ejus frater, cognomine Alexander, annis duodecim*, qui Judæos durissime rexit. Eo mortuo, spatio novem annorum imperio potita est mulier quædam Alexandra, atque exinde perturbari cœperunt negotia pontificatus. Ista enim Hyrcanum filium suum pontificem constituit, aliumque filium Aristobulum regem, qui post lapsum unius anni Romam captivus fuit abductus[1].

62. *Post Alexandrum sive Hananaël*, HYRCANUS, *ejus filius, annis triginta quatuor*[2]. Hinc jam summum sacerdotium dumtaxat sine regia potestate Judæis remansit, constitutis iterum vectigalium exactoribus a Romanis,-prout olim a Chaldæis factum fuerat. Hyrcanus autem, functus per annos triginta officio suo, in ditionem Parthorum, captivus fuit abductus, Herodes vero præfectus est Judæis. Qui, cum Hyrcanus liberatus exilio rediisset, eum interfecit et Babylone accivit Hananaëlem quemdam, e stirpe sacerdotali minime oriundum, quem et pontificem constituit ad annum et mox deposuit.

63. *Post Hyrcanum*, ARISTOBULUS *ejus filius, anno uno*. Herodes enim, Hyrcano interfecto, hujus filiam[3] sibi

[1]) Romam abductus fuit a Pompeio imperatore, Cfr. pars prima, p. 47, et Euseb., *l. c.*, col. 517 et 518.

[2]) Sequentia fuse enarrantur quoque part. prima, p. 48 sq., eo solo discrimine quod ibi Hyrcanus devictus et abductus dicatur a *Persis* ܦܪ̈ܣܝܐ, quo nomine Parthæ dubio procul sunt intelligendi. Cfr. Euseb., *Chronicon*, coll. 521 et 529..

[3]) Hæc part. prima, p. 49 vocatur ܡܪܝܡ *Maria*.

ܠܗܘܪܩܢܘܣ · ܢܣܒ ܠܒܪܬܗ ܒܢܫ̈ܐ ·
ܘܡܛܠܬܗ̇ ܐܠܨܬܗ ܗܘ ܘܫܒܩܗ ܠܚܢܢܐܝܠ.
ܘܐܩܝܡ ܠܐܚܘܗ̇ · ܘܒܬܪܟܢ ܡܢ ܕܚܠ ܗܘ
ܗܪܘܕܝܣ ܕܠܐ ܬܬܢܟܠ ܠܟܠܗܘܢ
ܬܡܝܬܝܘܗܝ ܒܣܡܡܐ ܐܘ ܒܓܢܐ ܐܚܪܢܐ
ܘܬܬܠܒ ܐܦ ܡܠܟܘܬܐ ܥܡ ܪܝܫܘܬ ܟܘܡܪܘܬܐ
ܠܐܚܘܗ̇ ܩܛܠܗ̇ ܠܐܢܬܬܗ ܐܦ. ܠܐܚܘܗ̇
ܘܠܣܓܝܐܐ ܡܢ ܒܢܝ̈ ܒܝܬܐ ܕܝܠܗܘܢ.

ܒܬܪ ܐܪܣܛܘܒܘܠܘܣ ܙܟܪܝܐ ܫܢ̈ܝܐ
ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ. ܠܘ ܕܝܢ ܒܚܕ ܡܫܡܠܝܐ·
ܐܠܐ ܡܢ ܫܢܬܐ ܠܫܢܬܐ ܗܘܐ ܠܗܢܐ ܙܟܪܝܐ ܫܢܐ
ܗܘܐ ܠܗ ܘܡܩܝܡ ܠܚܢܢܐܝܠ ܗܘ ܕܫܢܝܗ
ܗܘܐ ܘܐܩܝܡ ܠܐܚܘܗ̇ ܕܐܢܬܬܗ. ܘܗܟܢܐ ܫܢܬܐ
ܒܫܢܬܐ ܡܩܝܡ ܗܘܐ ܪܝܫ ܟܘܡܪܐ.

ܒܬܪ ܙܟܪܝܐ. ܫܡܥܘܢ ܐܚܘܗܝ ܗܘ ܕܐܦ ܗܘ
ܚܢܢܐܝܠ ܐܬܩܪܝ. ܫܢ̈ܝܐ ܬܡܢܐ.

ܒܬܪ ܫܡܥܘܢ: ܩܝܦܐ. ܫܢܬܐ ܚܕܐ·

ܒܬܪ ܩܝܦܐ، ܚܢܢ ܫܢ̈ܝܐ ܬܪ̈ܬܝܢ.

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܕܟܕ ܗܪܘܕܣ ܡܠܟܐ
ܫܢܬܐܝܬ ܡܩܝܡ ܗܘܐ ܟ̈ܘܡܪܐ ܠܝ̈ܗܘܕܝܐ:
ܘܫܪܐ ܗܘܐ ܘܡܫܚܠܦ ܐܦܢ ܕܢܫܓܫ
ܣܘܥܪ̈ܢܝܗܘܢ ، ܘܢܒܛܠ ܢܡܘ̈ܣܝܗܘܢ ·
ܕܢܚ ܡܪܢ ܘܐܬܝܠܕ ܒܒܝܬܠܚܡ ܒܫܢܬ
ܡ̈ܓ ܕܐܓܘܣܛܘܣ. ܘܐܣܬܠܩ ܠܫܡܝܐ
ܒܫܢܬ ܝ̈ܛ ܕܛܝܒܪܝܘܣ. ܘܙܒܢܐ ܟܠܗ
ܕܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢ̈ܝܢ ܕܥܒܕ ܡܪܢ

inter uxores assumpserat: qua impellente factum est ut, Hananaële destituto, ejus fratrem constitueret. Postea tamen, pertimescens Herodes ne illa insidias struendo ipsum veneno aliove modo interimeret regnumque etiam cum pontificatu fratri deferret, uxorem suam, ejus fratrem plurimosque ex illorum familia occidit.

64. *Post Aristobulum*, ZACHARIAS, *annis viginti duobus*, non tamen uno spatio continuo. Hunc enim Zachariam, cum reliquisset per annum, deponebat (Herodes), et restituebat Hananaëlem quem deposuerat ut fratrem uxoris suæ præficeret. Sic igitur singulis annis pontificem (alium) constituebat.

65. *Post Zachariam*, SIMEON, *ejus frater, qui etiam Hananaël vocatur, annis octo.*

66. *Post Simeon*, CAÏPHAS, *anno uno.*

67. *Post Caipham*, HANANUS, *duobus annis.*

Ea tempestate, cum Herodes rex quotannis Judaeorum pontifices constitueret, deponeret mutaretque, ita ut eorum negotia perturbaret legesque efficeret irritas, ortus est Dominus noster et natus in Bethleem anno 43° Augusti[1], ad cœlum vero ascendit anno Tiberii 19°. Porro totum illud spatium triginta et trium annorum, quo Dominus noster versatus est in mun-

[1]) Videsis Barhebræi *Chronici syriaci* partem primam, p. 50.

ܡܫܠܡܢܐ . ܒܪܝܫܘܬ ܟܗܢܘܬܐ ܕܚܢܢ ܘܩܝܦܐ ܗܘܐ . ܘܫܠܡܬ ܕܝܢ ܟܗܢܘܬܐ ܥܬܝܩܬܐ . ܘܫܪܝܬ ܘܐܫܬܪܪܬ ܕܝܢ ܟܗܢܘܬܐ ܚܕܬܐ ܒܝܕ ܦܪܘܩܢ . ܡܢ ܐܩܝܡ ܠܦܛܪܘܣ ܪܝܫܐ ܕܫ̈ܠܝܚܐ ܘܠܗ ܐܫܠܡ ܩܠܝ̈ܕܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ .

ܒܬܪ ܪ̈ܫܝ ܟܘܡܪ̈ܐ ܕܕܝܬܩܐ ܥܬܝܩܬܐ .
ܦܛܪܘܣ ܪܝܫ ܟܘܡܪ̈ܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ :

ܒܫܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܡܠܟ ܐܓܪܝܦܘܣ ܒܝܗܘܕ . ܩܛܠ ܠܝܥܩܘܒ ܒܪ ܙܒܕܝ ܐܚܘܗܝ ܟܝܬ ܕܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܣܛܐ . ܘܐܬܪܓܡ ܣܛܦܢܘܣ ܡܫܡܫܢܐ ܘܐܬܚܒܫ ܦܛܪܘܣ . ܘܡܢ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܐܦܩܗ ܡܢ ܡܛܪܬܐ ܢܦܩ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ . ܘܗܘܐ ܬܪ̈ܬܝܢ ܫ̈ܢܝܢ ܒܐܘܪܚܐ ܟܕ ܡܬܟܪܟ . ܘܡܛܐ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܣܡ ܫܬܐܣܬܐ ܕܥܕܬܐ. ܘܒܢܐ ܡܕܒܚܐ . ܘܐܩܝܡ ܒܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܕܡܝܐ ، ܠܐܘܕܝܘܣ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܫܢܝ ܠܪܗܘܡܝ . ܘܗܘܐ ܒܗ ܐܦܝܣܩ ܫ̈ܢܝܢ ܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ .

ܘܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܣܛܐ ܐܟܪܙ ܒܐܦܣܘܣ ܘܒܐܣܝܐ . ܘܐܢܕܪܐܘܣ ܐܟܪܙ ܒܢܝܩܝܐ ܘܢܝܩܘܡܕܝܐ ܘܒܣܩܘܬܝܐ ܘܐܟܐܝܐ . ܘܗܘ

do, sub pontificatu Hanani et Caiphae continetur. Transacto demum pontificatu antiquo, incœpit et stabilitus fuit pontificatus *novus* per Redemptorem nostrum, quippe qui Petrum constituit Apostolorum caput, eique claves commisit regni cœlorum.

Post pontifices veteris testamenti, Petrus *summus Pontifex testamenti novi.*

Anno primo, quo in Judæa regnavit Agrippa, neci tradidit Jacobum[1] Zebedæi filium, fratrem scilicet Joannis evangelistæ; Stephanus autem diaconus lapidatus fuit, PETRUS vero carceri inclusus, atque ab angelo Dei e custodia ereptus Hierosolymis exivit, cumque per biennium in itinere versatus esset docens, pervenit Antiochiam, ubi ecclesiæ fundamenta jecit, altare exstruxit et episcopum primum constituit Evodium. Hinc porro Romam perrexit, et in ea episcopus fuit annis viginti quinque.

JOANNES evangelista prædicavit Ephesi et in Asia; ANDREAS prædicavit Nicææ, Nicomediæ, in Scythia et Achaia, ac primus sedem fixit

1) Cff. *Act. XII*, 2, et *Chronici syriaci* pars prima, pp. 52 et 53, ubi hæc leguntur: ܒܫܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܡܠܟ ܗܢܐ ܐܓܪܝܦܘܣ ܩܛܠ ܠܝܥܩܘܒ ܠܗ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ ܐܠܐ ܒܪ ܙܒܕܝ . ܗܘ ܡܬܕܟܪ ܠܗ ܦܘܠܘܣ ܘܒܩܝܣܐ ܕܩܨܪܐ ܐܬܟܠܠ . ܘܠܐ ܒܣܝܦܐ ܕܐܓܪܝܦܘܣ، quæ in hunc modum a Brunsio vertuntur: « anno primo, quo regnavit Agrippa, occidit Jacobum, non illum, qui frater domini nostri erat, sed filium Zebedæi, a Paulo memoratum, qui ligno fullonis, non gladio Agrippæ, martyrium subiit. » Præpostere plane. Reddenda quippe sunt verba syriaca ut sequitur: « primo regni sui anno, Agrippa occidit Jacobum, non fratrem Domini, sed filium Zebedæi; ille *enim* memoratur a Paulo, et ligno fullonis, non gladio Agrippae, *martyrio* coronatus est. »

ܟܪܙ ܒܝܘܢܝܐ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ
ܘܬܡܢ ܡܝܬ . ܘܦܝܠܝܦܘܣ ܐܟܪܙ
ܒܦܪܘܓܝܐ . ܘܒܪܬܘܠܡܝ ܐܟܪܙ ܒܐܪܡܢܝܐ .
ܘܬܐܘܡܐ ܐܟܪܙ ܠܦܪܬܝܐ ܘܠܡܕܝܐ .
ܘܒܩܠܡܝܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܗܢܕܘ ܐܣܗܕ .
ܘܐܬܬܝܗܒ ܦܓܪܗ ܠܐܘܪܗܝ . ܡܬܝ ܡܝܬ
ܒܓܒܠܐ ܘܐܬܩܒܪ ܒܐܢܛܝܘܟ . ܫܡܥܘܢ
ܩܢܢܝܐ ܫܟܒ ܒܚܡܬ . ܬܕܝ ܡܛܠ ܕܚܟܝܡ
ܗܘܐ ܐܬܩܪܝ ܠܒܝ ܡܝܬ ܘܐܬܩܒܪ
ܒܒܝܪܘܛܘܣ . ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܚܠܦܝ ܡܝܬ
ܒܣܪܘܓ . ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܙܒܕܝ ܐܬܩܛܠ
ܒܐܘܪܫܠܡ . ܝܗܘܕܐ ܡܫܠܡܢܐ ܚܢܩ
ܢܦܫܗ . ܘܩܡ ܒܕܘܟܬܗ ܡܬܝܐ .

ܗܠܝܢ ܬܪܥܣܪ ܫܠܝܚܐ . ܘܫܪܟܐ
ܡܟܪܙܢܐ ܐܝܟ ܡܪܩܘܣ ܬܠܡܝܕܗ
ܕܦܛܪܘܣ ܘܒܪܗ . ܕܫܕܪܘܗܝ ܫܠܝܚܐ

Constantinopoli ibique mortem obiit. Philippus prædicavit in Phrygia; Bartholomæus in Armenia; Thomas Parthis et Medis, ac Calaminæ, Indiæ oppido, *martyrio* coronatus est, unde ejus corpus Edessam translatum fuit; Matthæus mortuus est in Gabala et sepultus Antiochiæ; Simeon Cananæus obdormivit in Hemath; Thaddæus, ob sapientiam etiam Lebæus vocatus, mortuus est et sepultus Beryti; Jacobus, filius Alphæi, obiit in Sarug; Jacobus, filius Zebedæi, occisus est in Jerusalem[1]; Judas traditor seipsum strangulavit, atque in ejus locum suffectus est Mathias.

Hi duodecim apostoli *fuerunt*[2]; cæteri vero prædicatores, veluti Marcus, Petri discipulus et filius, qui ab apostolis in Ægyptum ablegatus univer-

[1]) Barhebræus itaque iis adstipulatur qui tres viros apostolicos Jacobi nomine insignitos exstitisse ponunt. Quamquam enim veri similius apparet Jacobum Minorem, Alphæi seu Cleophæ filium, pro una eademque persona esse habendum cum fratre Domini Hierosolymorum episcopo, non desunt tamen veterum, Graecorum praesertim et Orientalium, testimonia quibus fulciatur contraria opinio, quam amplectitur etiam Henschenius bollandianus in *Act. Sanctt.* ad diem primam Maii; primus autem, quem ipse memorat, Jacobus est filius Zebedæi ab Herode Agrippa gladio occisus (*Act. XII*, 2); secundus filius Alphæi qui, post annunciatam pluribus in locis Christi doctrinam, Ostracinæ, patriarchatus Alexandrini urbis episcopalis, martyr occubuit; tertius demum filius Cleophæ et Mariæ, frater Domini dictus et primus Hierosolymorum antistes, qui e pinna templi præcipitatus et fusto fullonis percussus martyrium complevit, teste Hegesippo apud Euseb. *Hist. eccl.*, lib. II, cap. 23. Ab his ergo non multum dissentit Barhebræus: illud unum nullibi reperire potui, quod ipse scribit, Alphæi filium in Sarugo obiisse, nisi eo referas quod legitur in antiquo Martyrologio, Hieronymini nomine inscripto, ad x kal. Julii: *in Persida, natalis S. Jacobi Alfæi apostoli* (*Patrol. lat.*, tom. XXX, p. 463); est enim Sarug regio vel civitas Osrhoënæ, a Persidis finibus non immaniter distans.

[2]) Videsis duodecim apostolos necnon septuaginta discipulos recensitos a scriptore syro, Barhebræo fere coaevo, nempe a Salomone Bassoræ metropolita nestoriano in libro *Apis* ap. Asseman. *Bibl. Orient.*, III, p 319. Quæ vero traditiones antiquissimæ circumferantur inter Syros de propagatione fidei christianæ et sacerdotii apud diversas gentes exponitur in *Doctrina Addæi Apostoli*, ap. Lagarde: *Reliquiæ Juris eccles. antiquiss. syriace.* Lipsiæ, 1856, p. 32-34; ap. Cureton, *Ancient syriac documents*, Londini 1864, pp. 33 sqq., et ap. Ebedjesum, *Collectio canonum*, pp. 7 9 in Mai *Scriptor. veterum nov. collect.*, t. X.

ܠܡܨܪܝܢ. ܘܐܫܠܡ ܠܗܠܝܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ܆
ܘܗܘܐ ܐܦܣܩ̈ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܫܢܝ̈ܢ
ܬܪܬܥܣܪ. ܘܐܦ ܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ.
ܕܐܬܪܡܣܡ ܡܢ ܫܠܝ̈ܚܐ ܘܗܘܐ ܐܦܣܩ̈. ܩܕܡܝܐ
ܕܐܘܪܫܠܡ܆ ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܫܒܥܝܢ ܕܗܘ ܡܪܢ ܓܒ
ܟܕ ܒܥܠܡܐ ܡܬܗܦܟ ܗܘܐ ܓܒܐ ܐܢܘܢ. ܡܢ
ܒܬܪܟܢ ܐܣܓܝܘ ܡܢܝܢܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܦܘܠܘܣ. ܕܐܬܚܙܝ ܠܝܬܝܪ ܡܢ
ܚܡܫܡܐܐ ܐܚܝ̈ܢ.

ܘܒܫܢܬ ܝ̈ܓ ܕܢܪܘܢ. ܕܗܝ ܫܢܬ
ܫ̈ܦܓ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܐܬܟܠܠܘ ܒܣ̈ܗܕܘܬܐ ܛܘ̈ܒܢܐ
ܦܛ̈ܪ ܒܚܙܝܪܢ. ܘܒܝ̈ ܟܗ ܒܬܡܘܙ. ܡܢ
ܦܘܠܘܣ ܒܣܝܦܐ ܐܬܦܣܩ ܪܫܗ.
ܘܦܛܪܘܣ ܗܘ ܒܥܐ ܘܐܙܕܩܦ ܡܢ ܪܫܗ
ܠܬܚܬ. ܐܝܟܢ ܕܢܢܫܩ ܕܘܟܬ ܥܩ̈ܒܬܐ
ܕܪܒܗ. ܘܡܢܟܐ ܒܪܘܡܝ ܒܬܪ ܦܛܪܘܣ܆
ܠܝܢܘܣ ܫܢ̈ܝܐ ܚܕܥܣܪܐ. ܘܒܬܪ ܠܝܢܘܣ܆
ܐܢܐܩܠܝܛܘܣ ܫܢ̈ܝܐ ܬܪ̈ܬܥܣܪܐ. ܘܒܬܪ
ܐܢܐܩܠܝܛܘܣ܆ ܩܠܝܡܝܣ ܗܘ ܕܡܬܕܟܪ
ܦܘܠܘܣ ܡܢ ܐܡܪ. ܩܠܝܡܝܣ ܥܡ ܫܪܟܐ
ܕܡܥܕܪ̈ܢܝ.

ܘܒܬܪ ܡܪܩܘܣ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ

sae illi regioni evangelicam doctrinam tradidit fuitque per annos duodecim Alexandriæ episcopus, ac Jacobus frater Domini ab apostolis ordinatus et primus Hierosolymorum episcopus ceterique septuaginta quos ipse Dominus, dum adhuc in mundo conversabatur, elegit. Eorum deinde numerus magnopere excrevit, ut *patet* ex hoc Pauli dicto, apparuisse scilicet *Dominum* fratribus plus quam quingentis.

Anno vero 13⁰ Neronis, sive Græcorum 383⁰ (72° æræ vulgaris), *martyrio* coronati sunt beati Apostoli 29ª Junii, verum juxta codicem *meum*[1], 25ª Julii. Paulo caput gladio fuit abscissum, Petrus vero, ipso postulante, crucifixus est capite deorsum *inclinato*, ita ut locum calcium sui magistri deosculaRetur. Romæ autem post Petrum sedit Linus annis undecim; post Linum Anacletus annis duodecim; post Anacletum Clemens[2] a Paulo memoratus, ubi dicit : *Clemens cum ceteris adjutoribus meis*.

Alexandriæ post Marcum sedit

[1]) ܘܒܝ est scriptio compendiaria pro ܒܝܬܝܐ *in codice*. Scriptione hac, quæ sæpe occurrit infra, designari videtur aliquis codex peculiaris ad Barhebræi bibliothecam pertinens.

[2]) In variis quae circumferuntur catalogis primorum Petri in cathedra romana successorum varietas chronologica haud exigua perspicitur. In annis Lini et Anacleti censendis plane consentit Barhebræus Hieronymianæ Chronici Eusebii versioni. — Qui plerasque Romanorum Pontificum series in unum collectas videre voluerint, consulant opus quod inscribitur : *Origines de l'Eglise romaine par les membres de la communauté de Solesmes*. Paris, 1836, pp. 88, sqq. Illis autem catalogis alium adjungere juvat hactenus, ut arbitror, pane incognitum, ex Eliæ Nisibeni saeculi XI scriptoris *Chronographia*, quam Londini descripsimus e *cod. add.* 7197 Musæi britannici. Ibi fol. 41 verso hæc leguntur : ܦܛ̈ܪܝܪܟܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܕܗܘܘ ܒܪܗܘܡܐ ܕܪܗܘܡܝܐ. ܡܢ ܫܢܬܐ ܕܬܫ̈ܒܚܬܐ ܘܡܫܚܐ ܠܩܠܘܕܝܘܣ ܩܣܪ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܫܢ̈ܝܐ ܬܪܬܐ

ܐܢܝܢܘܣ. ܡܢ ܐܒܝܠܠܘܣ. ܡܢ ܩܕܪܘܢ.

Anianus, deinde Abillus, deinde Cedron[1].

ܫܡܥܘܢ ܕܒܢܐ ܥܕܬܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܐܙܠ ܠܪܗܘܡܝ. ܘܒܢܐ ܬܡܢ ܐܦ ܗܘ ܥܕܬܐ. ܘܚܝܐ
ܥܕܡܐ ܕܐܬܟܠܠ : ܟܚ ܫ̈ܢܝܢ...

ܠܝܢܘܣ ܝܒ ܫ̈ܢܝܢ
ܩܠܝܛܘܣ ܚ ܫ̈ܢܝܢ
ܩܠܝܡܝܣ ܛ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܘܪܣܛܘܣ ܚ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܝ ܫ̈ܢܝܢ
ܟܣܘܣܛܘܣ ܝ ܫ̈ܢܝܢ
ܛܠܣܦܘܪܘܣ ܝܐ ܫ̈ܢܝܢ
ܗܘܓܝܢܘܣ ܕ ܫ̈ܢܝܢ
ܦܝܘܣ ܝܗ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܢܝܩܛܘܣ ܝܐ ܫ̈ܢܝܢ
ܣܘܛܝܪ ܚ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܠܘܬܪܝܘܣ ܝܗ ܫ̈ܢܝܢ
ܒܝܩܛܘܪ ܝ ܫ̈ܢܝܢ

ܙܦܝܪܝܢܘܣ ܝܚ ܫ̈ܢܝܢ
ܩܠܝܣܛܘܣ ܗ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܘܪܒܢܘܣ ܚ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܢܛܪ[ܘ]ܣ (ܐܝܟ?) ܝܪܚܐ
ܦܒܝܢܘܣ ܝܓ ܫ̈ܢܝܢ
ܩܘܪܢܠܝܘܣ ܒ ܫ̈ܢܝܢ
ܠܘܩܝܘܣ ܚ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܣܛܦܢܘܣ ܒ ܫ̈ܢܝܢ
ܟܣܘܣܛܘܣ ܝܐ ܫ̈ܢܝܢ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܛ ܫ̈ܢܝܢ
ܦܠܝܟܣ ܗ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܘܛܘܟܝܢܘܣ ܚ ܫ̈ܢܝܢ
ܓܐܝܘܣ ܝܒ ܫ̈ܢܝܢ
ܡܐܪܩܠܝܢܘܣ ܝ ܫ̈ܢܝܢ

ܡܠܛܝܕܣ ܝܚ ܫ̈ܢܝܢ
ܣܝܠܒܣܛܪܘܣ ܝܚ ܫ̈ܢܝܢ
ܡܪܩܘܣ ܒ ܫ̈ܢܝܢ
ܝܘܠܝܘܣ ܝܗ ܫ̈ܢܝܢ
ܠܝܒܪܝܘܣ ܙ(?) ܫ̈ܢܝܢ
ܦܠܝܟܣ ܓ ܫ̈ܢܝܢ
ܕܡܣܘܣ...
ܣܝܪܝܩܝܘܣ ܝܗ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܢܣܛܣܝܘܣ ܓ ܫ̈ܢܝܢ
ܐܢܘܩܢܛ[ܝܘܣ] ܝܘ ܫ̈ܢܝܢ
ܙܘܣܝܡܘܣ ܒ ܫ̈ܢܝܢ
ܩܘܢܝܦܛܝܘܣ ܓ ܫ̈ܢܝܢ
ܩܠܣܛܝܢܘܣ ܝ (?) ܫ̈ܢܝܢ.

ܩܠܣܛܝܢܘܣ ܗ[ܢܐ] ܕܒܝܘܡܘܗܝ ܗܘܐ ܚܪܝܢܐ ܕܢܣܛܘܪܝܘܣ ܘܩܘܪܝܠܠܘܣ... ܘܟܣܘܣܛܘܣ ܛ ܫ̈ܢܝܢ ܠܐܘܢ... ܫ̈ܢܝܢ
ܕܒܝܘܡܘܗܝ ܕܗܢܐ ܠܐܘܢ ، ܐܬܟܢܫܬ (ܣܘܢܗܕܘܣ) ܕܟܠܩܕܘܢܐ ܀

« Nomina patriarcharum qui Romanam sedem occuparunt a tempore Apostolorum usque ad synodum Chalcedonensem: Simon Petrus, ædificata ecclesia in civitate Antiochiæ, Romam perrexit, ubi pariter ædificavit ecclesiam, vixitque porro donec *martyrii* corona donaretur annis 28. — *Deinde*

Linus, annis 12.
Cletus, annis 8.
Clemens, annis 9.
Evaristus, annis 8.
Alexander, annis 10.
Xystus, annis 10.
Telesphorus, annis 11.
Hyginus, annis 4.
Pius, annis 15.
Anicetus, annis 11.
Soter, annis 8.
Eleutherius, annis 15.
Victor, annis 10.
Zephyrinus, annis 18.
Calistus, annis 5.
Urbanus, annis 8.
Pontianus, annis 5.
Anterus, mense uno.
Fabianus, annis 13.
Cornelius, annis 2.
Lucius, annis 8.
Stephanus, annis 2.
Xystus, annis 11.
Dionysius, annis 9.
Felix, annis 5.
Eutychianus, annis 8.
Gaius, annis 12.
Marcellinus, annis 10.
Miltiades, annis 18.
Sylvester, annis 18.
Marcus, annis 2.
Julius, annis 15.
Liberius, annis 7.
Felix, annis 3.
Damasus....
Siricius, annis 15.
Anastasius, annis 3.
Innocentius, annis 16.
Zosimus, annis 2.
Conifatius, annis 3 (i. e. *Bonifatius*).
Celestinus, annis 10.

Tempore istius Celestini exortum est dissidium inter Nestorium et Cyrillum. *Deinde* Xystus, annis 9. Leo, annis.... Tempore Leonis coacta fuit synodus Chalcedonensis. »

[1]) Cfr. Lequien. *Or. Christ.* tom. II, coll. 387 sq., ubi trita ortographia Abilius et Cerdo audiunt quos Barhebræus Abillum et Cedron scripsit. Cfr. Renaudot, *Histor. patriarch. Alexandr.* Parisiis, 1713, p. 12, sqq.

ܒܬܪ ܐܢܕܪܐܘܣ ܩܡ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝ
ܐܣܛܟܘܣ . ܘܡܢ ܐܘܢܝܣܝܡܘܣ . ܘܡܢ
ܦܘܠܘܩܪܦܘܣ . ܘܡܢ ܦܘܠܘܛܘܪܘܣ . ܘܡܢ
ܨܕܩܝܘܢ .

ܒܐܘܪܫܠܡ ܒܬܪ ܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ
ܕܡܪܢ . ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܩܠܝܘܦܐ . ܘܡܢ
ܝܘܣܛܘܣ . ܘܡܢ ܙܟܝ . ܘܡܢ ܛܘܒܝܐ . ܘܡܢ
ܒܢܝܡܝܢ . ܘܡܢ ܝܘܚܢܢ . ܘܡܢ ܡܬܝ . ܘܡܢ
ܦܝܠܝܦܘܣ . ܘܡܢ ܣܢܩܐ . ܘܡܢ
ܝܘܣܛܘܣ . ܘܡܢ ܠܘܝ . ܘܡܢ ܐܦܪܝܡ . ܘܡܢ
ܝܘܣܦ . ܘܡܢ ܝܗܘܕܐ . ܘܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܡܢ
ܝܗܘܕܝܐ ܐܢܘܢ ܘܓܙܘܪܬܐ ܡܛܪܝܢ ܗܘܘ .
ܥܕܡܐ ܕܚܪܒܬ ܐܘܪܫܠܡ .

ܒܐܦܣܘܣ ܕܝܢ ܒܬܪ ܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ .
ܐܩܝܡ ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ : ܠܛܝܡܬܐܘܣ
ܬܠܡܝܕܗ .

ܘܡܛܠ ܕܐܬܪܘܬܐ ܕܡܕܢܚܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܕܝܠܢ
ܡܫܬܥܒܕܢ ܠܟܘܪܣܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ · ܠܗܕܐ
ܡܛܠ ܡܢܝܢܐ ܕܪܝܫܝ ܟܗܢܐ ܕܬܡܢ ܡܬܚܫܒܝܢ
ܠܡܢܝܢܐ ܗܢܐ . ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܐ
ܗܢܐ ܕܒܗ ܐܢܚܢ .

ܒܬܪ ܫܡܥܘܢ ܪܝܫܐ ܕܫܠܝܚܐ :
ܐܘܕܘܣ . ܗܢܐ ܩܡ ܩܕܡܝܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܡܛܠ ܕܫܡܥܘܢ ܐܦܢ ܥܕܬܐ
ܒܗ ܒܢܐ ܠܗ ܗܘ ܩܡ ܒܗ . ܐܠܐ ܠܗܢܐ

Constantinopoli, post Andream sedit Stychus, deinde Onesimus, Polycarpus, Polytorus, Sedecion[1].

Hierosolymis post Jacobum fratrem Domini, Simeon Cleophæ filius, deinde Justus, Zachæus, Tobias, Benjamin, Joannes, Matthæus, Philippus, Seneca, Justus, Levi, Ephræm, Joseph, Judas. Omnes illi e Judæis fuerunt et circumcisionem observarunt, ante quam Hierusalem subverteretur[2].

Epheso vero, post Joannem Evangelistam, ordinavit Paulus apostolus Timotheum discipulum suum.

Porro, quia auctoritati sedis Antiochenæ regiones nostræ orientales subditæ existunt, idcirco juxta præsulum illius seriem peculiariter hanc quoque seriem successive ad nostram usque ætatem ordinabimus.

2. *Post Petrum, apostolorum principem*, Evodius.

Sedit ille ut primus Antiochiæ episcopus, quandoquidem Petrus etsi illic ecclesiam fundaverit, non tamen in

[1]) Perobscura est historia priorum Byzantinæ urbis episcoporum. Byzantus usque ad sæculi III medium proprio episcopo caruit; ceterum concordat series præsulum a Barhebræo hic tradita cum catalogo Pseudo-Dorothœi ap Lequien *Or. Christ.*, t.I,196, ubi tamen pro Polytoro legitur Plutarchus.

[2]) His consonat Euseb. in *Chronico*, coll. 543—556. Porro eversio Hierusalem de qua hic loquitur Barhebræus, ea est intelligenda quæ sub Ælio Hadriano perfecta fuit, anno Christi 136, memorata ab Eusebio, *l. c.* p. 557. Cfr. Lequien, *Or. Christ.*, tom. III, 137-146.

ܐܘܕܝܣ ܐܩܝܡ ܠܗ . ܘܗܘ ܟܘܪܣܝܐ ܕܪܗܘܡܝ ܐܚܕ .

ܒܬܪ ܐܘܕܝܣ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܢܘܪܢܐ . ܗܢܐ ܐܬܐܣܪ ܒܐܢܛܝܘܟܝ ܘܐܫܬܕܪ ܠܪܗܘܡܝ . ܘܒܐܘܪܚܐ ܡܫܪܪ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܡܗܝܡ̈ܢܐ ܕܦܓܥܝܢ ܗܘܘ . ܘܐܡܪ ܗܘܐ ܠܘܬܗܘܢ ܕܚܛ̈ܬܐ ܐܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܢ̈ܝܐ ܕܚܝܘܬܐ ܠܥܓܠ ܐܬܛܚܢ . ܕܐܗܘܐ ܠܚܡܐ ܕܟܝܐ ܒܦܬܘܪܐ ܫܡܝܢܝܐ . ܘܗܘ ܚܙܐ ܥܝ̈ܪܐ ܕܡܙܡܪܝܢ ܒܦܠܓܘܬ ܓܘ̈ܕܐ . ܘܐܠܦ ܕܗܟܢ ܢܥܒܕܘܢ ܒܥܕܬܐ . ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܪܗܘܡܝ . ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܛܪܝܢܘܣ ܐܬܪܡܝ ܠܚܝܘܬܐ ܘܐܬܐܟܠ ܐܝܟ ܕܩܕܡ ܐܬܢܒܝ ܗܘܐ .

ܒܬܪ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܢܘܪܢܐ . ܐܝܪܘܢ ܒܝܘܡܝ ܕܦܠܝܢܘܣ ܣܩܘܢܕܘܣ ܠܟܪܣܛܝܢܐ ܣܓܝܐܐ ܚܝܒ ܠܡܘܬܐ ܘܡܢ ܕܪܓܐ ܐܪܡܝ . ܘܟܕ ܐܬܕܠܚ ܡܢ ܣܓܝܐܘܬ ܥܡܐ . ܟܬܒ ܠܛܪܝܢܘܣ ܡܠܟܐ . ܕܠܒܪ ܡܢ ܗܕܐ ܕܠܦܬܟܪܐ ܠܐ ܣܓܕܝܢ ܠܡܫܝܚ ܘܕܨܦܪܐ ܩܕܡܝܢ ܘܠܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܠܐܠܗܐ ܣܓܕܝܢ . ܠܐ ܡܕܡ ܕܒܝܫ ܡܫܟܚܝܢ ܠܘܬܗܘܢ . ܟܠܝܢ ܕܝܢ ܠܡܩܛܠ ܘܠܡܓܢܒ . ܘܐܚܪ̈ܢܝܢ ܕܠܗܠܝܢ ܕܡܝܢ . ܘܦܩܕ ܛܪܝܢܘܣ ܕܓܢܣܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ ܠܐ ܢܬܒܥܐ :

ea *civitate* sedem suam constituit, sed Evodium illi ordinavit, et ipse Romanam cathedram obtinuit.

3. *Post Evodium*, IGNATIUS IGNEUS[1]. Antiochiæ conjectus in vincula, missus est Romam et omnes in itinere obvios fideles confirmavit. Dicebat autem : « triticum Dei sum, mox bestiarum dentibus molendus, ut efficiar panis mundus in mensa cœlesti[2]. » Vidit ille angelos alternis choris cantantes, atque sic quoque faciendum in ecclesia docuit. Cumque Romam pervenisset, jussu Trajani objectus est feris; obiit *ergo* et devoratus est sicut ipse prædixerat[3].

4. *Post Ignatium igneum*, ERON, tempore Plinii secundi qui multos christianos ad mortem damnavit et e gradu dejecit; cum vero ob populi *hujus* multitudinem turbaretur, Trajano imperatori ita scripsit : « præterquam quod idola adorare recusant, quod summo mane surgunt et Christum ut Deum adorant, nihil apud ipsos iniqui reperimus; prohibent autem occidere et furari, aliaque his similia. » Igitur præcepit Trajanus Christianorum genus haud esse inquirendum[4].

[1]) Syri S. Ignatium, apostolorum discipulum, ܢܘܪܢܐ *nurana*, i. e. *igneum* appellant, latinum nominis etymon respicientes. Cfr. Assemanus, *Bibl. Orient.*, t. III, part. 1, pp. 16 sq.

[2]) Leguntur illa in *Epistola* S. Ignatii ad Romanos, cap. IV, ap. Migne, *Patrol. gr.*, tom. V, col. 689.

[3]) De anno quo martyrium passus est Ignatius non conveniunt historiæ scriptores. Elias Nisibenus, indicans se *Chronicon Eusebii* ܩܣܪܝܐ ܕܒܢ̈ܝܐ ܕܐܘܣܒܝܘܣ sequi, ponit martyrium Ignatii ejusque successoris Heronis ܗܪܘܢ initia sub anno 421 Græcorum, h. e. Christi 110 sive 111.

[4]) Cfr. pars 1a p. 56. Epistola Plinii una cum Trajani responsione refertur in *Patrol. gr.*, tom. V. col. 991.

ܒܬܪ ܐܝܪܘܢ ܩܘܪܢܠܝܘܣ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ
ܢܦܩ ܒܩܘܪܢܬܝܘܣ ܐܪܣܝܘܛܐ ܕܡܫܬܡܗ
ܩܐܪܝܢܬܘܣ ܘܐܡܪ . ܕܒܚܙܘܐ ܠܗ ܡܢ
ܡ̈ܠܐܟܐ ܝܠܦ ، ܕܒܬܪ ܩܝܡܬܐ ܒܐܪܥܐ
ܗܘܐ ܡܠܟܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ . ܘܡܫ̈ܬܝܐ ܕܐܟܠܐ
ܫ̈ܢܝܐ ܗܘ̇ܐ ܠܐܠܦ ܒܡܫܬܘܬܐ . ܘܡܫܬܐܠܐ
ܘܫܬܝܐ ܘܙܘܘܓܐ .

ܒܬܪ ܩܘܪܢܠܝܘܣ ، ܐܘܕܘܣ ܫ̈ܢܝܐ ܫܬܥܣܪܐ
. ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܡܪܩܝܘܢ ܗܪܣܝܘܛܐ
ܐܬܚܙܝ ܘܐܠܦ ܬܠܬܐ ܐܝ̈ܬܝܐ ܐܝܬ . ܟܐܢܐ ܘܛܒܐ
ܘܡܨܥܝܐ . ܘܕܡܢ ܟܐܢܐ ܐܬܝܗܒܬ ܕܝܐܬܝܩܝ
ܥܬܝܩܬܐ . ܘܡܢ ܛܒܐ ܕܝܐܬܝܩܝ ܚܕܬܐ .
ܘܐܝܬܝܐ ܡܨܥܝܐ ܗܘܠܐ ܩܪܐ ܘܐܡܪ . ܕܒܪܘܝܐ
ܒܗ ܡܢ ܗܘ ܡܐ ܕܕܟܝܐ ܒܗܘܠܐ . ܒܪܐ
ܫܡܫܐ ܘܐܪܒܥܐ ܐܣܛܘܟܣܐ ܘܦܪܕܝܣܐ .
ܘܡܢ ܚܫܘܟܐ ܒܪܐ ܫܝܘܠ ܘܬܚܬܝܬܐ ܘܬܪܛܪܘܣ .
ܘܡܢ ܦܪܕܝܣܐ ܢܣܒ ܡܢܬܐ ܘܓܒܠ
ܠܒܪܢܫܐ . ܘܡܢ ܟܝܢܗ ܐܪܡܝ ܒܗ ܢܦܫܐ .
ܦܓܪ ܕܝܢ ܩܝܡܬܐ ܕܦܓܪ̈ܐ . ܘܐܡܪ ܕܡܫܝܚܐ
ܐܣܬܟܡ ܕܠܒܫ ܦܓܪܐ ܘܚܫ ܡܢ ܠܐ ܠܒܫ
ܐܦܠܐ ܚܫ ..

ܒܬܪ ܐܘܕܘܣ ، ܬܐܘܦܝܠܘܣ . ܗܢܐ ܡܠܟܬܐ

5. *Post Eron*, CORNELIUS[1].

Eo tempore Corinthi apparuit hæreticus, nomine Cerinthus, qui jactabat sese in visione ab angelis didicisse post resurrectionem futurum esse in terris regnum Christi, atque per mille annos festa conviviorum, esus, potus ac nuptiarum agenda[2].

6. *Post Cornelium*, EUDUS[3], *annis sedecim*.

Prodiit illa ætate Marcion hæresiarcha docens tres esse *æones (tria principia)*, scilicet Justum *(Kina)*, Bonum *(Tobha)* et Medium *(Mezaia)*; porro, a Justo datum fuisse vetus testamentum, a Bono testamentum novum; æonem autem medium materiam vocat, atque, juxta ipsum, Conditor ex eo quod in materia purum reperitur, solem, quatuor elementa et paradisum, e tenebricosa vero (materia) inferiorem terram *(Scheol)* et tartarum effecit; e paradiso demum particulam assumpsit qua efformavit hominem, cui de substantia sua animam injecit. Præterea corporum resurrectionem rejicit, et asserit Christum specie tenus induisse corpus et passum esse, sed corpus non induisse neque passum fuisse[4].

7. *Post Eudum*, THEOPHYLUS.

[1]) Juxta Eliam Nisibenum Cornelius episcopatum iniit anno 442, i. e. Christi 131 vel 130.

[2]) Eodem modo Chiliastarum originem ex Caio et Dionysio Alexandrino refert Nicephorus Callistus, *Eccl. hist.*, lib. III, cap. 14 *(Patrol. gr.*, tom. 145, col. 923). Ceterum plura de Cerintho hæresiarcha dabit Irenæus, *Contra hær.*, lib. I, cap. 26, et lib. III, cap. 11; Epiphanius, *adv. hær.*, lib. I, tom. II, hær. 8, vel 28.

[3]) Suspicor librarii mendum; nam ܐܝܪܘܣ seu ܐܪܘܣ *Herus*, vel *Erus* is ubique vocatur, et ita quoque habet Dionysius Barsalibæus apud Assemanum *Bibl. Orient.*, II, 323. Recensetur is in *Chronico* Eusebii ad annum 143, *Patrol. Gr.*, XIX, col. 560.

[4]) De Marcione cff. Irenæus *Contra hær.*, lib. I, cap. 27; Epiphanius *hær.* 42, cui, quod ad doctrinam Marcionis attinet, Barhebræus fere consentit.

ܣܓܝ̈ܐܐ ܣܝܡ ܡܟܬܒܢܘ̈ܬܐ ܕܬܪܝܨܘܬܐ ܘܥܠ
ܣܘ̈ܓܐ ܡܫܚܠܦܐ ܐܫܒܩ .

ܒܬܪ ܬܐܘܦܝܠܘܣ ܡܟܣܝܡܘܣ . ܫܢ̈ܝܐ
ܬܡܢܥܣܪܐ . ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܝܘܣܛܘܣ
ܦܝܠܘܣܘܦܐ ܟܪܣܛܝܢܐ ܕܡܢ ܢܐܦܘܠܝܣ
ܕܠܘܬ ܝܠܝܕ ܐܘܪܫܠܡ . ܣܠܩ ܠܪܗܘܡܝ
ܘܥܒܕ ܦܐܦܘܣܪܘܣܝܐ ܚܠܦ ܕܚܠܬܐ
ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ . ܘܩܒܠ ܡܠܟܐ ܐܢܛܘܢܝܢܘܣ
ܡܠܘܗܝ ܘܫܒܩ ܠܪܕܘܦܐ .

ܒܬܪ ܡܟܣܝܡܘܣ ܣܪܦܝܘܢ . ܫܢ̈ܝܐ
ܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ . ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܐܬܟܢܫܘ
ܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ ܒܐܘܪܫܠܡ ܡܛܠ ܦܨܚܐ .
ܘܟܬܒܘ ܠܐܬܪܐ ܕܐܣܝܐ ܕܒܚܕܒܫܒܐ ܗܝ ܒܫܒܐ
ܕܒܬܪ ܦܨܚܐ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܠܢܥܒܕܘܢ . ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ
ܒܪܗܘܡܝ ܘܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܘܒܦܠܣܛܝܢܝ
ܥܒܕܝܢ . ܦܘܠܝܩܪܦܘܣ ܕܝܢ ܕܐܦܣܘܣ
ܘܫܪܟܐ ܕܐܦܝܣ̈ܩܘ ܕܐܣܝܐ ܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ . ܐܠܐ
ܒܗ ܒܝܘܡ ܦܨܚܐ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ
ܥܕܡܐ ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܕܢܝܩܝܐ .

ܒܬܪ ܣܪܦܝܘܢ . ܐܣܩܠܝܦܝܕܝܣ . ܫܢ̈ܝܐ
ܬܪܬܥܣܪܐ . ܗܢܐ ܛܒ ܐܫܬܡܥ ܒܡܘܕܝܢܘܬܐ .
ܘܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܐܬܝܕܥ ܒܪܕܝܨܢ . ܗܘ ܕܡܢ
ܫܒܩ ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܚܢܦܝܬܐ ܕܟܘܡܪܐ ܕܦܓܪ̈ܐ.

Hic tractatus plures orthodoxæ doctrinæ composuit et de diversis argumentis scripta reliquit[1].

8. *Post Theophylum*, MAXIMUS[2], *annis octodecim.*

Eo tempore Justus[3] philosophus christianus, e Neapoli prope Hierosolyma oriundus, Romam ascendit et confecit pro religione christiana apologiam; cujus argumenta suscipiens imperator Antoninus persecutioni finem imposuit.

9. *Post Maximum*, SERAPION, *annis viginti uno.*

Eo tempore Hierosolymis convenerunt episcopi *ob controversiam* circa pascha[4], scripseruntque Asianæ ditioni ut illud die dominica post pascha Judæorum agerent, quemadmodum Romæ, Alexandriæ et in Palæstina fiebat. At Polycarpus[5] ceterique episcopi Asiani, illis minime acquiescentes, eadem die quo Judæi, pascha usque ad concilium Nicænum celebrare perrexerunt.

10 *Post Serapion*, ASCLEPIADES, *annis duodecim.* Hic maxime inclaruit *fidei* confessione[6].

Eo tempore innotuit Bardesanes qui, relicta doctrina ethnica sacrificuli

[1]) Theophyli scripta recensent Eusebius *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 24, et Hieronymus, *De viris illust.* cap. 25.

[2]) *Maximinus* is vocari solet. Cfr. Lequien, *Oriens Christ.*, tom. II, col. 702.

[3]) i. e. Justinus.

[4]) Concilium aliquod Hierosolymitanum in celebri ista controversia a Narcisso et episcopis decem celebratum anno 198, inter fontes historicos mihi compertos non nisi unicus, nempe libellus synodicus commemorat, apud Harduinum, *Conc.*, tom. V, col. 1493.

[5]) Loco Polycarpi scribendum hic erat Polycrates. Idem nominis error irrepsit apud Sozomenum, lib. VII, cap. 13.

[6]) tempore persecutionis. Cfr. Euseb. *Hist. Eccl.*, VI, 11; *Chronicon*, l. c. ad annum 213. — Porro Asclepiades juxta Andronicum, apud Eliam Nisibenum, factus est episcopus anno 523, i. e. 211 sive 212.

ܗ̇ܝܡܢ ܘܥܡܕ ܘܐܠܦ ܡܘܠܦܢܐ ܕܥܕܬܐ
ܒܐܘܪܗܝ. ܘܣܡ ܡܐܡܪ̈ܐ ܠܘܩܒܠ ܗܪ̈ܣܝܣ.
ܘܠܚܪܬܐ ܐܬܢܓܕ ܠܘܬ ܡܘܠܦܢܐ ܕܡܪܩܝܘܢ
ܘܕܘܠܢܛܝܢܘܣ. ܘܟܦܪ ܩܝܡܬܐ. ܘܠܙܘܘܓܐ
ܕܟܝܐ ܩܪܐ ܘܕܟܝܘܬܐ.. ܘܐܡܪ ܕܣܗܪܐ ܟܠ
ܡ̣ܢ ܫܠܚܐ ܣܗܪܐ ܐܡܐ ܕܚ̈ܝܐ ܠܢܘܗܪܗ̇. ܘܥܐܠܐ
ܠܘܬ ܫܡܫܐ ܐܒܐ ܕܚ̈ܝܐ ܢܣܒܐ ܡܢܗ ܪܘܚ
ܢܛܘܪܘܬܐ ܘܢܦܫܗ ܠܟܠ ܗܢܐ ܥܠܡܐ. ܚܝܐ ܕܝܢ
ܗܘ ܒܪ ܕܝܨܢ ܫ̈ܢܝܐ ܣܚ ܘܡܝܬ ܒܫܢܬ
ܬܠܓ. ܕܝܨܢ ܕܝܢ ܫܡܐ ܗܘ ܕܢܗܪܐ ܕܥܠ
ܓܢܒ ܐܘܪܗܝ ܗ̇ܘ ܕܥܠܘܗܝ ܝܠܕܬܗ
ܠܢܚܫܝܪܡ ܐܡܗ. ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܢܘܚܡܐ
ܗܘܐ ܫܡܗ. ܕܝܨܢ ܕܝܢ ܐܬܩܪܝ ܗܘ ܢܗܪܐ
ܡܢ ܦܘܠܚܢܗ ܡܛܠ ܕܐܕܝ ܫܠܝܚܐ ܩܕ̄.
ܗܘ ܕܟܕ ܚܙܐ ܠܢܚܠܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܐܣܛܕܝܘܢ
ܕܡܥܪܒܗ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܕܡܫܬܦܥ
ܒܟܠܗ ܗܘܐ ܡܚܠܠ ܘܡܚܒܠ ܠܡܕܝܢܬܐ:
ܚܒܫ ܒܛܝܠܘܬܐ ܘܒܟܐܦ̈ܐ ܪ̈ܘܪܒܬܐ
ܣܟܪܗ ܠܢܚܠܐ. ܘܐܦܢܝ ܡ̈ܝܐ ܠܡܐܪܘܬܐ
ܕܚܘܪܐ ܠܫܘܪܐ ܡܢ ܓܒܐ ܓܪܒܝܝܐ. ܘܡܢ
ܗܪܟܐ ܐܬܩܪܝ ܣܟܪܐ ܗܘ ܒܠܫܢܐ ܥܪܒܝܐ.
ܐܕܝ ܙ̈ܢ. ܕܡܬܬܪܓܡ ܐܕܝ ܣܟܪ.

Mabugensis, fidem amplexus est et baptisma recepit, imo doctrinam Ecclesiæ docuit Edessæ, tractatusque adversus hæreses composuit; ast tandem ad Marcionis et Valentini commenta declinans, resurrectionem negavit, coitum vero munditiem vocavit et puritatem, et asseruit Lunam, matrem vitæ singulis mensibus, exuere lucem suam et ingredi ad Solem patrem vitæ, ut sumat ex eo spiritum conservationis, quem *inde* efflat in hunc *mundum* universum[1]. Vixit Bardesanes annos 68, et obiit anno 533[2]. Daisan autem nomen est fluvii Edessam alluentis, *a quo vocatus est Bardesanes*, quod ad ejus ripam eum genuerit mater ejus Nahaschirama; pater vero ejus erat Nuhama. Porro fluvius iste Daisan nomen traxit ab Adæo sancto apostolo, qui cum videret torrentem, Distadium (?) dictum, ad occidentale urbis latus perpetuo extra alveum diffluere et civitatem vastare, curam in eo collocavit ut torrentem saxis ingentibus occluderet, et aquas averteret ad aquæductum, murum ad septentrionale latus cingentem. Hinc ergo obturatio ista lingua arabica dicta fuit Adidzan quod redditur: « Adæus munivit. »

1) Locus difficilis, quo Bardesanis gnosis contracte proponitur, quam evolutam videsis apud Aug. Hahn: *Bardesanes gnosticus Syrorum primus hymnologus*. Cfr. S. Ephræm, *Opp.*, tom. II, hymn. 55, p. 558.

2) Sequitur inde Bardesanem natum fuisse anno 465, sive æræ vulgaris 154; Barhebræo convenit anonymus sæculo VI florens *Chronici Edesseni* auctor, apud Assemanum, *Biblioth. Orient.*, tom. I, p. 389: « Anno 465 (Christi 154), die 11 Julii, ait, natus est Bardesanes. » Quibus tamen hac in re fides tribuenda non est; nam constat ex veterum testimoniis (quæ videsis apud Hahn, *op. cit.*, pp. 15 sq.), jam anno 165 Bardesanem imperatori Luc. Antonino Vero librum suum *de Fato*, περὶ εἱμαρμένης obtulisse, quod profecto puero undecim annorum convenire non potest. Quare libentius adhæremus Eliæ Nisibeno, qui asserit Bardesanem hanc lucem aspexisse anno 445, seu Christi 134: ܒܗ̇ ܐܬܝܠܕ ܒܬܡܘܙ ܒܚܕܥܣܪ ܒܗ ܒܪܕܝܨܢ « Eo anno (134), die 11 Julii natus est Bardesanes. »

ܒܬܪ ܐܣܩܠܝܦܝܐܕܝܣ ܦܝܠܝܦܘܣ

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܐܘܪܝܓܢܝܣ ܗܘ ܕܪܘܪܒܐܝܬ ܡܫܒܚ ܠܗ ܐܘܣܒܝܘܣ ܟܕ ܐܡܪ ܕܠܘܩܕܡ ܥܠ ܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܐܬܪܕܝ ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܒܝܘܠܦܢܐ ܕܝܘܢܝܐ. ܘܟܕ ܒܪ ܬܡܢܥܣܪܐ ܫܢܝܢ ܐܚܕ ܒܡܠܦܢܘܬܐ. ܟܠܗ ܐܝܡܡܐ ܡܠܦ ܗܘܐ ܘܡܬܠܡܕ. ܘܒܠܠܝܐ ܒܗܓܝܐ ܕܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܫܗܪ ܗܘܐ. ܘܟܕ ܠܐ ܐܟܘܪܐ ܡܢ ܫܢܬܐ ܡܬܐܠܨ ܗܘܐ. ܠܗ ܥܠ ܥܪܣܐ ܐܠܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܕܡܟ ܗܘܐ. ܚܡܪܐ ܠܐ ܛܥܡ ܠܓܡܪ. ܘܗܠܝܢ ܒܠܗ ܡܫܬܪܝܐ ܗܘܐ ܕܢܦܫܗ ܡܢܗܝܢ ܗܘܐ. ܘܟܠ ܕܚܦܝܐ ܗܘܐ ܘܡܗܠܟ ܗܘܐ ܐܦ ܠܒܬܘܠܬܐ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܐܝܟ ܕܢܪܚܩ ܡܢܗ ܟܠ ܡܚܫܒܬܐ ܣܢܝܬܐ ܦܣܩ ܦܓܪܗ. ܘܗܕܐ ܥܠ ܕܥܒܕܐ ܐܦܢ ܕܪܫܝܬܐ ܗܘܬ ܘܠܐ ܢܡܘܣܝܬܐ. ܐܠܐ ܥܠ ܣܓܝܐܐ ܬܪܥܝܬܐ ܕܢܟܦܘܬܗ ܐܬܚܫܒܬ. ܗܘܘ ܠܗ ܕܝܢ ܬܠܡܝܕܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܟܬܒܘܗܝ ܩܕܝܫܐ ܬܩܢ ܐܦ ܘܦܫܩ ܒܦܘܫܩܐ ܚܬܝܬܐ ܘܚܠܝܡܐ. ܘܣܓܝܐܐ ܡܢ ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܕܚܢܦܐ ܒܡܠܘܗܝ ܗܝܡܢܘ ܘܐܬܥܡܕܘ. ܘܒܙܒܢ ܪܕܘܦܝܐ ܕܣܘܝܪܝܢܘܣ ܠܣܗܕܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܡܠܒܒ ܗܘܐ ܕܢܫܝܛܘܢ ܒܡܘܬܐ ܘܠܐ ܢܦܩܘܢ. ܘܐܦ ܐܒܘܗܝ ܒܗܢܐ ܪܕܘܦܝܐ ܐܣܗܕ ܘܐܬܟܠܠ. ܕܡܝܛܪܝܘܣ ܕܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܢ ܚܣܡܐ ܕܡܬܝܕܥ

11. *Post Asclepiadem*, PHILIPPUS[1]. Eo tempore inclaruit Origenes, quem magnifice celebrat Eusebius, dicens eum scripturis sacris primum, deinde Græcorum disciplinis philosophicis animum applicuisse, annosque natum octodecim docendi munus inchoasse. Toto die docebat et catechisabat, noctem in meditatione sanctarum litterarum vigil agebat atque brevi spatio, cum a somno opprimebatur, non in lecto sed humi cubabat. Vinum nunquam gustavit; a rebus vero externis penitus solutus exstitit, ita ut etiam discalceatus incederet; cumque ipse junior esset et virgines quoque Alexandriæ doceret, ut omnem a se sinistram arceret opinionem corpus suum mutilavit; quod quidem facinus, etsi vituperabile fuit et illegitimum, a multis tanquam castimoniæ ejus consilium habitum fuit. Magnum autem discipulorum numerum nactus est, omnes sacros codices emendavit commentariisque accuratis et sanis illustravit, atque ejus opera plures inter ethnicorum optimates fidem amplexi sunt ac baptizati fuerunt. Tempore vero persecutionis Severini[2] multos martyres animavit ut mortem contemnerent nec a fide deficerent; in eadem autem persecutione ipsius pater martyrii coronam accepit. At Demetrius, Alexandriæ episcopus, adversus Originem, quem inclarescere et laudibus

[1]) Is alibi, v. g. apud Eusebium, *Hist. eccl.*, lib. VI, cap. 21, et apud *Nicephorum*, lib. V, cap. 26, dicitur *Philetus*; Eusebius tamen, in *Chronico* suo, ad annum 218, eumdem *Philippum* appellat.

[2]) i. e. Septimii Severi.

ܘܡܬܦܠܟ ܐܘܪܝܓܢܣ ܚܣܡ ܒܗ
ܘܐܟܠ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܕܢܦ̈ܫܬܐ ܡܢ ܦܓܪ
ܠܦܓܪ ܫܢܝܢ. ܘܠܩܝܡܬܐ ܕܦܓܪܐ ܡܫܛܐ.
ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܬܐ ܒ̈ܪܝܬܐ. ܘܕܐܝܬ
ܫܘܠܡܐ ܠܫܘܢܩܐ ܕܚ̈ܛܝܐ ܡܠܦ. ܘܒܗܝܢ
ܗܠܝܢ ܡܘܛ̈ܪܝܢܐ ܛܪܕܗ ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ.
ܘܫܡܐ ܗܪܣܝܘܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܚܕ ܥܕܡܐ
ܠܝܘܡܢܐ. ܗܘܬ ܐܦܐ ܠܡܦܫ̈ܩܢܐ ܕܢܥܛܘܢ
ܠܫܡܗ. ܘܟܠ ܡ̈ܠܦܢܘܬܗ ܡܢ ܦܪ̈ܨܘܦܝ
ܡܩ̈ܠܘܣܘܗܝ ܢܬܠܘܢ. ܘܬܘܒ ܡܢ ܒܥܠ̈ܕܒܒܘܗܝ
ܩ̈ܕܡܝܐ، ܦܘܪܦܘܪܝܘܣ ܐܟܠ ܩܪܨܘܗܝ
ܘܐܡܪ ܕܟܕ ܐܙܠ ܠܘܬ ܕܢܬܠܡܕܘܢ ܚ̈ܢܦܐ
ܠܕܘܟܬܐ ܚܕܐ. ܘܐܡܪܘ ܠܗ ܣܓܘܕ ܥܡܢ:
ܘܢܩܘܦ ܠܟ ܘܢܩܒܠ ܡܥܡܘܕܝܬܐ.
ܘܟܕ ܣܓܕ ܐܓܚܟܘ ܒܗ ܚ̈ܢܦܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘ.

ܒܬܪ ܦܝܠܝܦܘܣ ܙܒܝܢܘܣ
ܕܗܘ ܐܒܝܠܐ ܒܪ ܣܘܪܝܐ.
ܒܗܘ ܕܝܢ ܙܒܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܐܘܪܫܠܡ
ܡܪܝ ܢܪܩܝܣܘܣ ܘܒܥܐܕܐ ܕܦܨܚܐ ܚܣܪ
ܗܘܐ ܡܫܚܐ ܘܨܠܝ ܥܠ ܡ̈ܝܐ ܘܗܘܘ
ܡܫܚܐ. ܐܢܫܝܢ ܕܝܢ ܒܝ̈ܫܐ ܡܢ ܚܣܡܐ
ܥܠܘܗܝ ܡܬܚܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܕܠܐ ܗܘܬ
ܗܕܐ. ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܐܢ ܠܐ ܬܬܘܩܕ
ܗܕܐ ܒܢܘܪܐ ܢܐܩܕ. ܘܐܚܪܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܐܢ
ܬܗܘܐ ܒܥܝ̈ܢܘܗܝ ܠܚܫܘܟܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ

extolli videbat, invidia motus, eum accusavit quod animarum e corpore in corpus migrationem assereret, corporis resurrectionem rejiceret, Filium et Spiritum *Sanctum* creaturas esse profiteretur, denique peccatorum tormentis finem fore doceret. His ergo criminationibus eum expulit Alexandria, eique hæreseos notam, adhuc perdurantem, affinxit; inde opportunitas data fuit commentatoribus ut nomen ejus oblitterarent et illius doctrinis, eas excerpendo, propria sua nomina adscriberent. Porro ex ejus inimicis eum in primis calumniatus ex Porphyrius; dicit enim quod, cum in locum quemdam ad ethnicos instituendos abiisset istique respondissent: „ adora nobiscum et adhærebimus tibi baptismumque suscipiemus, „ ipse adorationem exhibuerit, illi vero eum irriserint, fidem minime amplexi.

12. *Post Philippum* Zebinus *seu* Zebilus[1], natione Syrus. Ea ætate vivebat Hierosolymis sanctus Narcissus; cum autem tempore Paschatis oleum defecisset, oravit super aquas, hæque in oleum conversae sunt. Cui cum inviderent homines perversi, rumorem sparserunt hoc non ita fuisse, dicente uno : se velle si verum esset igne comburi; et alio, si res ista se haberet, suos caligandos esse oculos. Porro sanctus vir ab illis lacessitus abiit seseque in desertum recepit;

[1]) Zebinus, juxta *Chronicon* Eusebii, lib. II, episcopatum accepit anno 230; ast ejus ordinationem Elias Nisibenus, Eusebium quoque testem citans, refert ad annum 540, sive Christi 228 aut 229.

ܡܢ ܐܬܟܝܠ ܡܠܘܗܝ ܡܚܕܐ ܘܚܕ ܠܒܥܠܕܒܒܐ. ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܗܘ ܚܕ ܡܢ ܕܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܢܦܠܬ ܒܒܝܬܗ ܝܩܕ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܥܠ ܢܦܫܗ. ܘܗܘ ܐܚܪܢܐ ܟܕ ܚܙܐ ܡܕܡ ܕܓܕܫ ܠܚܒܪܗ ܡܢ ܒܟܝܐ ܗܘܐ ܘܥܘܝܐ ܐܬܥܘܪ .

ast paulo post *calumniatorum* alter, cum scintilla in domum ejus cecidisset, igne periit sicut sibi imprecatus fuerat; alter videns quod socio suo contigerat, ipse ululando et plorando lumina amisit[1].

ܒܬܪ ܙܒܝܢܘܣ ، ܒܒܘܠܐ ܗܢܐ ܒܬܪ ܟܕ ܫܡܠܝ ܬܡܢܐ ܕܫܡܫ ܡܢ ܐܬܐ ܠܡܪܙܒܢܗ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܢܥܘܠ ܠܥܕܬܐ ܟܠܝܗ . ܘܡܛܠܗܕܐ ܐܬܚܡܬ ܘܩܛܠ ܣܓܝܐܐ ܕܡܫܝܚܝܐ ܐܦ ܠܗ ܠܪܫܐ ܘܠܬܠܬܐ ܛܠܝܐ ܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܘܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܒܡܠܦܢܘܬܐ ܘܬܕܡܪܬܐ ܘܚܝܠܐ ܪܘܪܒܐ . ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܢܐܘܩܣܪܝܐ . ܗܢܐ ܡܢ ܠܐ ܦܪܝܣ ...ܐܦ̈ܣܩ ܡܢ ...ܦܝܕܝܡܘܣ ܐܦ̈ܣܩ ܕܕܐܡܐܣܝܣ ܘܐܬܟܠܠܘ ܐܪܒܥܝܢ ܣܗ̈ܕܐ ܒܪܕܘܦܝܐ ܕܕܩܝܘܣ . ܘܫܪܝܘ ܡܬܝܕܥܝܢ ܒܥܘ̈ܡܪܐ ܕܝܚܝ̈ܕܝܐ ܒܡܕܒܪܐ ܕܡܨܪܝܢ ܒܝܕ ܛܘܒܢܐ ܦܘܠܐ ܬܐܒܝܐ. ܘܐܒܐ ܐܢܛܘܢܝܘܣ .

13. *Post Zebinum*, Babylas[2].
Is, jam octo annis munere suo perfunctus, ingressu ecclesiae prohibuit urbis præfectum, qui propterea ira incensus magnum numerum christianorum, ipsum etiam præsulem ac tres pueros illius discipulos nécavit. Inclaruit ea ætate cum eruditione, tum miraculis splendidisque prodigiis Gregorius Neocæsariensis (qui licet absens consecratus fuit episcopus a sancto Phedimo episcopo Amasiæ)[3]. Tunc quoque martyrio coronati sunt quadraginta martyres in persecutione Decii, et innotescere cœperunt mansiones eremitarum in deserto Ægypti per beatum Paulum Thebaïdem et patrem Antonium.

ܒܬܪ ܒܒܘܠܐ : ܦܒܝܘܣ .
ܗܢܐ ܐܝܟ ܠܟܣܢܕܪܘ ܕܐܘܪܫܠܡ

14. *Post Babylam*, Fabius.
Is quemadmodum Alexander Hieroso-

[1]) Hæc etiam, paucis immutatis, fusius narrat Nicephorus Callistus, *Eccl. hist.*, lib. V, cap. IX.

[2]) Babylam in vinculis obiisse scribit Eusebius, *Hist. eccl.*, lib. VI, cap. 31 : « Apud Antiochiam « episcopo Babyla post confessionem in vinculis « mortuo, Fabius ecclesiae illi praeficitur. » Similiter Nicephorus, *op. cit.*, lib. V, cap. 26 : « (Zebeno) sub Gordiano defuncto, Babylas sacer « martyr Ecclesiae gubernacula ibi suscepit : qui « sub Decio post confessionem fortiter obitam in « vinculis decessit, ecclesiamque Fabio regendam « reliquit. »

[3]) Vocabula duo hoc loco fuerunt in codice penitus erasa, ac pro ܕܕܐܡܐܣܝܣ scribendum ibi fuisset ܕܐܡܐܣܝܐ. Hinc textum sic restituendum putaverim : ܗܢܐ ܡܢ ܠܐ ܦܪܝܣ ܐܬܬܣܝܡ ܐܦܣ̈ܩ ܡܢ ܦܝܕܝܡܘܣ ܐܦܣ̈ܩ ܕܐܡܐܣܝܐ Videsis quid de extraordinaria illa ordinatione a Phedimo attentata ex S. Gregorio Nysseno ac Theodoreto referat Tillemontius, *Mémoires, etc.*, tom. IV, p. 326.

ܘܦܒܝܢܘܣ ܪܗܘܡܝܐ ܘܩܪܣܛܘܦܘܪܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܣܗܕܘ ܒܝܘܡ̈ܝ ܕܩܝܘܣ
ܡܠܟܐ. ܘܐܦ ܫܒܥܐ ܛܠܝ̈ܐ ܥܪܩܘ ܡܢ
ܐܦܣܘܣ ܘܐܬܛܫܝܘ ܒܡܥܪܬܐ. ܘܣܓܝ̈ܐܐ
ܡܢ ܕܚܠܬܗ ܕܡܠܟܐ. ܗܘܘ ܐܬܟܦܪܘ
ܕܟܕ ܡܝܬ ܕܩܝܘܣ ܘܫܠܝ ܪܕܘܦܝܐ. ܐܬܘ ܠܪܗܘܡܐ
ܕܢܒܥܘܢ ܬܝܒܘܬܐ. ܘܢܘܒܛܘܣ ܗܘܐ
ܘܠܗܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܠܝܬ ܫܘܒܩܢܐ.
ܘܐܬܩܪܝ ܪܫܐ ܕܩܬܪܘ.

ܒܬܪ ܦܒܝܘܣ. ܕܡܛܪܝܘܣ.
ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ. ܢܘܒܛܘܣ ܩܫܝܫܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܠܝܬ
ܫܘܒܩܢܐ ܠܕܢܦܠܘ ܒܚܛܗ̈ܐ ܒܬܪ ܡܥܡܘܕܝܬܐ.
ܡܬܐܡܪܐ ܕܒܥܕܢ ܪܕܘܦܝܐ ܩܕܡ
ܣܓܝ̈ܐܐ ܟܦܪ ܕܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܩܫܝܫܐ. ܘܡܛܠ
ܕܪܓܝܓ ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܛܒ ܗܘܐ. ܐܛܥܝ
ܬܠܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦ̈ܐ ܘܣܡܘܗܝ
ܒܛܘܫܝܐ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܫܬܝܢ ܘܐܪܒܥܐ
ܐܦܝܣܩܘܦ̈ܐ ܒܪܗܘܡܐ ܘܚܪܡܘܗܝ. ܘܗܘ
ܙܒܢܐ ܣܒܠܝܘܣ ܒܠܘܒܐ ܐܬܪܐ
ܕܡܨܪܝܢ ܡܠܦ ܗܘܐ ܚܕ ܩܢܘܡܐ
ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܐܝܟ ܕܐܒܐ ܠܢܒܝ̈ܐ

lymitanus, Fabianus Romanus, Christophorus ac alii multi, martyrium passus est tempore Decii imperatoris[1]. Tunc etiam septem pueri aufugerunt Epheso seseque in spelunca abdiderunt; præterea multi tunc temporis præ timore fidem abnegarunt qui, occiso Decio ac sedata persecutione, Romam venerunt pœnitentiam rogaturi; at Novatus dicebat remissionem non dari, unde dictus est ipse caput Catharorum[2].

15. *Post Fabium*, DEMETRIUS[3].
Eo tempore Novatus presbyter asserebat lapsis in peccatum post baptismum remissionem non dari[4]. Fertur ipsum in persecutione coram pluribus negasse se esse presbyterum; quia vero episcopatum avide inhiabat, inter alios tres episcopos decepit qui eum clanculo ordinarunt; at vero episcopi sexaginta quatuor Romæ congregati eum anathemate damnarunt. Tum etiam Sabellius in Lybia, regione Ægypti, docebat unam tantummodo Sanctae Trinitatis subsistentiam (personam), *quæ* tanquam Pater manifestata fuit prophetis, tanquam Filius

[1]) Fabii Antiocheni martyrium utrum alii quoque scriptores commemorent equidem nescio. De hoc saltem silent qui indicantur apud Lequien, *Or. Christ.*, II, col. 705.

[2]) Elias Nisibenus ad annum 566 (h. e. 255) citans Eusebium, hæc habet : ܒܗ ܫܢܬܐ ܢܘܒܛܘܣ ܦܪܫ ܡܢ ܥܕܬܐ ܘܐܩܝܡ ܗܪܣܝܣ ܕܢܘܒܛܝܢܘ̈ܣ. ܗܢܘܢ ܕܡܘܕܝܢ ܕܠܐ ܝܗܝܒܐ ܬܝܒܘܬܐ ܒܬܪ ܡܥܡܘܕܝܬܐ «*Eo anno Novatus ab Ecclesia defecit et excitavit sectam Novatianorum, qui profitentur non dari pœnitentiam post baptismum.*» Ceterum uterque, Elias et Barhebræus, in errorem nonnullorum Græcorum se impingunt, Novatum cum Novatiano confundentes. Quæ enim hic et in sequentibus dicuntur, Novatiano Romano, non Novato Africano, Novatiani asseclæ, sunt applicanda. Videsis Tillemont, *Mémoires*, tom. III, pp. 435 sqq. Paris, 1701.

[3]) Loco Demetrii, Δημητριανός, *Demetrianus* vocatur ille ab historiographis græcis.

ܐܬܚܙܝ. ܘܐܝܟ ܒܪܐ ܠܫܠܝܚܐ ܐܬܓܠܝ.
ܘܐܝܟ ܪܘܚܐ ܡܠܠ ܒܗܘܢ.

ܒܬܪ ܕܡܛܪܝܘܣ. ܦܘܠܐ ܫܡܫܛܝܐ.

ܗܢܐ ܐܫܬܟܚ ܗܪܛܝܩܐ. ܡܛܠ ܕܚܕܬ ܠܡܠܦܢܘܬܐ
ܡܣܩܒܠܬܐ ܕܐܪܛܡܘܢ. ܘܒܪܢܫܐ ܦܫܝܛܐ ܕܡܢ
ܥܒܕܘܗܝ ܐܙܕܕܩ ܘܐܬܐܠܗ ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܡܪܢ.
ܘܕܡܢ ܕܢܛܦܪ ܒܥܒܕܘܗܝ ، ܡܨܐ
ܠܡܬܡܛܝܘ ܠܕܪܓܐ ܕܗܘ ܐܬܡܛܝ. ܘܟܕ
ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܣܩܦܐ ܘܟܣܘܗܝ · ܐܬܬܝܒ
ܒܬܝܒܘܬܐ ܘܐܫܬܪܝܬ ܣܘܢܗܕܘܣ. ܘܒܬܪ
ܐܪܒܥ ܫܢܝܢ ܗܦܟ ܠܘܬ ܬܘܒܗ. ܘܬܘܒ
ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܣܩܦܐ ܘܐܚܪܡܘܗܝ. ܗܘ ܕܝܢ
ܥܪܩ ܠܘܬ ܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܝܗܘܕܝܬܐ ܕܫܡܗ
ܙܢܘܒܝܐ . ܗܝ ܕܐܩܝܡܘܗ ܦܪ̈ܣܝܐ ܥܠ
ܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܣܘܪܝܐ. ܠܩܘܒܠ ܪ̈ܗܘܡܝܐ . ܘܣܓܝ ܪܚܡܬ
ܗܘܬ ܠܗ ܠܡ̈ܠܘܗܝ ܕܦܘܠܐ · ܐܦܣ̈ܩܦܐ ܕܝܢ
ܐܘܕܥܘ ܠܐܘܪܠܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ .
ܘܟܕ ܚܢܦܐ ܗܘܐ ܛܒ ܦܩܕ ܕܢܦܩܘܢ ܠܦܘܠܐ ·
ܐܘܣܒܝܘܣ ܐܡܪ ܕܐܦ ܢܫ̈ܐ ܠܡܙܡܪܘ ܗܘ̈ܝ
ܠܗ ܠܦܘܠܐ ܘܡܙܡܪܢ ܥܠ ܫܡܗ . ܟܕ
ܗܘ ܝܬܒ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܐܝܟ ܕ̈ܝܢܘܗܝ
ܕܥܠܡܐ · ܘܠܐ ܐܝܟ ܬܠܡܝܕܐ ܕܡܫܝܚܐ .
ܘܟܕ ܕܐܢ ܗܘܐ ܕܝܢܐ ܡܚܐ ܦܚܕܐ ܗܘܐ
ܒܐܝ̈ܕܘܗܝ ܥܠ ܥܛܡܗ . ܘܪܦܣ ܗܘܐ
ܒܪ̈ܓܠܘܗܝ ܥܠ ܒܐܡܐ ܕܝܠܗ .
ܘܡܛܠܫ ܗܘܐ ܐܦ ܒܙܢܝܘܬܐ .

apparuit apostolis, et tanquam Spiritus locutus est in illis.

16. *Post Demetrium*, Paulus Samosatenus.

Iste inventus est hæreticus, utpote qui innovavit detestandam Artemonis doctrinam, et asseruit Dominum nostrum non esse nisi purum hominem, operibus ipsius justificatum et deificatum, immo ad eumdem gradum quo ille pervenit quemlibet, qui illius opera imitetur, posse pertingere. Cum autem episcopi congregati eum idcirco reprehendissent, ipse ad pœnitentiam confugit, et soluta est synodus; at vero post quatuor annorum lapsum, ad vomitum suum reversus ab episcopis denuo congregatis anathemate perculsus est. Tunc confugit ad mulierem quamdam judæam, nomine Zenobiam, a Persis regionibus Syriæ contra Romanos præfectam, cui gratissimæ Pauli sententiæ exstiterunt. Quod cum episcopi Aureliano Romanorum imperatori denunciassent, hic, etsi ethnicismo addictissimus, Paulum jussit expelli. Refert Eusebius[1] etiam mulieres Paulo adhæsisse ejusque nomen psalmis celebrasse; sedebat autem in throno ad instar judicum sæcularium, minime vero ut discipuli Christi; præterea quando judicium aliquod proferebat, manibus femur suum percutiebat pedibusque tribunal pulsabat; demum fornicatione quoque erat infectus.

[1]) *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 30, ex epistola synodi Antiochenæ ad Dionysium Romanum et Maximum Alexandrinum. Cfr. Epiphanius, *hær.* 27, et quæ leguntur apud Lequien, *Or. Christ.*, tom. II, coll. 705, sq.

ܒܬܪ ܦܘܠܐ ܫܡܝܫܛܝܐ ، ܕܘܡܢܘܣ .

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܐܬܝܕܥ ܡܐܢܝ . ܗܢܐ ܒܫܘܪܝܐ ܒܫܡܐ ܕܟܪܣܛܝܢܘ ܡܬܝܩܪ ܗܘܐ . ܘܗܘܐ ܩܫܝ ܘܡܦܫܩ ܗܘܐ ܟܬܒܐ . ܘܕܪܫ ܥܡ ܝܗܘܕܝܐ ܘܚܢܦܐ . ܐܚܪܝܬ ܩܪܐ ܠܢܦܫܗ ܡܫܝܚܐ ܘܓܒܐ ܠܗ ܬܪܥܣܪ ܬܠܡܝܕܐ . ܘܫܕܪ ܐܢܘܢ ܕܢܠܦܘܢ ܬܪܝܢ ܐܝܬܝܐ . ܛܒܐ ܘܒܝܫܐ . ܘܕܥܡ ܕܐܬܟܬܫ ܒܝܫܐ ܥܡ ܛܒܐ ܐܬܙܟܝ . ܢܚܬ ܠܐܬܪܐ ܬܚܬܝܐ ܕܬܝܡܢܐ . ܘܫܪܝ ܕܢܥܒܕ ܠܗ ܬܒܝܠ ܠܥܠܡܐ ܘܢܫܬܠܛ ܒܗ . ܘܟܕ ܥܒܕ ܥܓܠܬܐ ܚܕܪ ܦܘܠܘܣ ܬܝܡܢܝܐ ܕܐܝܟ ܗܝ ܕܡܬܚܙܝܐ ܚܕܪ ܦܘܠܘܣ . ܗܢܐ ܓܪܒܝܝܐ . ܐܬܚܙܝܘ ܡܠܐܟܐ ܡܨܥܝܐ ܘܐܫܬܘܕܝܘ ܠܒܝܫܐ ܕܢܪܟܢܘܢ ܠܛܒܐ ܕܢܪܡܐ ܡܢ ܢܘܗܪܗ ܥܠ ܗܝܠܐ . ܘܬܗܘܐ ܒܪܝܬܐ ܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܗ . ܘܟܕ ܐܫܬܝܢܘ ܥܡ ܚܕ̈ܕܐ ܐܪܡܝ ܡܢ ܢܘܗܪܗ ܥܠ ܗܝܠܐ . ܘܐܦܪܝܬ ܒܪܝܬܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ ܘܚ̈ܝܘܬܐ ܘܢܨ̈ܒܬܐ ܘܐܫܬܟܚ ܒܗ ܥܠܡܐ . ܒܐܝܕܐ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܪܕܝܐ ܘܡܬܚܒܠܢܐ ، ܒܝܫܐ ܕܝܢ ܫܠܝܛ ܗܘܐ ܒܥܠܡܐ ܕܝܠܗ . ܛܒܐ ܕܝܢ ܘܗܘܐ ܬܪܥܝ ܟܝܢܐ ܪܘܚܢܝܬܐ . ܘܫܪܟܐ ܕܢܘܗܪܐ ܫܒܝܬܐ ܐܝܟ ܕܢܦܩܘܢ

17. *Post Paulum Samosatenum*, Domnus.

Illa ætate prodiit Manes[1]. Is initio quidem in nomine Christiani honorem sibi quærebat et factus est presbyter; imo interpretatus est Scripturas, ac cum Judæis et ethnicis disputavit. Postea vero seipsum vocavit Christum, et collegit sibi duodecim discipulos, quos emisit ad docendum duo entia (*duo principia*), bonum unum, alterum malum; Malum autem cum Bono conflictans devictum fuit, seseque ad inferiorem austri locum recepit, ubi mundum sibi efficere et in eo dominari incepit; cum ergo fabricasset plaustrum circa polum australem, illi simile quod aspicitur circa polum borealem, mediatores angeli prodiere Maloque promiserunt sese Bonum inclinaturos ut de lumine ipsius in materiam projiceret, ita ut creatura sub illius dominatione exstaret. Itaque postquam ita pacem *duo principia* iniissent, *Bonum* de lumine suo projecit in materiam, hæcque produxit creaturam hominum, animalium et plantarum, atque in illam, hoc est in mundum hunc fluxum et corruptibilem, Malum dominium exercuit; Bonum autem, eo quod factum erat

[1]) Juxta Eliam Nisibenum natus est Manes anno 551, i. e. Christi 240, errores vero suos propagare cœpit anno 579 i. e. 268, eodem illo quo Hymenæus factus est Hierosolymorum episcopus. Ad hunc annum in *Chronographia* sua hæc habet: ܒܗ̇ ܒܫܢܬܐ ܩܒܠ ܐܘܡܢܐܘܣ ܐܦܣܩܘܦܘܬܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܘܒܗ̇ ܐܬܝܕܥ ܡܐܢܝ ܡܛܥܝܢܐ . « *Eo anno suscepit Hymenæus episcopatum Hierosolymitanum, et innotuit Manes deceptor.* » — De hæresi Manetis brevissime agit Eusebius, *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 31, eumque in *Chronico* commemorat ad annum Christi 281: « *Secundo anno Probi, juxta Antiochenos* 325 *anno, juxta Tyrios* 402, *juxta Laodicenos* 324, *juxta Edessenos* 588, *juxta Ascalonitas* 380, *insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta.* »

ܩܒܠܢ ܢܦܫ̈ܬܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ . ܘܟܠܡܕܡ ܛܒܬܐ
ܕܐܬܚܠܛ ܒܗܘܠܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܩܠܝܠܐ ܩܠܝܠܐ
ܕܠܐ ܡܬܪܓܫܢܘܬܐ ܗܘܠܐ ܡܢ ܛܒܬܐ ܢܬܕܟܐ
ܡܒܛܠܝܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܒܝܫܐ · ܘܬܘܒ ܐܦ ܗܕܐ
ܢܦܫ̈ܬܐ ܡܢ ܦܓܪ̈ܐ ܠܦܓܪ̈ܐ ܐܡܪ ܗܘܐ .
ܘܕܟܠ ܡܕܡ ܚܝ ܡܢܦܫܐ ܗܘ ܘܐܪܥܐ
ܘܡ̈ܝܐ . ܠܗ ܕܝܢ ܠܡܐܢܝ ܩܛܠܗ ܡܠܟܐ
ܕܦܪ̈ܣܝܐ . ܢܫܠܚܗ ܘܡܠܐ ܡܫܟܗ
ܬܒܢܐ ܘܬܠܝܗ ܥܠ ܫܘܪܐ ܥܠ ܕܐܫܬܘܕܝ
ܕܢܐܣܐ ܠܒܪܗ ܘܠܐ ܐܬܡܨܝ .

minime contentum, creavit solem et lunam, duas naves majores, ac cetera luminaria, naves minores[1], quæ in se reciperent animas hominum et quidquid boni in materia permixtum est, ita ut sensim sine sensu, materia a Bono repurgata, Mali imperium evanuerit. Præterea etiam docuit animas e corporibus in corpora migrare, et omnia, terram quoque et aquas, esse animata. Quod ad ipsum Manetem attinet, eum occidit Persarum rex et excoriavit, ejusque cutem palea impletam muro suspendit, quod, cum promisisset se filium ipsius sanaturum, id efficere non potuisset.

ܒܬܪ ܕܡܢܘܣ ܛܝܡܬܐܘܣ .
ܒܗܘܢ ܙܒܢ̈ܐ ܐܘܣܒܝܘܣ ܐܦ̄ܣ ܕܠܐܕܝܩܝܐ
ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܒܡܠܦܢܘܬܗ . ܘܒܬܪܗ
ܐܢܛܘܠܝܘܣ ܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ ܬܪܝܗܘܢ ܘܡܝܬܪ̈ܝܢ
ܒܣܘܟܠܐ ܕܠܓܘ ܘܕܠܒܪ . ܘܒܬܪܗܘܢ
ܬܐܘܕܘܛܘܣ . ܗܢܐ ܒܐܣܝܘܬ ܦܓܪ̈ܐ ܐܝܟ
ܪܫܝܐ ܗܘܐ . ܘܒܐܣܝܘܬܐ ܕܢܦܫܐ ܠܘܬܗ
ܗܘܐ ܐܚܪܢܐ ܐܟܘܬܗ . ܡܪܚܡܢ ܗܘܐ ܝܬܝܪ
ܘܚܫܘܫ ܥܡ ܣܢܝ̈ܩܐ · ܘܥܕܡܐ ܠܗܠܝܢ
ܕܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ . ܟܘܪܣܝܐ ܠܐܝܩܪܐ

18. *Post Domnum*, TIMOTHEUS[2].

Eo tempore Eusebius, Laodiceæ episcopus doctrina sua inclaruit, et post illum Anatolius, Alexandrini ambo atque in disciplinis tam sacris quam profanis vere principes[3]. Eis successit Theodotus[4], qui ut peritia corporum eminebat, ita et in medicina animarum nullum sibi parem habebat; erat quippe misericors valde et compatiens egenis. Porro usque ad tempus illud cathedra Jacobi fratris Domini conservata fuit cum honore;

[1]) Cfr. S. Augustinus, *De hæresibus*, 46, *Patrol.*, tom. XLII, col. 35.

[2]) *Timæus* audit scriptoribus græcis. Cfr. Eusebius, *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 32.

[3]) Illorum scientiam, Anatolii maxime, pariter celebrat Eusebius, *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 32: Ἀνατόλιος, ait, λόγων δ' ἕνεκα καὶ παιδείας τῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας τε τὰ πρῶτα τῶν μάλιστα καθ' ἡμᾶς δοκιμωτάτων ἀπενηνεγμένος, ἅτε ἀριθμητικῆς, ἔτι τε φυσικῆς θεωρίας, ῥητορικῶν τε αὖ μαθημάτων ἐληλακὼς εἰς ἄκρον.

[4]) Inter Anatolium et Theodotum, Eusebius *loc. cit.* episcopum alium, *Stephanum* nomine, inserit.

ܗܢܐ ܡܬܥܒܕܢ ܗܘܐ ܠܐܒܗܬܐ . ܡܛܠ ܗܟܢ
ܝܩܪ ܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕܡܝ̈ܐ ܗܘܘ ܡܝܩܪܝܢ ܠܐܢܫ̈ܐ
ܩܕܝ̈ܫܐ .

ܒܬܪ ܛܝܡܬܐܘܣ ܩܘܪܝܠܘܣ .

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܡܝܠܝܛܝܘܣ ܐܦܝܣܩ ܕܦܢܛܘܣ
ܕܦܘܢܛܘܣ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ . ܕܦܫ ܡܬܗܡܪ
ܒܡܠܦܢܘܬܐ ܕܦܝܠܣܘܦܘ̈ܬܐ ܘܕܚܠܬ ܐܠܗܐ .
ܘܡܛܠܗܕܐ ܕܒܫܐ ܕܐܛܝܩܝ ܩܪܐܘܗܝ ܐܝܠܝܢ
ܕܪܕܝܢ ܒܚܟܡܬܐ . ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܕܢܘܡܪܝܘܣ
ܪܕܘܦܐ ܘܣܗܕܘ ܒܣܗܕܘܬܐ ܩܘܙܡܐ ܘܕܡܝܢܘܣ
ܪܕܘܦܐ .

ܒܬܪ ܩܘܪܝܠܘܣ ܛܘܪܢܝܘܣ .

ܘܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܦܛܪܘܣ ܗܘ̇
ܕܐܣܬܗܕ ܒܫܢܬܐ ܬܫܥ ܕܪܕܘܦܝܐ
ܐܬܟܠܠ ܒܣܗܕܘܬܐ ܫܒܝܚܬܐ . ܘܐܣܬܗܕܘ
ܥܡܗ ܬܠܬܐ ܩܫܝܫ̈ܘܗܝ ܘܐܦ ܐܚܪ̈ܢܐ
ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ . ܘܣܓܝܐܐ ܡܢ ܒܢܝ ܒܝܬܐ ܕܡܠܟܐ .
ܒܝܘܡܝ ܕܝܘܩܠܛܝܢܘܣ . ܘܡܢܝܢܐ ܪܒܐ ܕܥܕ̈ܬܐ
ܐܣܬܚܦ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܘܦܘܢܝܩܐ
ܘܦܪܘܓܝܐ ܘܣܘܪܝܐ . ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܐܘܟܝܬ
ܒܫܘܪܝ ܡܠܟܘܬܗ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܢܘܢܐ ܐܦܣܩ
ܕܐܘܪܗܝ ܫܬܐܣ ܣܡ ܠܗܝܟܠܐ ܕܥܕܬܐ ܪܒܬܐ

nam hujusmodi honores reservabant antiqui sanctis viris[1].

19. *Post Timotheum*, CYRILLUS.

Eo tempore inclaruit Militus[2] Ponticæ ecclesiæ episcopus, in disciplinis philosophicis et religiosis plurimum versatus, quem ideo mel atticum vocarunt ii qui sapientiæ operam dant. Eodem tempore, scilicet Numerii[3] persecutoris, fidem martyrio obsignarunt Cosmas et Damianus.

20. *Post Cyrillum*, TYRANIUS.

Alexandriæ sedebat tunc S^tus^ Petrus qui anno persecutionis nono gloriose ob testimonium veritatis coronatus est. Simul cum eo martyrium passi sunt tres ejus presbyteri, aliique episcopi, ac multi e familiis imperatorum, nempe tempore Diocletiani; porro magnus ecclesiarum numerus Nicomediæ, necnon in Phœnicia, Phrygia ac Syria fuit eversus[4].

Sub id tempus, id est initio regni Constantini, Nonnus, Edessæ episcopus, fundamenta jecit magnæ ec-

[1]) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 19.

[2]) Qui passim *Meletius* vocatur, et quem laudatum videsis Eusebii *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 32.

[3]) i. e. *Numeriani*.

[4]) Consonat Eusebius, *lib. VII*, in fine cap. 32; item *lib. VIII*, capp. 2 et 13, et in *Chronico*, libro II, ad annum Diocletiani 19. Elias Nisibenus, Eusebium citans, Petri martyrium et ecclesiarum eversionem refert ad annum Diocletiani 18. Sic enim ad annum 614 (h. e. anno 303 æræ Dionysianæ qua nunc utimur, ut docet Valesius in nota apud *Patrol. gr.*, XX, 741) scribit: ܒܫܢܬ ܬܡܢܥܣܪܐ ܕܕܝܘܩܠܛܝܢܘܣ ܐܥܝܪ ܪܕܘܦܝܐ ܥܠ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܘܦܩܕ ܕܢܣܬܚܦܢ ܥܕ̈ܬܐ ܘܐܣܬܗܕ ܦܛܪܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܐܡܠܟ ܗܘܪܡܝܙܕ ܡܠܟܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܀ *Anno decimo octavo Diocletiani, movit persecutionem contra christianos, jussitque everti ecclesias; martyrium passus est Petrus, episcopus Alexandriæ. Eodem anno regnavit Hormisdas, Persarum rex.*

ܕܐܘܪܗܝ . ܘܒܬܪܗ ܩܡ ܫܥܘܬ ܐܦܣܩ
ܘܫܠܡܗ̇ . ܘܐܬܩܪܝܬ ܐܓܝܘܣܘܦܝܐ .
ܘܒܬܪܗ ܩܡ ܐܝܬܠܗܐ ܘܒܢܐ ܠܓܢܐ
ܡܕܢܚܝܐ ܕܥܕܬܐ . ܘܐܦ ܠܩܘܡܝܛܪܝܘܢ
ܕܐܟܣܢܝܐ ܒܢܐ . ܘܒܬܪܗ ܩܡ ܐܒܪܗܡ
ܘܒܢܐ ܠܒܝܬ ܣܗܕܐ ܕܡܘ̈ܕܝܢܐ .
ܘܒܬܪܗ ܩܡ ܒܪܣܐ ܘܒܢܐ ܠܒܝܬ ܡܥܡܘܕܝܬܐ .
ܘܒܗ̇ ܒܫܢܬܐ ܢܣܒܘ ܐܪ̈ܬܕܘܟܣܐ ܕܐܘܪܗܝ
ܠܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܢܣܝܒܐ ܗܘܬ ܐܪ̈ܝܢܘ . ܡܢ
ܒܬܪ ܐܘܠܓܝܣ ܐܦܣܩ ܕܐܘܪܗܝ . ܘܒܢܐ
ܠܥܕܬ ܡܪܝ ܕܢܝܐܝܠ ܕܐܦ ܡܪܝ ܕܘܡܛܝ.
ܘܒܝܘܡܘܗܝ ܕܗܢܐ ܐܬܝܬ ܠܓܠܘܣܩܡܐ
ܕܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ ܡܢ ܗܢܕܘ ܠܐܘܪܗܝ .
ܘܣܝܡܘܗܝ ܒܗܝܟܠܐ ܕܫܡܗ ܕܡܪܝ ܬܐܘܡܐ .
ܘܗܘܐ ܡܪܝ ܪܒܘܠܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܠܗ ܠܐܘܪܗܝ .
ܘܗܘ ܒܢܐ ܡܪܝ ܣܛܦܢܘܣ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ
ܟܢܘܫܬܐ ܕܝܗ̈ܘܕܝܐ :

clesiæ Edessenæ quæ a Sahuth, ejus in episcopatu successore, completa fuit et dicta est Hagiosophia (ἁγία σοφία); Sahuth successorem habuit Aithalaham qui ejusdem ecclesiæ latus orientale necnon cœmeterium peregrinorum ædificavit. Post hunc sedit Abraham qui confessorum *(Beth-maudiane)* templum exstruxit; deinde Barses qui baptisterium ædificavit. Eodem anno recuperarunt orthodoxi Edesseni ecclesiam magnam, quæ fuerat ipsis ab Arianis erepta. Dein Edessæ episcopus constitutus est Eulogius, a quo *ecclesia* Mar Danielis ædificata fuit, quam et Mar Domitii appellant; hujus tempore, arca Mar Thomæ apostoli ex India Edessam fuit transvecta ac in templo ejusdem Mar Thomæ reposita. Postea factus est Edessæ episcopus Mar Rabulas, qui Mar Stephani *ecclesiam*, quæ fuerat synagoga Judæorum, ædificavit[1].

ܒܬܪ ܛܘܪܐܢܝܘܣ ، ܒܝܛܠܝܘܣ .
ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܪܝܘܣ ܡܫܡܫܢܐ . ܗܘ ܕܡܢ

21. *Post Tyranium*, VITALIUS.
Eo tempore Arius diaconus, a sancto

[1]) Nomina et gesta septem istorum Edessæ episcoporum dubio procul hauserit Barhebræus ex *Chronico Edesseno*, quod quidem fuit, medio sæculo VI, a scriptore anonymo et catholicæ fidei addicto ex archivo Edessenæ ecclesiæ confectum, editum vero in Assemani *Bibl. Orient*, tom. I, pagg. 388 sqq. Si cum illo auctorem nostrum conferamus, videbimus vel ab ipso, vel ab eo qui codicem Londinensem descripsit, commutatum fuisse ܩܘܢܐ in ܢܘܢܐ, *Cononem* in *Nonnum*, præterea post Eulogium plures episcopos omissos. Totam seriem episcoporum ex illo Chronico, adjecto etiam anno obitus singulorum, huc retulisse juvat : ܩܘܢܐ *Cono* (313), ܫܥܕܐ *Saades* (324), ܐܝܬܠܗܐ *Aithalahas* (346), ܐܒܪܗܡ *Abraham* (361), ܒܪܣܐ *Barses* (378), ܐܘܠܓܝܣ *Eulogius* (387), ܩܘܪܐ *Cyrus* (396), ܣܝܠܘܢܐ *Sylvanus* (398), ܦܩܝܕܐ *Pakidas* (409), ܕܝܘܓܢܝܣ *Diogenes* (412), ܪܒܘܠܐ *Rabulas* (435), ܗܝܒܐ *Ibas* (457), ܢܘܢܐ *Nonnus* 451), ܩܘܪܐ *Cyrus* (498), ܦܛܪܘܣ *Petrus* (510), ܦܘܠܐ *Paulus* (pulsus anno 512), ܐܣܩܠܦܝܘܣ *Asclepius* (525), iterum ܦܘܠܐ *Paulus* (526), ܐܢܕܪܐܘܣ *Andreas* (532), ܐܕܝ *Adæus* (541).

ܡ̈ܢ ܦܛܪܘܣ ܐܬܚܪܡ ܗܘܐ. ܡܢ ܒܝܫ
ܠܒܝܫ ܢܦܠ ܒܡܦܩܬܗ. ܘܚܡܬܐ ܡܪܝܪܐ.
ܕܗܪܣܝܣ ܣܡܝܐ ܐܬܗܦܟ. ܠܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ
ܪܚܡ ܗܘܐ. ܘܡܛܠܬܗ ܟܠ ܟܐܦ
ܡܙܝܥ ܗܘܐ. ܡܬܐܡܪܐ ܕܡܢ ܐܬܚܪܡܗ ܗܘ
ܡܝܬܐ ܦܛܪܘܣ ܠܐܪܝܘܣ. ܘܐܬܩܪܒܘ
ܩܠܝܪ̈ܝܩܘ ܕܢܒܥܘܢ ܡܛܠܬܗ. ܐܬܚܙܝ
ܠܗ ܡܪܢ ܡܫܝܚܐ ܒܕܡܘܬ ܛܠܝܐ ܕܟܬܝܢܗ
ܒܙܥܝܪܐ ܕܡܨܪ̈ܝܐ. ܘܗܘ ܛܘܒܢܐ ܦܛܪ
ܡܪܘܟܐ ܘܐܡܪ. ܡܪܝ ܡܢܘ ܨܠܚܗ
ܠܟܘܬܝܢܟ. ܘܐܡܪ ܦܠܢ ܕܐܪܝܘܣ ܨܪܝܗ
ܢ̈ܚܬܝ. ܠܐ ܡܬܒܥܐ ܠܡܫܒܘܩ ܠܗ.
ܘܗܟܢܐ ܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܘܠܐ
ܫܪܝܗ.

ܒܬܪ ܒܝܛܠܝܢܘܣ. ܦܝܠܓܘܢܝܘܣ.

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܐܟܝܠܐܘܣ ܗܘ ܕܒܬܪ ܦܛܪܘܣ
ܒܥܕܬܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܩܒܠܗ ܠܐܪܝܘܣ.
ܘܥܒܕܗ ܐܦܘܕܝܩܢܐ. ܘܟܕ ܬܘܒ ܓܠܐ
ܪܘܫܥܗ ܗܘܐ ܐܚܪܡܗ. ܘܗܝܕܝܢ ܐܬܥܫܢ
ܘܐܛܥܝ ܣܓܝܐܐ. ܘܥܒܕ ܠܗ ܓܘܕܐ
ܕܗܪܛܝܩܐ. ܘܡܠܦ ܗܘܐ. ܕܐܢ ܐܒܐ ܝܠܕ
ܠܒܪܐ. ܐܝܬ ܗܘܐ ܡܟܝܠ ܐܡܬܝ ܕܠܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܗܘܐ ܒܪܐ. ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܡܫܬܟܚ ܕܠܘ
ܒܪ ܐܘܣܝܐ ܗܘ ܕܐܒܐ ܐܠܐ ܒܪܝܬܐ ܗܘ
ܕܒܪܝܗ ܒܪ̈ܝܬܗ ܒܪܝܫܝܬ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܡܫܠܡܢܘܬܐ. ܦܪܝܫܬ ܕܝܢ ܗܝ ܗܪܣܝܣ

Petro excommunicatus et per ejectionem suam de malo in malum prolapsus, evomuit venenum hæreseos perversæ quam animo fovebat. Quippe episcopatum ambibat, quem ut obtineret nullum lapidem non movit. Fertur sancto Petro, cum ad ipsum pro excommunicato Ario clerici intercessuri accessissent, apparuisse Dominum Christum sub specie adolescentis tunica lacerata vestiti; at Beatus *visu* permotus: „ Quisnam, exclamavit, Domine, tunicam tuam laceravit?" Cui Dominus respondit: „ Arius scidit vestimenta mea; noli ergo isti veniam dare." Atque ita sanctus ille, quin Arium absolvisset, migravit e mundo[1].

22. *Post Vitalium*, PHILOGONIUS. Eo tempore Aichillaus, Petri in ecclesia Alexandrina successor, Arium in gratiam recepit et diaconum ordinavit[2]. Quem postea tamen, cum denuo impietatem suam ille prodidisset, iterum excommunicavit. Tunc vero Arius, pertinax effectus, plurimos decepit sibique cœtum hæreticorum formavit. Hæc autem erat ejus doctrina: si Pater, aiebat, genuit Filium, consequitur *tempus* fuisse quo nondum erat Filius, atque inde comperitur Filium non esse Patri consubstantialem, sed creaturam, quam in principio creaturarum suarum creavit Deus, quemad-

[1]) Idem factum refertur apud Renaudot, *Hist. patriarcharum Alexandr.*, pag. 58.

[2]) Arius ab Achilla non ad diaconatum, quo jam antea insignitus fuerat, sed in presbyteratus gradum fuit admissus. Ceterum Barhebræo præivit Severus apud Renaudot: *Hist. patr. Alexandr.*, p. 65.

ܗܘܐ . ܠܗ ܡܠܬܗ ܕܫܠܝܡܘܢ . ܐܠܐ ܒܥܓܠܗ̇ ܐܚܕܬܗ ܠܐܝܓܘܦܛܘܣ ܘܠܠܘܒܝܐ ܘܠܬܒܐܝܣ .

ܒܬܪ ܦܝܠܘܓܘܢܝܘܣ . ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ .

ܟܕ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܗܿܘ ܕܐܝܬܘ̄ ܗܘܐ ܗܝܕܝܢ ܪܝܫ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܟ̇ܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ ܘܚܪܡ ܠܐܪܝܘܣ . ܘܫܕܪ ܐܓܪ̈ܬܐ ܠܟܠ ܐܬܪ̈ܘܢ ، ܘܐܦܪܣ ܠܚܪܡܘܬܗ ܕܝܠܗ . ܘܠܐ ܡܫܟܚܢܐ ܐܫܬܟܚ ܠܡܥܟܒܘ ܡܪܪܬܐ ܕܬܘܒܗ ܕܐܪܝܘܣ . ܘܟܕ ܚܙܐ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܕܪܒܐ ܒܝܫܬܐ ܘܐܟܪܙ ܩܪܐ ܠܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܕܡܢ ܟܠܗܘܢ ܟܢܫܐ ܗܢ ܕܒܝܬܘܢܝܐ ܠܢܝܩܝܐ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܬܠܬܡܐܐ ܘܬܡܢܬܥܣܪ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܡܢ ܐܘܪܘܦܐ ܘܦܘܢܝܩܐ ܘܡܨܪܝܢ ܘܦܠܣܛܝܢܐ ܘܩܝܠܝܩܝܐ ܘܣܘܪܝܐ ܘܐܪܒܝܐ . ܘܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ ܘܦܪܣ ܘܠܘܒܝܐ . ܪܝ̈ܫܢܐ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܐܘܣܝܘܣ ܕܪܗܘܡܐ . ܘܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܥܡ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܬܠܡܝܕܗ . ܘܝܥܩܘܒ ܕܢܨܝܒܝܢ ܥܡ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܬܠܡܝܕܗ . ܘܗܘ̇ ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܦܪܬܝܐ . ܗܘ ܕܐܝܟ ܫܠܝ̈ܚܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܚܝ̈ܠܐ ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ ܣܥܪ ܗܘܐ ܒܐܪܡܢܝܐ . ܘܒܐܝܕܘܗܝ

modum Salomon dixit. Jam autem celeriter pervasit hæresis ista non Alexandriam solum, sed universam Ægyptum, Lybiam et Thebaidem.

23. *Post Philogonium*, EUSTATHUS[1]. Alexander, qui tunc erat archiepiscopus Alexandriæ, coacta synodo, Arium excommunicavit ejusque depositionem cum omnibus regionibus, datis litteris, publice communicavit, quin tamen Ariani vomitus venenum penitus restinguere potuerit. Cum vero malum ingravescere videret imperator victor Constantinus, episcopis indicendum curavit ut undique Nicæam Bythiniæ advenirent; congregati sunt ergo trecenti et octodecim episcopi ex Europa, Phœnicia, Ægypto, Palæstina, Cilicia, Syria, Arabia, Mesopotamia, Perside et Lybia. Primores autem ibi fuerunt Osius Romæ, et Alexander Alexandriæ cum Athanasio discipulo ipsius, et Jacobus Nisibis cum Mar Ephræm ejus discipulo[2], necnon Eustathus Antiochiæ, ac Gregorius Partha qui instar sanctorum apostolorum virtutes et prodigia operatus est in Armenia, cujusque opera Armenie paganismo ad Christianismum conversi fuerunt[3].

[1]) Post Philogonium *Paulinus* quidam Antiochiae sedisse traditur a sancto Hieronymo, in *Chronici* lib. I, ad annum 22 Constantini, quem antea Tyri episcopum fuisse docet Eusebius, lib. I *contra Marcellum Ancyranum*, cap. 4. Paulinum tamen, qui non nisi brevissimo tempore Antiochenæ ecclesiæ præesse potuit, prorsus etiam omittit Theodoretus. Cfr. Valesii adnotatio ad Sozomeni lib. III, cap. 11.

[2]) Ita quoque in vita S. Ephræmi apud Assemanum, *Bibliot. Orient.*, I, 30.

[3]) S. Gregorius, Armenorum apostolus, quem vocant *Illuminatorem*, concilio Nicæno ipse minime interfuit, si fides sit Agathangelo et Moysi Khorenensi sæculi IV et V historiographis; interfuit vero Aristacius ejus filius, quem ante susceptum sacerdotium genuerat, quemque Rhesdaguem armeniace vocant; hunc etiam, non illum, nominant

ܐܬܩܢܝܗ ܐܘܟܠܝܐ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ
ܒܢܝܩܘܡܝܕܝܐ . ܘܛܝܒ ܗܝܟܠܐ ܪܒܐ
ܪܒܐ ܘܪܘܝܚܐ ܘܛܝܒ ܟܘܪ̈ܣܘܬܐ ܕܒܗܘܢ
ܢܬܒܘܢ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ . ܘܥܠ ܗܘ ܡܠܟܐ
ܠܚܪܬܐ ܥܡ ܙܥܘ̈ܪܐ . ܘܐܬܬܣܝܡ ܠܗ
ܟܘܪܣܝܐ ܒܡܨܥܬܐ ܘܠܐ ܝܬܒ ܥܕܡܐ
ܕܐܪܡܙܘ ܠܗ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ . ܘܟܕ ܡܠܠ
ܠܡܬܟܢܫܢܐ ܩܕܡܝܗܘܢ . ܥܠ ܫܝܢܐ ܐܦܝܣ
ܐܢܘܢ ܕܢܫܬܝܢܘܢ ܚܕ ܥܡ ܚܕ . ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ
ܥܡ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܠܐܠ̈ܦܐ ܕܟܗ̈ܢܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ
ܘܕܝܪ̈ܝܐ . ܘܠܟܠܗܘܢ ܗܘ ܡܠܟܐ ܡܬܦܪܢܣ
ܗܘܐ . ܘܡܣܦܩ ܠܗ ܣܘܢܩܢܗܘܢ . ܡܢ ܥܣܪܝܢ
ܒܐܝܪ ܥܕܡܐ ܠܬܫܥܣܪ ܒܚܙܝܪܢ .
ܘܟܕ ܡܠܠܢ̈ܐ ܥܡ ܚܕ̈ܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܬܟܬܫܝܢ
ܗܘܘ ܒܡܠܐ . ܘܣܓܝܐ̈ܐ ܡܠܬܘܬܝܢ . ܐܡܪ
ܡܠܬܐ ܠܘܩܒܠܗܘܢ . ܕܡܫܝܚܐ
ܘܫܠܝ̈ܚܘܗܝ ܠܐ ܐܘܡܢܘܬܐ ܕܡܡܠܠܘܬܐ
ܐܫܠܡܘ ܠܢ . ܐܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܦܫܝܛܬܐ ܕܒܥܒ̈ܕܐ ܛܒ̈ܐ
ܡܬܢܛܪܐ . ܗܝܕܝܢ ܫܬܩܘ ܟܠܗܘܢ .
ܘܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܙܗܪܬܐ
ܗܘܐ . ܠܕܚ̈ܠܝ ܐܠܗܐ ܥܬܝܪ̈ܐ ܡܪܝܡ ܗܘܐ .
ܘܠܡܬܚܫܒܝܢ ܡܢ ܟܬܒ̈ܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܫܒܚ .
ܗܘܐ . ܘܟܬܒ̈ܐ ܕܩܛܝܓܘܪܝܐ ܕܚܕ ܥܠ ܚܕ
ܗܘܐ . ܘܩܛܪ̈ܓܐ ܕܥܠ ܟܗ̈ܢܐ

Disposuit autem imperator ædem magnam et amplam, thronos quoque paravit quibus insederunt episcopi. Ipse vero imperator ingressus est ad finem cum minimis, ac throno, sibi in medio posito, non prius assedit quam annuissent episcopi. Quos porro allocutus in primis ad mutuam pacem hortatus est. Cum episcopis autem aderant millia sacerdotum, diaconorum et monachorum, quos omnes imperator alimentis ceterisque necessariis providit, a die vigesima mensis Maii usque ad decimam nonam Junii. Cum dialectici *quidam* ad invicem certamen verbis agebant, ac multi nimium sermones protrahebant, contra illos hanc sententiam protulit: „Christus et apostoli haudquaquam rhetorices artem tradiderunt nobis, sed fidem simplicem, operibus bonis conservandam.” Quo factum est ut tacerent omnes, et imperator fidelis, cunctis admonitis, eos qui essent in timore Dei divites extulit, ex scripturis sacris argumentantes laudavit, libellos vero accusatorios unius adversus alium igne combussit, dicens: „Criminationes episcoporum et sacerdotum

elenchi Patrum Nicænorum antiqui, qualis est ille qui reperitur in cod. syriaco musei britannici, no 14528 prænotatus, jam anno æræ christianæ 501 exaratus. Cff. *Collection des historiens anciens et modernes de l'Arménie par Victor Langlois*, tom. I, p. 190, Paris 1867, et tom II, p. 128, Paris 1869; *Analecta Nicæna etc.*, by Harris Cowper, p. 13, London, 1857. — Gregorium, Armenorum apostolum, inter patres concilii Nicæni fuisse asserit etiam Georgius, sæculi septimi scriptor, in Pauli Antonii Lagardii *Analectis Syriacis*, p. 123: ܟܕ ܐܬܟܢܫܬ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܕܢܝܩܝܐ ܗܘ ܕܝܠܗ ܐܦ ܗܘ ܐܙܠ ܠܣܘܢܗܘܕܘܣ ܥܡ ܩܕܝܫܐ ܠܐܘܢܛܝܘܣ ܗܘ ܕܡܢܗ ܐܬܬܣܝܡ ܐܦܣܩܘܦܐ. *Cum congregaretur synodus Nicæna perrexit etiam ipse* (Gregorius) *ad synodum una cum sancto Leontio* (Cæsareæ in Cappadocia episcopo) *a quo fuerat consecratus episcopus.*

[1]) Varias sententias de tempore quo duravit concilium Nicænum vide apud Hefele, *Conciliengeschichte*, I, 261 sq.

ܒܐܪ̈ܓܘܢܝ ܡܛܫܐ ܐܢܐ. ܘܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܣܡ ܟܠܗ ܣܡ ܒܠܘܕܐ ܐܪܝܘܣ ܘܐܡܝܢ ܕܟܬܒ̈ܬܐ
ܕܩ̈ܢܘܢܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܐܬܩ̈ܝܡܘ ܡܟܝܠ ܐܠܐ.
ܘܠܥܐܕܐ ܕܗܘ ܡܟܠܘܬܐ ܕܦܨܚܐ. ܘܐܪܝܘܣ
ܐܬܚܪܡ. ܐܦ ܥܐܕ̈ܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܐܬܬܚܡܘ.
ܘܡܢܗܘܢ ܕܒܪ ܩܘܫܛܐ ܕܒܚܕ ܒܫܒܐ
ܕܒܬܪ ܦܨܚܐ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܢܥܒܕܘܢ. ܡܛܠ ܕܡܕܢܚ̈ܝܐ ܥܡ ܝܗܘ̈ܕܝܐ
ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ. ܘܡܥܪ̈ܒܝܐ ܠܐ ܡܫܬܘܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ.
ܘܐܢܫܝܢ ܒܚܕܐ ܙܒܢܐ ܒܬܠܬܝܢ ܫ̈ܢܝܢ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ
ܦܨܚܐ ܘܝܠܕܐ ܘܕܢܚܐ. ܘܥܠ ܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ
ܐܢܫ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘ̈ܡܝܢ ܨܐܡ ܗܘܐ.
ܚܕ ܒܩܝܛܐ ܘܚܕ ܒܣܬܘܐ. ܘܐܦ ܠܐ ܐܪܒܥܐ
ܘܥܪܘܒܬܐ ܟܠܗܘܢ ܢܛܪܝܢ ܗܘܘ. ܐܝܟ ܕܐܢܫܝܢ
ܒܫܒܬܐ ܘܐܢܫܝܢ ܒܬܠܬܐ ܘܐܢܫܝܢ ܒܚܡܫܐ
ܨܐܡܝܢ ܗܘܘ. ܘܩܕܡ ܬܠܬܝܢ ܫ̈ܢܝܢ ܠܐ ܥܡܕܝܢ
ܗܘܘ ܡܗܝܡ̈ܢܐ. ܘܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܒܗܝ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܐܬܬܪ̈ܨܝ.

ܘܨܒܘ ܬܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦ̈ܐ ܕܒܩܢܘܢܐ ܢܬܬܚܡ
ܕܠܐ ܢܣܒ ܩܠܝܪܝܩܐ ܐܢܬܬܐ. ܐܠܐ ܦܦܢܘܛܝܘܣ ܬܐܒܝܐ
ܓܒܪܐ ܡܝܩܪܐ ܘܣܒܐ ܕܒܙܒܢ ܪܕܘܦܝܐ ܕܚܢ̈ܦܐ
ܥܝ̈ܢܘܗܝ ܐܬܚܦܪܝ. ܩܡ ܒܡܨܥܬܐ
ܘܐܡܪ. ܠܐ ܬܬܚܡܘܢ ܩܢܘܢܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚ
ܟܠ ܐܢܫ ܠܡܫܩܠܗ. ܣܦܩ ܠܩܠܝܪܝܩܐ ܕܠܐ
ܢܬܢܣܒ ܙܘܘܓܐ ܬܢܝܢܐ ܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ
ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܩܕ̈ܝܫܐ. ܘܠܐ ܒܝܬܝܪ ܙܗܝܪܘܬܐ
ܢܬܐܠܨ ܠܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܗܕܐ ܐܡܪ

in purpura mea recondo. » Porro definitio fidei condita fuit, Arius accusatus, canones sancti stabiliti; *statutum* ut magna festivitas die dominica post vetus Judæorum pascha ageretur; adhuc enim orientales illam eadem die qua Judæi, occidentalibus repugnantibus, celebrabant; imo nonnulli non nisi semel singulis triginta annis celebrabant pascha, nativitatem et epiphaniam. Quod vero ad sacrum quadragesimale jejunium attinet, unusquisque pro libitu antea per quadraginta tantummodo dies jejunabat, unus in æstate, alter hyemis tempore; neque etiam feriæ quartæ et parasceves jejunium observabant omnes, dum e contra alii sabbato, alii feria tertia, alii vero quinta jejunabant. Præterea ante trigesimum ætatis annum non baptizabantur fideles. Hæc ergo omnia in illa synodo emendata fuerunt.

Voluerant quoque episcopi canone sanciri ne clericus ullus uxorem duceret; ast Paphnutius Thebaïdes, vir venerabilis et senex, cui paganorum persecutionis tempore oculi eruti fuerant, in medium assurgens : « Nolite, aiebat, canonem hujusmodi edere qui non possit portari ab omnibus; sufficit clerico si a secundis nuptiis juxta sanctorum apostolorum traditionem abstineat; ne nimia cautione Ecclesiæ Dei nocumentum afferatis. » Hæc sanctus ille vir, quamquam ipse conjugii penitus expers; cujus sententiæ

ܗܘ ܡܘܡܐ ܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܪܬܘܢ ܠܐ ܡܩܒܠܝܢ
ܗܘܐ. ܘܫܠܡܠܗ ܡܠܟܐ ܘܟܠܗ ܣܘܢܗܘܕܘܣ
ܡܫܠܡܘ. ܘܒܗ ܒܣܘܢܗܘܕܘܣ ܐܫܬܟܚ
ܐܘܢܣܝܘܣ ܐܦܣܩܦܐ ܕܢܘܩܛܝܢܘ. ܘܫܐܠܗ
ܡܠܟܐ. ܐܢ ܫܠܡ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܗܢܘܢ. ܘܠܥܐܕܐ
ܕܦܨܚܐ. ܘܐܦܢܝ ܕܐܝܢ. ܘܡܠܟܐ ܐܡܪ
ܕܠܡܢܐ ܡܦܪܫܝܢ ܫܪܝܬܘܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢ
ܥܕܬܐ. ܘܗܘ ܠܗ ܕܠܐ ܙܕܩ ܕܢܩܒܠ
ܠܐܢܫܝܢ ܕܚܛܝܢ ܚܛܗܐ ܕܡܘܬܐ ܒܬܪ
ܡܥܡܘܕܝܘܬܐ. ܘܡܠܟܐ ܐܡܪ ܕܐܩܝܡ
ܣܒܘܪ ܠܟ ܣܒܠܬܐ ܘܒܠܚܘܕܝܟ ܣܩ
ܠܫܡܝܐ. ܘܗܕܐ ܟܢܘܫܬܐ ܡܫܠܡܢܝܬܐ ܫܠܡܬ
ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܗܕܐ ܩܕܝܫܬܐ ܒܫܢܬ ܥܣܪܝܢ
ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܙܟܝܐ. ܕܗܝ ܫܢܬ ܫܬܡܐ
ܕܝܘܢܝܐ. ܘܐܡܪ ܕܡܢ ܐܕܡ....

ܘܒܬܪ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܚܡܫܐ ܝܪܚܝܢ ܒܠܚܘܕ
ܚܝܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܘܗܝܕܝܢ
ܒܟܠܗ ܥܕܬܐ ܐܬܓܒܝ ܐܬܐܢܣܝܘܣ
ܪܒܐ ܘܐܬܟܪܙ ܒܕܘܟܬܗ ܕܪܒܗ. ܘܟܕ
ܐܬܬܚܝܛ ܩܛܪ ܗܘܐ ܠܗ ܒܚܝܠܐ ܕܐܪܝܘܣ.
ܒܝܫܬܐ. ܐܘܣܒܝܘܣ ܕܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܘܬܐܘܓܢܣ ܘܫܪܟܐ ܕܐܪܝܘܣ ܒܛܢܢܐ ܕܚܣܡܐ
ܝܩܝܕܝܢ ܗܘܘ. ܘܟܕ ܒܥܘ ܠܡܣܚܦܗ ܡܢ ܐܡܪܝܢ
ܕܡܘܗܒܬܐ ܕܟܘܬܝܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܠܟܢܫܐ

assenserunt imperator et universum concilium[1].

Concilo interfuit etiam Eunesius[2] Novatianorum episcopus, qui rogante imperatore utrum decreto de fide et de festo paschatis consentiret, se consentire respondit: « ut quid igitur, dixit imperator, divisi estis vos ab Ecclesia? » cui ille: « quia æquum non est ut eos recipiamus qui mortalia peccata post baptismum admiserunt. » Respondit imperator: « itaque pone tibi scalam et solus ad cœlum ascende. » Jam autem feliciter finem habuit sancta illa synodus anno Constantini Victoris vigesimo, anno Græcorum 642°, ab Adamo anno circiter[3]....

. Absoluta synodo, non nisi quinque mensibus superstes remansit S. Alexander Alexandrinus, tuncque communi consensu electus fuit Athanasius Magnus atque in locum sui magistri ordinatus; cum autem sollertia summa pessimam Arianorum sententiam convelleret, idcirco Eusebius Nicomediensis, Theognis ceterique Ariani invidiæ igne flagrabant; utque eum oppugnarent dicebant donum lineæ vestis imperatori destinatum ejus jussu ecclesiæ

[1]) Cff. Socrates, *Hist. eccl., lib. I, cap.* 11; Sozomenus, *lib. I, cap.* 23.

[2]) Vocatur is Ἀκέσιος, *Acesius*, a scriptoribus græcis. Cff. Sozomenus, *lib. I, cap.* 22, et Socrates, *lib. I, cap.* 10, qui hæc de Acesio referunt.

[3]) Recedit hic Barhebræus a communi Syrorum et Orientalium traditione, juxta quos celebratum fuit concilium Nicænum anno 636, h. e. 325. Cfr. inter alia *Chronicon Edessenum* apud Assemani *Bibliot. Orient.*, I, 394.

ܠܥܕܬܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܓܪ ܕܫܘܚܕܐ. ܘܐܡܪܘ
ܗܘܘ ܕܠܦܝܠܝܡܘܢ ܐܢܫ ܡܪܘܕܐ
ܓܠܘܣܩܡܐ ܕܕܗܒܐ ܫܕܪ. ܘܟܕ ܨܒܘ ܗܘܘ
ܕܢܟܢܫܘܢ ܣܘܢܗܕܘܣ ܒܩܣܪܝܐ ܕܦܠܣܛܝܢܐ
ܘܐܬܢܣܝܘܣ ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܐܙܠ ܠܘܬܗܘܢ.
ܢܦܩܘ ܠܨܘܪ ܘܦܣܩܘ ܐܝܕܐ ܕܡܝܬܐ ܕܝܡ
ܝܢܐ. ܘܐܡܪܘ ܕܐܬܢܣܝܘܣ ܠܐܪܣܢܝܘܣ
ܐܦܝܣܩܦܐ ܕܡܠܝܛܝܢܘ ܩܛܠ. ܘܒܗܕܐ
ܐܝܕܗ ܕܦܣܝܩܐ ܣܥܪ ܐܝܕܐ ܡܣܝܡܢܘܬܐ. ܘܐܦ
ܕܚܪܫܘܬܐ ܡܫܬܡܫ ܗܘܐ. ܡܠܟܐ ܕܝܢ
ܫܕܪ ܥܠ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܢܐܬܐ ܠܛܘܪܘܣ
ܕܬܡܢ ܬܬܝܕܥ ܫܪܪܐ. ܘܟܕ ܐܬܐ ܐܬܡܢ ܐܦ
ܠܡܩܪܝܣ ܩܫܝܫܐ ܕܝܠܗ ܕܐܬܢܣܝܘܣ
ܒܦܪܙܠܐ. ܦܬܠܐ ܕܝܢ ܐܦ ܗܘ ܐܪܣܢܝܘܣ
ܒܦܘܠܚܢܐ ܐܠܗܝܐ. ܘܟܕ ܐܚܕܘܗܝ
ܩܪܒܘܗܝ ܕܐܬܢܣܝܘܣ ܘܐܚܘܝܘܗܝ ܩܕܡ
ܣܘܢܗܕܘܣ ܟܕ ܫܠܡܢ ܬܪܬܝܗܝܢ ܐܝܕܘܗܝ
ܕܠܡܣܛܢܐ. ܘܐܬܦܪܣܝܬ ܕܓܠܘܬܐ
ܕܡܩܛܪܓܢܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܗܟܢܐ ܚܝܒܘ ܠܡܩܪܝܣ
ܠܚܝܒܐ ܕܠܡܩܪܝܣ. ܐܬܢܣܝܘܣ ܥܪܩ
ܠܗܘܢ ܘܐܬܓܠܝ ܠܘܬ ܡܠܟܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ
ܚܝܒܘ ܒܦܪܣܘܣ ܕܡܠܬܗ. ܘܗܘܘ ܚܝܒܘ
ܐܪܝܢܘ ܣܘܢܗܕܘܣ ܘܐܝܬܝܘ ܐܢܬܬܐ ܕܙܢܝܘܬܐ

Alexandrinæ cessisse[1]; dicebant quoque eum Philemoni cuidam rebelli arcam auro plenam misisse[2]. Porro molientibus illis synodum Cæsareæ Palæstinæ celebrare, Athanasius ad eos ire renuit; illinc Tyrum commigrarunt, et, abscissa cadaveris dextera manu, contenderunt Arsenium Meletianorum episcopum ab Athanasio fuisse occisum, eumque hac illius abscissa manu ordinationem peregisse, et ad magicas artes fuisse abusum. Tum imperator Athanasium Tyrum evocavit, ut ibi veritas indagaretur; cum ergo *illuc* ipse advenisset, pariter Macarium ejus presbyterum ferro vinctum adduxerunt; verum divino interventu factum est ut etiam Arsenius adveniret, quem apprehensum, coram synodo adduxerunt Athanasii fautores, ambas illius manus conservatas ostendentes; sic ergo accusatorum mendacium propalatum est; ast hoc non obstante, calumniatores contra Macarium sententiam protulerunt; cum vero Athanasius se abscondisset seque ad imperatorem recepisset, adversus hunc quoque depositionis pœnam pronunciarunt. Aliam synodum[3] coëgerunt Ariani et adduxerunt mulierculam quæ fornicariam prolem ediderat

[1]) Socrates, *lib. I, cap.* 27.

[2]) Socrates, *loc. cit.* : « Eusebiani aliam denuo « contexunt calumniam, eamque priore illa longe « graviorem : quasi Athanasius adversus princi- « pem conspirans, loculum auro plenum Philumeno « cuidam misisset. » Cfr. Sozomenus, *lib. II, cap.* 22.

[3]) De concilio Tyreno præcedente, vide Socratem, *lib. I, capp.* 27-32. Hic vero agitur de conciliabulo Antiocheno; cff. Theodoretus, *Eccl. hist*, lib. I, cap. 20, sq.; Hieronymus *Apol. adv. Rufinum*, lib. III, nº 42; Socrates, *lib. I*, cap. 24; Sozomenus, *lib. II, cap.* 19. Erudite de S. Eustathio disputavit Tillemontius, *Mémoires etc.* Paris, 1706, tom. VII, pp. 21, sqq.

ܒܪܐ ܡܢ ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ ܩܝܢܝܐ. ܘܠܗܘܢ
ܕܬܐܡܪ ܕܡܢ ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܩܒܠܬ. ܘܫܪܐܘܗܝ. ܘܒܬܪܗ ܕܢܥܠܘܢ
ܠܐܘܣܒܝܘܣ ܕܩܣܪܝܐ ܡܚܠܦܘܗܝ.
ܘܐܬܟܠܝ ܡܢ ܚܒܠ ܦܠܓܘܬܐ ܕܥܡܐ ܘܩܒܠ
ܟܘܪܣܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܬܡܢܐ ܫܢܝܢ:

ex Eustathio quodam fabro ærario; illi vero persuaserant ut se ex Eustathio Antiocheno filium concepisse fateretur. Tunc, isto deposito, in ejus locum intrudere conati sunt Eusebium Cæsariensem, qui ob populi dissidium acquiescere recusavit[1]. Vacavit inde sedes Antiochena octo annis.

ܒܬܪ ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ. ܐܘܠܠܝܘܣ.
ܫܢܬܐ ܚܕܐ. ܠܗܢܐ ܐܪܝܘܣ ܐܩܝܡܘܗܝ.
ܐܘܣܒܝܘܣ ܕܝܢ ܘܡܪܝܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ ܟܕ
ܡܬܬܘܝܢ ܬܝܒܘܬܐ ܫܘܝܘ. ܐܫܬܘܬܦܘ. ܘܐܦܝܣܘ
ܠܡܠܟܐ ܕܢܩܒܠܝܘܗܝ ܐܦ ܠܐܪܝܘܣ. ܘܟܕ
ܐܬܩܪܒ ܩܕܡ ܡܠܟܐ. ܬܪܝܢ ܦܬܩ̈ܐ
ܐܝܬܝ ܥܡܗ. ܚܕ ܕܡܟܬܒܐ ܒܗ ܗܪܣܝܣ
ܕܝܠܗ ܘܛܡܝܪܐ ܬܚܝܬ ܫܚܬܗ. ܘܐܚܪܢܐ
ܕܟܬܝܒܐ ܒܗ ܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܘܟܕ
ܠܗ ܒܐܝܕܗ. ܘܟܕ ܣܐܡ ܗܘܐ ܐܝܕܗ ܥܠ
ܦܬܩܐ ܡܛܫܝܐ ܝܡܐ ܗܘܐ ܕܒܪ ܡܢ ܗܕܐ
ܗܝܡܢܘܬܐ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܐܚܪܬܐ. ܘܒܐܝܕ
ܗܠܝܢ ܐܬܛܥܝ ܡܠܟܐ. ܘܟܬܒ ܠܘܬ
ܠܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܠܐ ܗܘܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܗܘ
ܗܘ ܡܢ ܩܕܡ ܡܝܬ ܗܘܐ. ܐܠܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ
ܕܢܩܒܠܝܘܗܝ ܠܐܪܝܘܣ. ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ
ܚܙܐ ܠܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ ܢܦܠ ܩܕܡ
ܦܬܘܪܐ ܩܕܝܫܐ ܘܨܠܝ ܘܐܡܪ. ܡܪܝܐ ܐܢܬ
ܐܠܗܐ ܕܠܒܘ̈ܬܐ ܕܟܠ. ܐܢ ܥܕܟܝܠ ܛܡܐܐ ܕܐܪܝܘܣ

24. *Post Eustathium*, EULALIUS, *anno uno*. Hunc Ariani constituerunt. Eusebius[2] autem et Maris Chalcedonensis, pœnitentiam simulantes, communione donati fuerunt, suaseruntque imperatori ut Arium quoque reciperet. Hic autem, ubi coram imperatore comparuit, duos secum attulit libellos, unum hæresin ejus continentem et sub ejus axilla absconditum, alterum cui orthodoxa fides inscripta legebatur; tum, manu libello abscondito imposita, juravit ad hunc modum: „Præter hanc fidem aliam ego non novi.” Hujusmodi fraude deceptus, imperator Alexandro, non Alexandrino illi qui diem jam pridem obierat, sed Constantinopolitano, scripto mandavit ut Arium in communionem reciperet. Ille autem, viso imperatoris jussu, sese ante sacram mensam projecit, hanc proferens orationem: „Domine, tu nostri corda omnium; si impura Arii impietas adhuc in eo lateat et si ecclesiam pervertere meditetur,

[1]) Vide Lequien, *Oriens Christ.*, II, p. 710.

[2]) Eusebius Nicomediensis designatur, qui imperatori Constantino Magno suasit ut Arium in communionem recipiendum juberet. Cfr. Hefele, *Conciliengeschichte*, I, 436 sqq.

ܒܗܘܢܐ ܘܡܠܟܝ ܕܢܣܒ ܠܢܦܫܝ. ܢܦܩ ܠܩܘܒܠ ܡܠܟܐ. ܐܪܝܘܣ ܕܝܢ ܟܕ ܢܦܩ ܕܢܐܙܠ ܠܘܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܘܥܡܗ ܟܢܫܐ ܪܒܐ ܘܪܘܫܐ ܘܩܠܐ. ܟܕ ܡܛܐ ܕܝܢ ܠܦܠܛܝܢ ܕܡܠܟܐ ܡܬܬܙܝܥ ܐܦ ܘܕܚܠܬܐ ܢܦܠܬ ܥܠܘܗܝ ܘܐܬܗܦܟܘ ܡܥ̈ܘܗܝ. ܘܒܥܐ ܒܝܬ ܡܦܩܢܐ. ܘܟܕ ܝܬܒ ܬܡܢ ܐܬܬܠܝ ܟܠܗ ܡܥ̈ܘܗܝ ܘܢܦܩܬ ܢܦܫܗ ܘܗܘܬ ܒܗܬܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܚܒܪ̈ܘܗܝ. ܘܩܕܝܫܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܐܘܕܝ ܠܐܠܗܐ ܕܦܪܣܗ ܠܪܫܝܥܐ.

ܒܬܪ ܐܘܠܠܝܘܣ ܐܘܦܪܘܢܝܘܣ.

ܐܪܝܢܐ ܫܢ̈ܝܢ ܬܪܬܝܢ. ܣܘܢܗ̈ܕܘܣ ܕܝܢ ܕܒܙܒܢ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܙܟܝܐ ܗܠܝܢ ܐܢܘܢ. ܩܕܡܝܬ ܒܐܢܩܘܪܐ ܕܓܠܛܝܐ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܐܪܒܥܣܪ. ܣܡܘ ܩܢܘ̈ܢܐ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ. ܒܬܪܗ ܒܢܝܩܝܐ ܗܝ ܪܒܬܐ. ܒܬܪ ܒܢܐܘܩܣܪܝܐ ܥܣܪܝܢ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܣܡܘ ܩܢܘ̈ܢܐ ܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫܐ. ܘܒܬܪ ܒܠܐܕܝܩܝܐ ܕܦܪܘܓܝܐ ܫܬܬܥܣܪ ܩܢܘ̈ܢܐ ܐܬܣܝܡܘ. ܘܒܬܪ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ ܬܫܥܝܢ ܣܡܘ ܩܢܘ̈ܢܐ ܐܪܒܥܣܪ.

vitam, quæso, auferas a me.» Arius igitur ad eumdem sanctum Alexandrum Constantinopolitanum cum ingenti apparatu, strepitu et clamore procedens, jam ad palatium imperatoris pervenerat; ast ibi subito tremore et timore correptus, viscerum quoque contorsionem persentiens, latrinam quæsivit, et cum ei insedisset, scissis omnibus visceribus ejus, efflavit animam. Hinc cuncti fautores illius affecti sunt pudore; sanctus vero Alexander gratias egit Deo, quod palam impium ignominia affecisset[1].

25. *Post Eulalium*, EUPHRONIUS, *Arianus, duobis annis*. Synodi tempore Constantini Victoris habitæ sequentes sunt; primo Ancyræ in Galatia, episcopi quatuordecim condiderunt canones viginti quatuor; deinde concilium magnum Nicænum; postea Neocæsareæ viginti episcopi viginti quinque canones tulerunt; porro Laodiceæ in Phrygia canones sedecim lati fuerunt; demum episcopi nonaginta Antiochiæ congregati, canones tulerunt quatuordecim[2].

[1]) Contigit Arii mors anno 336. Cff. S. Athanius, *de morte Arii*; Socrates, *lib. I, cap.* 38; Sozom., *lib. II, capp.* 29 *seq.*; Theodor., *Hist. eccl., lib. I, cap.* 13.

[2]) Firmior sane nobis ea sententia videtur, quæ ex quinque synodis hoc loco a Barhebræo recensitis non nisi tres, Ancyranam, Neocæsariensem et Nicænam, tempore Constantini Magni, qui anno 337 diem obiit, habitas fuisse statuit; reliquas vero duas postea, Antiochenam anno 341, Laodicenam inter annos 343 et 383, celebratas. Haud tamen tacendum hic est, fuisse inter eruditos qui ea disseruerunt quae Barhebræi asserto plane conveniant; sic Baronius, *Annal. eccl.*, tom. IV, in append. p. 734 sq., ed. Antverp., 1601, contendit concilium Laodicenum antecessisse Nicæno; ac Ballerini, in appendice ad *Opera S. Leonis*, tom. III, p. XXV (apud Migne, *Patrol. lat.*, tom. 56, col. 39) canones Antiochenos 25, synodo *in Encaeniis* habitæ abjudicantes, tribuunt alii concilio Antiochiæ celebrato anno 332.

ܒܬܪ ܕܝܢ ܕܫܠܡ ܗܘ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܢܨܘܚܐ. ܒܪܗ ܡܪܟܢܐ ܗܘ ܕܐܚܝܕ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܕܢܚܐ ܐܬܢܟܦ ܠܘܬ ܐܪܝܐܢܘ. ܘܗܟܢܐ ܘܡܠܟܬܐ ܘܟܠܗܘܢ ܡܗܝܡܢܐ. ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܕܝܢ ܒܪܗ ܪܒܐ ܕܐܡܠܟ ܒܡܥܪܒܐ ܫܪܝܪ ܩܡ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܗܘ ܐܦܢܝܗ ܠܐܬܢܐܣܝܘܣ ܘܐܝܬܝܗ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܟܕ ܐܡܪ. ܕܐܦ ܡܪܢ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܗܘܐ ܕܢܦܢܝܘܗܝ ܠܗ ܠܐ ܐܪܦܝܗ ܡܘܬܐ. ܘܐܬܩܒܠ ܗܘ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܒܚܕܘܬܐ. ܐܠܐ ܐܪܝܐܢܐ ܡܫܟܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܕܟܕ ܡܢ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܐܦܝܣܩܦܐ ܠܐ ܫܪܐ ܘܢܣܒ ܠܗ. ܗܘܐ ܠܥܕܬܗ ܠܟܘܪܣܝܗ.

Defuncto autem Constantino Victore, filius ejus natu secundus[1] qui imperium Orientis tenebat addictus erat Arianis, similiter imperatrix omnesque fideles; at Constantinus filius ejus natu major, qui in Occidente regnabat, firmiter permansit in fide, ac Athanasium exilio evocatum Alexandriam remisit, dicens : „ hunc quoque *sedi suæ* restituisset dominus noster Constantinus, nisi eum fatum præoccupasset. „ Igitur Athanasius ab Alexandrinis cum lætitia exceptus fuit, Ariani vero eum accusarunt quod, nullo prævio episcopalis synodi judicio absolutus, ecclesiam *suam* repetiisset.

ܒܬܪ ܐܘܦܪܘܢܝܘܣ ܦܠܩܝܠܠܘܣ. ܐܪܝܐܢܐ ܫܢܝܐ ܐܪܒܥ. ܐܝܠܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܡܠܦܢܐ ܡܫܬܡܗܐ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ. ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܘܐܘܣܒܝܘܣ ܚܡܨܝܐ. ܘܐܦܪܝܡ ܢܨܝܒܝܢܐ ܒܐܘܪܗܝ. ܗܢܐ ܠܟܡܪ ܗܘܐ ܡܠܠܦܐ ܠܟܬܒܐ. ܡܢ ܠܐ ܗܘ ܕܝܠܦ ܡܢ ܡܪܕܘܬܐ ܕܝܘܢܝܐ. ܘܟܕ ܗܪܡܘܢܝܘܣ ܒܪܗ ܕܒܪܕܝܨܢ ܥܒܕ ܡܕܪ̈ܫܐ ܘܡܙܓ ܒܗܘܢ ܪ̈ܥܝܢܘܗܝ. ܘܡܢܥܡܘܬܗ ܡܠܐ ܕܢܥܡܬܐ ܢܓܕ ܗܘܐ ܠܬܚܬܝܬܐ

26. *Post Euphronium*, PHILACILLUS[2], *Arianus, annis quatuor*. Illa ætate floruerunt doctores insignes qui sequuntur : Athanasius Alexandriæ, Eusebius Hemesinus[3], similiter et Ephræm Nisibenus Edessæ, disciplinis divinis apprime instructus, quin aliquid ex institutione Græcorum delibasset; cum vero Harmonius, Bardesanis[4] filius, composuisset hymnos perversis suis placitis commixtos, multosque suavi cantionum melodia traxisset in perniciem, ipse quoque

[1]) Constantius.

[2]) Hic Socrati, *lib. II, cap.* 8, Πλάκιτος, pariter Sozomeno, *lib. III, cap.* 5, Πλάκητος *Placitus* seu *Placetus*, audit. Rectius tamen Φλακίλλον *Flaccillum*, eum dici ostendit Valesius in notis ad *loc. cit.*

[3]) Cff. Sozomenus, *lib. III, cap.* 6; Socrates, *lib. II, cap.* 9; Tillemont, *tom. VI, p.* 313, *sq.* — *Emesa* erat Phœniciæ urbs episcopalis. Cfr. Assemanus, *de Syris Monophysitis*, p. 81, et Ritter, *Erdkunde*, theil. XVII, abt. II, p. 1005.

[4]) Vide supra pagg. 45-46 sq.

ܠܐܘܢܝܐ . ܢܩܫ ܡܠܦܢܐ ܡܫܡܠܝܘܬܐ
ܕܩܝ̈ܢܬܐ ܘܣܕܪ ܥܡܗܘܢ ܕܣܒܪ̈ܬܐ ܠܗܘܢ
ܘܥܒܕ ܡܕܪ̈ܫܐ . ܘܐܦ ܗܘܘ ܛܘܒܢܐ ܝܘܠܝܢܐ
ܣܒܐ ܘܐܒܪܗܡ ܩܝܕܘܢܝܐ . ܐܬܝܕܥ ܕܝܢ
ܘܐܦ ܚܟܝܡܐ ܒܘܙܝܛܝܣ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܬܪܝܨ ܫܘܒܚܐ ܘܥܒܕ ܟܬܒܐ
ܕܬܚ̈ܘܝܬܐ . ܣܘܩܪܛܝܣ ܣܟܘܠܣܛܝܩܘܣ
ܐܡܪ ܕܐܦ ܪܒܐ ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܗܘ
ܕܓܠܝܐܝܬ ܦܠܫ ܗܘܐ ܥܡ ܫܐ̈ܕܐ ܥܕܡܐ
ܠܙܒܢܐ ܗܘ ܕܟܬܒ . ܕܥܠܘܗܝ ܟܬܒ ܪܒܐ
ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܡܫܬܒܚܐܝܬ . ܘܠܗ
ܐܠܗܐ ܓܠܐ ܠܗ ܗܕܐ ܡܚܘܬܐ ܕܥܠܬ
ܠܥܕܬܐ ܡܢ ܐܪ̈ܝܘܣ . ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܚܙܝܬ ܦܪ̈ܕܬ
ܟܕܢ̈ܘܬܐ ܕܚܕܪܝܢ ܠܦܬܘܪܐ ܩܕܝܫܐ
ܘܡܕܝܫܝܢ ܠܗ ܒܪ̈ܓܠܝܗܘܢ . ܘܩܡܘ
ܐܝܟܢ ܐܘܓܝܢ ܘܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ ܕܗܢܘܢ
ܠܟܠܗ ܡܕܢܚܐ ܒܥܘܡܪ̈ܐ ܘܕܝܪ̈ܬܐ ܡܢ ܡܨܪܝܢ

doctor canticorum pietate conspersorum harmoniam adhibuit et *Madrasche (odas)* concinnavit. Vixerunt tum quoque beatus Julianus Sabas[1] et Abraham Khindunensis[2]. Inclaruit pariter sapiens Buzitis, qui est sapiens Persa, orthodoxus ille auctor libri dissertationum[3]. Asserit Socrates Scholasticus[4] etiam magnum Antonium, qui palam cum dæmoniis luctavit, usque ad illud tempus pertigisse, de quo nempe magnus Athanasius egregie scripsit; illi Deus pestem istam quæ Ecclesiæ ab Arianis illata fuit revelaverat. Etenim dixit : „Vidi mulos mensam sacram circumdantes, eamque calcantes pedibus suis.“ Exstiterunt eodem tempore Mar Eugenius ac discipuli ejus qui totum Orientem inde ab Ægypto usque ad confinia Persidis inferioris illustrarunt cœnobiis atque monasteriis[5]; item

1) *Julianus Sabas* sive senior intelligendus est monachus ille apud Syros celeberrimus, qui teste Chronico Edesseno, obiit anno 678 Græcorum (Assemani *Bibl. Orient.*, tom. I, p. 397), cujus laudes celebravit S. Ephraem (ibid., p. 154), et meminit Sozom., *lib. III*, *cap.* 14, Theodoretus, *relig. hist.*, § II, item Nicephorus *lib. IX*, *cap.* 15.

2) Chronicon Edessenum Abrahamum illum, quem ܩܝܕܘܢܝܐ *Khidunensem* vocat, claruisse asserit anno Græc. 667 (356) eumdemque illum esse probabile est cujus gesta describit S. Ephraem, *Opp. græce et latine*, tom. II, pp. 1-20.

3) Buzitis ille nuspiam, quod sciam, eo nomine memoratur; verum dubium minime videtur quod conjecit vir doctissimus, Dr W. Wright (*Homilies of Aphraates* p. 3), non alium hunc esse quam Aphraatem persam, cujus meminit quoque Barhebraeus, parte III, ut suo loco videbimus; illius scripta, *demonstrationes* nempe sive *dissertationes* viginti duas ordine alphabetico digestas, et aliam unam : *de acino*, (quæ jam magnam partem sub ementito Jacobi Nisibeni nomine, armeniace et latine edita fuerant ab Antonello, Romæ 1756), nuper syriace evulgavit Guil. Wright in opere : *The homilies of Aphraates, the Persian Sage* etc. Vol. I, *syriac text*. London 1869.

4) *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 21. Obiit S. Antonius anno 356, die 17 Januarii.

5) Teste Ebedjesu *in catologo librorum syrorum (Bibliot. Orient.*, III, part. I, p. 147) Eugenii historiam versibus composuit Theodorus, sæc. VI civitatis Meru seu Meruæ in Chorasana metropolita nestorianus. „Quo autem anno Eugenius floruerit, scribit Assemanus, neque in laudato carmine, neque apud alium auctorem syrum legi.“ At plura de eodem, ex scriptoribus Nestorianis adnotat, *tom. III*, part. 2, pp. DCCCLXII, sqq., ubi agit de origine et propagatione instituti monastici in Oriente, ostendens S. Eugenium, quem Amram, sæculi XIV scriptor S. Jacobi Nisi-

ܒܝܘܡܝ̈ ܕܐܢܣܛܣܝܘܣ ܦܪܚ ܢܨܚܢܐ ܩܕܝܫܐ
ܐܝܟܢܐ ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܗܘܐ . ܘܡܪܝ ܐܗܪܘܢ
ܣܪܘܓܝܐ ܗܘ ܕܒܢܐ ܬܪܝܢ ܥܘܡܪ̈ܐ
ܓܒܐ ܕܐܬܪܐ ܕܡܠܝܛܝܢܝ .

Mar Aaron Sarugensis, qui duo celeberrima monasteria ædificavit in regione Melitinensi.

beni magistrum fuisse asserit, persona minime differre ab illo monachorum institutore, qui a Sozomeno, *Hist. eccles.*, lib. VI, cap. 33, *Aones*, a voce syriaca ܐܒܘܢ (*Abun* seu *Avun*) *pater noster* appellatur.

Percelebre permansit apud Orientales omnes S. Eugenii ejusque sociorum nomen: eorum enim fit commemoratio in libris liturgicis Chaldæorum qui appellantur ܟܫܟܘܠ *Kaschkol*, ܕܩܕܡ ܘܕܒܬܪ *Dakdam vadbatar*, singulis Mercurii diebus. Unde hæc desumpsimus : ܡܢ ܟܘܫ ܘܡܨܪܝܢ
ܘܬܐܒܝܣ : ܐܝܟ ܒܘܟܪ̈ܐ ܢܦܩܘ ܩܕ̈ܝܫܐ ܡܪܝ ܐܘܓܝܢ
ܘܡܪܝ ܫܠܝܛܐ ܐܪ̈ܕܝܟܠܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ✠ ܥܡ ܓܘܕ̈ܐ
ܕܣܒ̈ܐ ܝܩܝܪ̈ܐ : ܫܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ ܛܘܒ̈ܢܐ : ܒܟܐܢܘܬܐ
ܢܟܦ̈ܐ ܘܒܬܘܠܘܬܐ : ܢܨܝ̈ܚܐ ܕܫܘܒܚܐ ܘܣܓܝ ✠.... ܒܪܝܟ
ܕܒܚܘܒܗ ܪܘܝܘ ܟܐܢ̈ܐ ܘܐܟܪܙܘ ܫܪܪܗ ܒܬܒܝܠ ✠
....ܒܓܘ ܛܘܪܐ ܩܫܝܐ ܕܡܪܕܐ ܕܗܘܝܘ ܐܝܙܠܐ ܕܩܫܐ
ܛܒܐ ܘܩܫܝܫ ܡܢ ܟܠ ܛܘܪ̈ܝܢ ܕܬܒܝܠ .
ܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ . ܨܒܬ ܕܬܨܒܬ ܒܗ ܓܢܒܪ̈ܐ
ܕܢܘܪܐ ܘܕܪܘܚܐ ✠ ܓܢܒܪ̈ܐ ܠܒܝ̈ܫܝ ܩܘܫܬܐ : ܘܟܢܫ̈ܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܡܠܐܟ̈ܐ ✠ ܪܫܝܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܝܬܘܗܝ : ܡܪܝ
ܐܘܓܝܢ ܚܠܐ ܒܫܡܗ : ܫܡܗ ܓܝܪ ܟܠܗ ܠܙܟܘܬܗ
ܘܡܫܘܕܥ ܓܒܪܐ ܛܒܐ :.. ܣܒ̈ܐ ܥܠܝܡ̈ܐ ܘܛܠܝ̈ܐ :
ܪܗܛܝܢ ܠܣܥܘܪܐ ܕܥܘܡܪ̈ܝܗܘܢ : ܕܢܣܒܘܢ ܡܢܗܘܢ
ܥܘܕܪ̈ܢܐ ✠ ܕܒܨܠܘܬܗܘܢ ܐܦ ܚܢܢ : ܢܬܛܘܒ
ܥܡܗܘܢ ܠܥܠܡܝܢ ✠ « *Ex Æthiopia, Ægypto et Thebaïde, instar primitiarum, exierunt sancti Mar Eughin ac Mar Schalita, sanctæ Ecclesiæ architecti, una cum choris senum venerabilium, septuaginta duorum beatorum, justitia, castitate, virginitate conspicuorum, heroum laude dignissimorum, etc... Benedictus cujus amore inebriati justi veritatis ejus in mundo præcones extitere. Intra montem asperum Mardin, qui Izla dicitur et est cunctis montibus orbis asperior, durior et aridior, gratia divina voluit efformare viros ignis et spiritus, heroës indutos veritate, qui angelorum choros imitarentur. Primus omnium fuit Mar Eughin, ipsa sui appellatione suavis, quippe cujus nomen triumphos ejus testatur, utpote significans hominem bonum... Senes, juvenes, adolescentes ad illorum monasteriorum visitationem confluunt, ut ab illis auxilium accipiant. Utinam et nos, precibus ipsorum, beatificemur cum illis.* » Quæ quidem mecum humanissime communicavit Illust. Michaël Petrus Bartatar, archiepiscopus Seërdensis, in Belgio, dum hæc scribo, hospitio utens. Ad monasteria quod attinet, quæ a S. Eugenio fundata traduntur, quæque etiamnum, licet misere plerumque lebefactata, illis in regionibus supersunt, nonnulla præsul idem ille venerandus, pro ea qua pollet rerum gentis suæ Chaldaicæ peritia, in mei gratiam voluit adnotare. Itaque exstant adhuc : 1° Cœnobium a *S. Eugenio* nuncupatum, in monte Izla, Mardin inter et Nisibin, a Jacobitis occupatum; 2° cœnobium *Zaphrani* ܕܝܪܐ ܕܙܥܦܪܢܝ, unius horæ itinere distans a Mardin, in quo residet patriarcha Jacobitarum; 3° cœnobium *S. Jacobi*, prope civitatem Nisibin, quod pariter cessit Jacobitis; 4° cœnobium *Ammar*, ܕܝܪܐ ܕܥܡܪ, penes Jacobitas, in monte Tur; 5° aliud cœnobium *S. Jacobi* in diœcesi Seërdensi, unius ferme horæ spatio inter meridiem et occasum a civitate episcopali distans, ad ripam fluminis Tigridis, catholico clericorum seminario erigendo destinatum.

Præterea exstat alterum *S. Joannis* in monte Gardale, uti et aliud *S. Schalitæ* in monte Rassenæ, a Turcis in Moschæum conversum.

Alia quoque plura, a S. Aarone, Eugenii comite erecta, supersunt in Edessa, Sarugo, necnon in montibus regionis Melitinensis; demum supersunt adhuc in monte Harminni (qui modo arabice *Gebal Giud* dicitur) prope Geziram, duo cœnobia celeberrima ܕܡܪܝ ܐܚܐ ܘܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ *Mar Achæ* et *Mar Joannis*, qui ambo erant S. Eugenii comites. Hæc a catholicis, anno 1868, acquisita fuerunt una cum incolis a Nestorianismo conversis.

ܒܬܪ ܦܝܠܩܠܝܢܘܣ : ܐܣܛܦܢܘܣ ܀
ܐܪܝܢܐ ܫܢܝܐ ܬܠܬ · ܘܐܪܝܢܘ ܟܠܗܝܢ ܐܚܝܕܝܢ
ܗܘܘ ܥܕܬܗܝܢ ܟܢܘܫܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ .
ܦܘܠܝܢܘܣ ܕܝܢ ܚܕܐ ܒܠܚܘܕ ܙܥܘܪܬܐ
ܐܚܝܕ ܗܘܐ . ܘܟܕ ܬܘܒ ܚܡܬܗ ܐܪܝܢܘ
ܠܡܠܟܐ ܥܠ ܐܬܢܣܝܘܣ ܫܒܩ ܠܟܘܪܣܝܐ
ܘܐܙܠ ܠܪܗܘܡܝ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܩܘܣܛܣ
ܗܠܝܢ . ܟܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ ܒܣܪܕܝܩܐ
ܘܐܫܪܪ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܝܩܝܐ ܘܐܗܦܟ
ܟܘܪܣܝܐ ܠܐܬܢܣ . ܗܝܕܝܢ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ
ܫܕܪ ܬܪܝܢ ܐܦܝܣܩܦܝܢ ܠܘܬ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ
ܐܚܘܗܝ ܘܐܙܗܪܗ ܕܢܫܬܠܡ ܠܫܪܪܐ ܘܢܗܦܘܟ
ܐܦܘܗܝ ܡܢ ܐܪܝܢܘ . ܟܕ ܕܝܢ ܡܛܘ
ܐܦܝܣܩܦܐ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܣܛܦܢܘܣ ܗܢܐ ܕܐܚܝܕ
ܗܘܐ ܠܟܘܪܣܝܐ ܬܡܢ ܢܟܠܐ ܥܒܕ ܐܦܝܣܩܦܐ
ܕܐܟܐ . ܘܫܕܪ ܠܥܠܝܡܐ ܐܝܟ ܘܕܒܪ ܐܢܬܬܐ .
ܕܟܕ ܗܘܐ ܠܠܝܐ ܐܥܠܗ ܠܒܝܬܐ ܕܫܪܝܢ
ܗܘܘ ܒܗ . ܘܚܕ ܡܢ ܐܦܝܣܩܦܐ ܒܒܝܬܐ
ܓܘܝܐ ܕܡܟ ܗܘܐ . ܘܐܚܪܢܐ ܒܒܪܝܐ ܒܒܝܬܐ

27. *Post Philacillium*, STEPHANUS, *Arianus, annis tribus*. Ariani quidem omnes Antiochiæ ecclesias detinebant, Paulinus e contra non nisi unica parva potiebatur. Cum vero iterum Ariani imperatoris iram concitassent contra Athanasium, is, sede sua relicta, Romam perrexit. His auditis, Constans synodum indixit Sardicæ, a qua et Nicæna fides confirmata, et Athanasio sedes ipsius vindicata fuit. Tum Constantinus (*Constans*) duos episcopos ad Constantinum[1] *(Constantium)* fratrem suum ablegavit, illum exhortaturus ut veritati assentiens sese averteret ab Arianis. Cum autem Antiochiam episcopi[2] pervenissent, Stephanus illius civitatis præsul fraudem contra illos machinatus est, ac misso juvene aliquo meretricem arcessivit, quam noctu in domum in qua hospitabantur introduxit; porro episcoporum alter dormiebat in domo interiori, socius vero illius in domo exteriori. Is ergo ingressum mere-

[1]) Hoc loco sermo est de Constante et Constantio, quorum in Oriente hic, ille in Occidente imperabat. Post mortem Constantini Magni, die 22 maii 337, imperium divisum fuit inter tres ejus filios, Constantinum, Constantium et Constantem; Constantinus autem jam anno 340 vivere desiit. Barhebræus itaque heic tres Constantini M. filios eodem nomine appellat quemadmodum infra Justinum loco Justiani scribit.

[2]) Duo illi episcopi synodi Sardicensis et imperatoris oratores erant Vincentius Capuanus et Euphratas Coloniensis. Cff. Athanasius in *Hist. Arianorum ad monach.*, no 20 (Migne, XXV, 719) et Theodoretus, *Eccl. hist. II*, 8 *et* 9, a quibus Stephani insidiæ istæ fusius enarrantur. Acciderunt hæc circa festum Paschatis anni 344, haud diu post absolutum concilium Sardicense. Quod quidem concilium historiæ ecclesiasticæ scriptores, ducibus Socrate, *lib. II, cap.* 20, et Sozomeno, *lib. III, cap.* 12, passim asserunt anno a Constantini Magni obitu undecimo, sive 347, celebratum fuisse; verum illos in ea temporis notatione falsos esse constat monumentis postea in lucem editis, in primis vero epistolis festalibus S. Athanasii, nuper a Curetono syriace editis. Videsis: *The festal letters of Athanasius, discovered in an ancient syriac version, and edited by the Rev. W. Cureton*; London, 1848. Cfr. Hefele, *Conciliengeschichte*, I, 513-515.

ܙܢܝܐ · ܗܘ ܕܝܢ ܐܪܓܫ ܒܩܠܗ̇ ܕܐܢܬܬܐ
ܘܫܡܥ ܩܠܗ̇ . ܩܥܐ ܕܡܢ ܐܢܬܝ . ܘܩܪܘ
ܠܚܕ ܥܠܝܡܐ ܘܐܚܕܘܗ̇ ܠܙܢܝܬܐ .
ܘܨܦܪܐ ܕܝܢ ܟܕ ܥܠܘ ܩܕܡ ܡܠܟܐ . ܐܘܕܝܬ
ܕܥܠܝܡܐ ܐܘܓܪܝܣ ܩܪܐ . ܘܐܬܬܚܝܕ ܗܘ
ܥܠܝܡܐ ܘܡܢ ܐܬܢܓܕ · ܐܘܕܝ ܕܣܛܦܢܘܣ
ܐܠܦܗ · ܘܐܬܪܕܦ ܐܣܛܦܢܘܣ ܡܢ ܥܕܬܐ .

ܒܬܪ ܣܛܦܢܘܣ : ܠܐܘܢܛܝܘܣ .

ܫܢܝܢ ܫܬ . ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܟܕ ܐܬܓܠܝܬ
ܩܕܡܘܗܝ ܢܟܠܐ ܕܐܪܝܘܣ . ܦܝܣ ܡܫܡܥ
ܕܐܚܘܗܝ ܘܫܕܪ ܐܝܬܝܗ ܠܐܬܢܣܝܘܣ · ܘܒܥܐ
ܡܢܗ ܕܬܬܠ ܚܕܐ ܥܕܬܐ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܠܐܪܝܘܣ . ܘܥܢܐ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܐܦ ܐܢܐ ܒܥܐ
ܐܢܐ ܕܬܬܝܗܒ ܠܢ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܚܕܐ ܥܕܬܐ
ܕܢܬܟܢܫܘܢ ܒܗ̇ ܒܢܝ ܪܥܝܢܢ . ܘܟܕ ܨܒܐ
ܡܠܟܐ ܕܢܗܘܐ ܗܟܢܐ ܩܡܘ ܐܪܝܘܣ ܘܐܡܪܝܢ .
ܠܐ ܠܢ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܦܠܐ ܠܗܘܢ
ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܒܬܪ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܐܬܪܝܢ
ܙܒܢܝܢ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܘܐܬܩܒܠ ܒܐܝܩܪܐ
ܪܒܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ . ܐܠܐ ܟܕ ܡܝܬ ܩܘܣܛܣ ·
ܬܘܒ ܓܪܓܘܗܝ ܐܪܝܘܣ ܠܩܘܣܛܢܛܝܘܣ
ܡܠܟܐ ܥܠ ܐܬܢܣܝܘܣ ܟܕ ܐܡܪܝܢ .
ܕܗܘ ܥܠܬ ܦܠܓܘܬܐ ܗܘܐ ܒܝܢܘܗܝ ܠܐܚܘܗܝ .

tricis animadvertens ejusque vocem percipiens, exclamavit : „ quis es tu ?„ mulieremque, advocato juvene quopiam, retinuerunt. Quæ, mane facto, postquam fuerant *episcopi* ad imperatorem introducti, confessa est se a juvene Evagrio[1] fuisse vocatam ; ipse vero juvenis comprehensus et flagellatus se a Stephano edoctum fuisse fassus est. Itaque Stephanum expulerunt ecclesia.

28. *Post Stephanum*, Leontius, *annis sex.*

Porro imperator, detecta coram se Arianorum fraude, fratris sui petitioni annuens Athanasium arcessivit, ab eoque petiit ut unam Alexandriæ ecclesiam concederet Arianis; respondit Athanasius : „ et hoc ego vicissim rogo, ut detur nobis Antiochiæ ecclesia una, in qua nostræ sententiæ sectatores congregari possint. „ Consensit imperator, at obstiterunt Ariani dicentes : „ neque nobis Alexandriæ, neque istis Antiochiæ *ecclesia detur*[2]. „ Athanasius vero, jam altera vice Alexandriam regressus, magno cum honore illic ab omnibus fuit exceptus. At, defuncto Constante, imperatorem Constantium denuo adversus Athanasium Ariani excitarunt, asserentes illum divisionis inter ipsum et fratrem ejus causam exstitisse[3]. Præcepit inde

[1]) Is a Theodoreto, *loc. cit.*, vocatur Ὀνάγρος, *Onager*.

[2]) Cff. Sozomenus, *lib. III, cap.* 20, Socrates, *lib. II, cap.* 23.

[3]) Hanc calumniam refellit Athanasius in *Apologia ad Constantium imperatorem*, n. 3 sqq. Migne, *Patrol. gr.*, XXV, 597 sqq.

ܘܦܩܕ ܕܠܬܘܒ ܢܬܛܪܕ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܘܫܕܪ
ܠܣܒܣܛܝܢܐ ܥܡ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܕܢܩܛܠܘܢܗ.
ܡܫܬܥܐ ܕܝܢ ܗܘ ܩܕܝܫܐ. ܕܟܕ ܐܬܘ
ܐܣܛܪ̈ܛܝܘܛܐ ܥܡ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܐܝܟ ܚܡܫܐ
ܐ̈ܠܦܝܢ ܘܚܕܪܘܗ ܠܥܕܬܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܐܢܫ
ܢܦܘܩ ܠܡܥܪܩ. ܐܢܐ ܕܝܢ ܫܦܪܬ ܠܝ
ܕܠܐ ܐܥܪܘܩ. ܐܠܐ ܕܐܩܘܡ ܩܕܡ ܟܠܗ ܥܡܐ
ܐܫܬܥܪܩܘܗܝ ܠܡܣܝܒܪܘܬܐ. ܝܬܒܬ
ܕܝܢ ܥܠ ܬܪܘܢܘܣ ܘܦܩܕܬ ܠܚܕ ܡܢ
ܡܫܡ̈ܫܢܐ ܕܢܙܡܪ ܡܙܡܘܪ ܡܢ ܡܙܡܘܪ̈ܐ
ܕܕܘܝܕ. ܘܥܡܐ ܕܢܥܢܐ ܒܬܪܗ ܗܘ ܦܬܓܡܐ
ܕܠܥܠܡ ܛܝܒܘܬܗ. ܘܟܕ ܡܢܗܘܢ
ܕܐܣܛܪ̈ܛܝܘܛܐ ܠܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܚܕܪܝܢ ܗܘܘ.
ܘܡܢܗܘܢ ܒܥܕܬܐ ܡܟܪܟܝܢ ܗܘܘ ܕܢܐܚܕܘܢܢ.
ܩܠܝܪ̈ܝܩܐ ܕܝܢ ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܠܡܦܩ ܡܦܝܣܝܢ
ܗܘܘ ܠܝ ܕܢܥܪܘܩ. ܘܟܕ ܠܐ ܕܡܫܝܢܐ ܗܘܝܬ
ܟܕ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܕܘܠܐ ܠܝ ܕܠܚܘܕܝ ܐܚܫ
ܘܠܐ ܐܢܫ ܢܬܢܙܩ. ܚܛܦܘ ܘܐܚܬܘܢܝ ܡܢ
ܬܪܘܢܘܣ ܘܐܥܒܪܘܢܝ ܒܝܬ ܐܣܛܪ̈ܛܝܘܛܐ
ܘܪ̈ܗܘܡܝܐ ܗܠܝܢ. ܟܕ ܡܪܢ ܡܕܒܪ ܘܢܛܪ
ܠܢ. ܘܐܬܦܨܝܢ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ. ܗܕܐ ܐܝܬܝܗ̇
ܬܫܪܘܝܐ ܕܬܠܬ ܕܩܕܝܫܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ.
ܘܩܝܡܘ ܐܪ̈ܝܢܐ ܚܠܦܘܗܝ ܠܓܘܪܓܝܣ ܡܢ
ܬܪܥܝܬܗܘܢ. ܘܟܕ ܠܐ ܐܣܝܒܪܘ ܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ

imperator ut Athanasius rursum expelleretur, misitque Sebastianum[1] cum Romanis qui eum occiderent. *Rem* sic narrat ipse sanctus[2] : « postquam advenerant militum cum Romanis circiter quinque millia, ecclesiamque circumdederant ne quisquam evadere posset; mihi æquum visum est non aufugere, sed coram universo populo subire discrimen; sedi autem in throno atque uni ex diaconis jussi ut aliquem psalmum Davidis psalleret, populus vero illi responderet hoc verbo: « quoniam in sæculum misericordia ejus. » Jam, militum aliis sanctuarium cingentibus, aliis in ecclesia ut me comprehenderent circumeuntibus, clerici et monachi nos ut abiremus obsecrarunt, cumque eis repugnarem dicendo oportere ut ego solus paterer et *alius* læderetur nemo, abripuerunt me ac detraxerunt a throno, deducentes per medium militum ac Romanorum illorum; Domino utique nos ducente ac servante, ex eorum manibus erepti fuimus. »

Est illud sancti Athanasii exilium tertium. Tum ejus loco constituerunt Ariani Georgium sectæ suæ asseclam; quem Alexandrini, cum ob ejus scelera tolerare non possent, occiderunt

[1]) In Codice Londinensi hic quidem scribitur ܣܒܣ̈ܛܝܢܐ; at me suspicio subiit legendum esse ܣܒܣܛܝܢܐ *Sebastianus;* quippe hoc nomine a Theodoreto, *Eccl. hist.*, lib. II, cap. 10, vocatur nefarius ille bellidux qui, imperatoris Constantii jussu, S. Athanasium in ecclesia est aggressus. Idem vero ab Athanasio dicitur Συριανος, *Syrianus.*

[2]) Cff. *Apologia ad Constantium imperatorem* no 25 (Migne *Patrol. gr.*, XXV, 625) et *Apologia de fuga sua*, n° 24 (*ibid.*, 673). Verba Athanasii libere refert Barhebræus.

ܘܚܢ̈ܦܐ ܒܢܘܪܐ ܐܘܩܕܘܗܝ . ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܐܡܪܝܢ ܕܒܓܡܠܐ ܚܡܝܬܐ ܒܚܪܡܪܡܐ ܐܣܪܘܗܝ ܘܐܬܦܪܬ .

ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܩܛܝܪ ܣܓܝ ܐܠܨ ܠܠܝܒܪܝܘܣ ܕܪܘܡܝ ܕܢܪܫܘܡ ܐܦܝܣ ܩܬܐܪܣܝܣ ܕܐܬܐܢܣܝܘܣ ܘܟܕ ܠܐ ܫܡܥ ܐܬܪܕܝ . ܫܕܪܗ ܠܓܠܘܬܐ ܐܦܣܘܢܝܐ . ܘܫܕܪ ܠܗ ܚܡܫܡܐܐ ܕܝܢܪ̈ܝܢ ܠܢܦܩܬܐ . ܘܠܐ ܩܒܠ ܘܐܬܦܠܛ ܠܒܪ . ܘܐܬܪܕܝ . ܘܒܬܪ ܬܪܬܝܢ ܫ̈ܢܝܢ ܟܕ ܐܬܐ ܡܠܟܐ ܠܪܘܡܝ . ܕܚܠܘ ܪ̈ܫܢܐ ܡܢ ܚܡܬܗ ܕܡܠܟܐ ܕܢܒܥܘܢ ܡܛܠ ܠܝܒܪܝܘܣ . ܐܠܐ ܡܦܝܣܘ ܠܢܫ̈ܝܗܘܢ ܕܗܢܝܢ ܢܒܥ̈ܝܢ . ܘܟܕ ܒܨܒܬ ܫܦܝܪܬܐ ܥܠܝܢ ܘܡܬܟܫܦܢ . ܦܢܐ ܡܠܟܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܥܕܬܐ ܪܥܝܐ ܦܝܠܟܣ . ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܚܙܐ ܕܠܐ ܐܢܫ ܩܪܒ ܦܝܠܟܣ . ܩܒܠ ܦܝܣܐ ܕܢܫ̈ܐ ܕܡܝܬܪ̈ܬܐ ܘܦܩܕ ܕܢܐܬܐ ܠܝܒܪܝܘܣ ܘܬܪ̈ܝܗܘܢ ܢܕܒܪܘܢ ܠܥܕܬܐ . ܥܡܐ ܕܝܢ ܩܥܐ ܕܚܕ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܘܚܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܢܗܘܐ ܠܢ .

et igne combusserunt; alii vero narrant eum camelo efferato alligatum et dilaceratum fuisse[1].

Imperator autem vehementer urgebat Liberium Romanum ut Athanasii depositioni subscriberet, eumque prorsus cedere nolentem damnavit exilio, mittendo ipsi pro expensis quingentos denarios; hos ille accipere recusavit, dimissus fuit et foras ejectus. Verum, elapso biennio, cum Romam venisset imperator, viri principes quidem, illius furorem timentes, pro Liberio intercedere non sunt ausi, sed uxoribus suis suaserunt ut intercederent ipsæ. Itaque matronis apparatu solemni accedentibus et supplicantibus respondit imperator, esse *jam* ecclesiæ pastorem Felicem. Postea videns neminem adhærere Felici, præstantium mulierum precibus annuens Liberium reverti jussit, ut simul ambo gubernarent ecclesiam. Populus vero ita clamavit: „ unus est Christus; et unus sit nobis episcopus ! „

ܒܬܪ ܠܐܘܢܛܝܘܣ : ܐܘܕܘܟܣܝܘܣ .

ܗܢܐ ܕܓܪܡܢܝܩܝ ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܒܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ ܥܒܪ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܒܬܪ ܕܡܝܬ ܠܐܘܢܛܝܘܣ . ܘܟܢܫ ܚܕܬܐ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܡܐܐ

29. *Post Leontium*, Eudoxius.

Fuerat is Germaniciæ[2] episcopus ac jussu imperatoris post Leontii obitum transiit Antiochiam.

Novam synodum centum et quin-

[1]) In populari paganorum tumultu accidit hoc Georgii supplicium. De quo vide Socrat., *lib. III, cap.* 2; Sozom., *lib. V, cap.* 7; item Ammianum Marcellinum, *lib. XXII, cap.* 11.

[2]) « Germanicia, Syris et Arabibus vulgo « ܡܪܥܫ *Marhas*, Euphratesiæ urbs, duodecim « millibus passuum a ripis fluvii Gehonis distans, « teste Abulpheda. » Cfr. Jos. Sim. Assemanus, *Dissert. de Monophysitis*, p. 82.

ܘܣܠܩܝܢ ܒܣܠܝܩܝܐ . ܘܐܘܣܒܝܣ
ܘܐܘܕܘܟܣܝܣ ܘܐܛܝܘܣ ܣܠܩܘ ܠܘܬ ܡܠܟܐ.
ܘܐܘܕܘܟܣܝܘܣ ܚܪܡ ܠܟܠ ܕܐܡܪ
ܕܡܫܚܠܦ ܒܪܐ ܡܢ ܐܒܐ . ܐܘ ܕܒܪܝܐ
ܐܝܬܘܗܝ . ܘܬܒܥ ܐܢܘܢ ܡܠܟܐ ܕܠܚܪܢܝܗܘܢ
ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ . ܘܟܕ ܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ ܗܘܐ
ܐܢܘܢ . ܘܐܦ ܩܘܪܝܠܘܣ ܕܐܘܪܫܠܡ ܐܬܛܪܕ
ܒܬܪ ܕܩܡ ܬܪܬܥܣܪܐ ܫܢ̈ܝܢ . ܘܩܡ
ܗܕܪܝܢܐ . ܘܡܩܕܘܢܝܘܣ ܬܘܒ ܕܩܘܣܛܢ
ܡܢ ܒܬܪ ܚܡܫ ܫܢ̈ܝܢ ܐܬܛܪܕ . ܘܩܡ ܚܠܦ
ܐܘܕܘܟܣܝܘܣ ܒܬܪ ܕܗܘܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܬܠܬ ܫܢ̈ܝܢ .

quaginta episcoporum coëgit imperator Seleuciæ (?)[1]. Porro Eusebius, Eudoxius et Aëtius ad imperatorem perrexerunt; Eudoxius autem anathematizavit quicunque Filium a Patre dissimilem (ἀνόμοιον) esse, aut creatum fuisse assereret. Imperator vero exegit ab eis (*ab aliis nempe episcopis*), ut vocem *consubstantialis* anathemate damnarent, recusantesque exilio punivit. Ejectus tunc pariter fuit Cyrillus Hierosolymitanus, postquam episcopatum annis duodecim gesserat, eique successit Hadrianus(?). Similiter Macedonius Constantinopolitanus sede sua, per annos quinque occupata, fuit ejectus. Cui successit Eudoxius, postquam Antiochiæ sedisset tribus annis.

ܒܬܪ ܐܘܕܘܟܣܝܘܣ . ܡܠܛܝܘܣ .
ܗܢܐ ܐܦܣܩܦܐ ܗܘܐ ܕܣܒܣܛܝܐ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ .
ܘܡܢ ܫܘܪܝܐ ܠܐ ܡܕܡ ܡܡܠܠ ܗܘܐ
ܥܠܝܗ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܩܒܠ ܡܢ
ܟܠܗܘܢ . ܟܕ ܕܝܢ ܟܪܙ ܥܠ ܡܘܩܕܡܝܢ
ܡܬܪܓܡ ܗܘܐ ܘܐܡܪ . ܟܕ ܡܚܘܐ ܬܠܬ
ܨܒ̈ܥܢ ܘܐܡܪ ܕܬܠܬܐ ܩܢ̈ܘܡܝܢ ܡܘܕܝܢܢ .

30. *Post Eudoxium*, MELETIUS[2].

Erat ille antea episcopus Sebastiæ Armenorum, cumque initio nihil circa fidem proferret, acceptus fuit ab omnibus. Verum cum quadam die concionem haberet, ac ostendendo tres digitos ita prædicaret: « tres personas profitemur et unum agnoscimus illas, » animadverterunt Ariani illum

[1]) Loco ܒܣܠܝܩܝܐ legendum conjicio ܣܠܘܩܝܐ *Seleucia*. Nimirum Seleuciæ, quæ erat Isauriæ metropolis, anno 359 jussu Constantii imperatoris congregata fuit synodus 150 episcoporum a Socrate, *lib. II, cap.* 39 memorata, similiter a S. Athanasio, *de Synodis Arim. et Seleuc.*, n. 12, et a S. Hilario, *Contra Constantium imperatorem*, nº 12; Athanasius (Migne, *Patrol. gr.*, XXXVI, 701) episcopos ibi præsentes numerat 160. Cff. Sozomen. *IV*, 22, Theodor., *lib. II, capp.* 22, *sqq.*, et Hefele *Conciliengeschichte*, I, 688 sq.

[2]) Post Eudoxium a synodo Seleuciensi depositum, Antiochenum episcopatum per annos quatuor gessit Anianus. Qui tamen a Barhebræo in patriarcharum serie omittitur, quod fuerit illorum suasu qui ab Acacii Cæsariensis partibus stabant per imperatorios præfectos Leonam et Lauricium ab occupanda sede sua impeditus. Cfr. Lequien *Or. Christ.*, II, col. 713.

ܘܟܕ ܫܠܡܝ ܠܗܘܢ ܫܢ̈ܝܢ ܐܦܩܘܗ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܝܩܝܐ ܐܚܝܕ . ܘܥܡܗ ܗܘܐ
ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܘܡ ܕܗܒܐ . ܘܠܗܘ
ܐܦܣܩܦܐ ܩܕܫ ܠܒܣܝܠܝܘܣ ܩܕܝܫܐ ܕܩܣܪܝܐ.
ܘܗܘ ܐܚܝܕ ܠܟܪ̈ܝ ܩܣܪܝܐ . ܐܦܣܩܦ̈ܐ
ܠܩܣܪܝܐ ܘܩܦܘܕܩܝܐ ܐܚܘ̄ ܦܛܪܘܣ
ܕܣܒܣܛܝܐ . ܘܐܚܘ̄ ܕܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܕܢܘܣܐ . ܘܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܐܦ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܬܐܘܠܘܓܘܣ ܐܦܣܩܦܐ ܕܢܙܝܢܙܘ ܘܐܚܘܗ
ܩܣܪܝܘܣ ܘܓܪܝܓܘܪ ܐܒܘܗ .

ܒܬܪ ܡܠܛܝܘܣ . ܐܘܙܘܝܘܣ .
ܐܪܝܢܐ ܡܠܟ ܕܝܢ ܠܟܢܫܐ ܕܐܪܬܕܘܟܣܘ
ܦܘܠܝܢܘܣ ܗܘ ܣܒܐ ܕܐܡܪܢ ܕܗܘܐ ܚܠܦ
ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ ܡܕܒܪ ܗܘܐ .
ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܢܦܩ ܐܦܘܠܝܢܪܝܘܣ
ܗܪܛܝܩܐ . ܗܢܐ ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܗܘܐ
ܘܒܝܘܠܦܢܐ ܕܒܪܝܐ ܡܕܪܫ ܗܘܐ . ܘܐܬܐ
ܠܠܐܕܝܩܝܐ ܘܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܘܗܘܐ
ܠܗ ܒܪܐ ܘܩܪܝܗ ܒܫܡܗ . ܘܗܘܐ
ܗܘ ܩܫܝܫܐ ܡܢ ܬܐܘܕܘܛܐ ܐܦܣܩܦܐ ܕܬܡܢ .
ܘܒܪܗ ܗܘܐ ܩܪܘܝܐ . ܘܟܕ ܐܬܚܠܛܘ ܥܡ
ܐܦܝܦܢܝܘܣ ܣܘܦܣܛܐ ܚܢܦܐ ܘܐܬܢܓܕܘ ܒܬܪܗ .
ܘܟܠܐ ܗܘܐ ܒܗܠ ܐܢܘܢ ܬܐܘܕܘܛܐ ܡܢ
ܬܫܡܫܬܐ . ܘܒܬܪܟܢ ܐܦܩܢܘܢ ܡܢ ܥܕܬܐ
ܡܢ ܟܠܗ . ܟܕ ܐܙܠ ܐܦܘܠܝܢܪܝܘܣ ܙܥܘܪܐ
ܠܘܬ ܐܦܣܩܘܦܐ ܐܢܫܝܢ ܡܫܠܚܐ

esse fidei Nicænæ addictum, eumque ideo, transacto biennio, ejecerunt. Apud illum institutus fuit Mar Joannes Chrysostomus; ordinavit quoque sanctum Basilium, Cæsareæ et Cappodociæ episcopum, Petri Sebastiæ ac Gregorii Nysseni fratrem germanum.

Inclaruere tunc etiam Gregorius theologus, Nazianzi episcopus, ejusque frater Cæsarius ac pater Gregorius.

31. *Post Meletium*, Euzoius, Arianus, sedem occupavit, interim partem orthodoxorum gubernante Paulino, sene illo quem diximus Eustatho suffectum fuisse.

Illa ætate, prodiit Apollinarius hæreticus. Erat ille Alexandria oriundus, in disciplinis profanis exercitatus; concessit inde Laodicæam, atque, uxore accepta, filium genuit suo nomine appellatum. Postea a Theodoto illius loci episcopo ipse factus est presbyter, filius vero lector constitutus; cum autem familiariter uterentur Epiphanio sophista ethnico, ad eumque prorsus deflecterent, utrumque eorum officio Theodotus idcirco interdixit; imo postea ecclesia penitus exclusi fuerunt[1]. Perrexit tunc Apollinarius junior ad episcopos quosdam depositos, qui illum gregi innominato episcopum

[1]) Apollinarios officio suspensos mox restituerat Theodotus; at vero excommunicati fuerunt a Georgio, Theodoti in Laodicæna sede successore. Cfr. Sozom., *lib. VI*, *cap.* 25.

ܘܐܣܝܡܘܗܝ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܠܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܠܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܗܘ ܘܐܒܘܗܝ ܐܒܗܘ ܗܪܣܝܣ ܕܕܪ̈ܓܐ ܘܡܫܘ̈ܚܬܐ. ܟܕ ܠܪܘܚܐ ܐܡܪܘ ܡܢ ܒܪܐ ܐܒܨܝܪ. ܘܠܒܪܐ ܡܢ ܐܒܐ. ܐܪܝܘܣ ܓܝܪ ܠܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܫ̈ܘܝܢ ܕܠܐ ܦܪܝܫ ܠܗܘܢ. ܘܠܒܫ ܒܪܐ ܢܦܫܐ ܠܐ ܡܗܘܢܢܝܬܐ ܐܠܐ ܢܦܫܢܝܬܐ ܘܐܠܗܘܬܐ ܡܡܠܝܐ ܠܗ ܕܘܟܬ ܗܘܢܐ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܦ ܐܘܢܘܡܝܘܣ ܐܒܕ ܗܪܣܝܣ. ܐܡܪ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ ܥܠ ܟܝܢܗ ܝܬܝܪ ܡܢܢ ܠܐ ܝܕܥ. ܐܠܐ ܗܘ ܡܐ ܕܚܢܢ ܝܕܥܝܢ ܥܠܘܗܝ ܗܘ ܒܠܚܘܕ ܝܕܥ. ܒܗ ܕܝܢ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܒܐܘܪܗܝ. ܐܘܕ ܗܘܐ ܓܝܪ ܐܪܟܕܝܩܘܢ ܘܡܬܠܡܕܢܐ ܕܕܝܨ̈ܢܝܐ ܗܘܐ. ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܟܕ ܐܡܠܟ ܗܘܐ ܝܘܠܝܢܘܣ. ܦܩܕ ܕܢܗܦܟܘܢ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܠܟܘܪ̈ܣܘܬܗܘܢ. ܘܗܦܟ ܐܦ ܐܬܢܣܝܘܣ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܥܒܕ ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܗܘ ܚܢܦܐ ܠܡܓܢܒ ܐܢܘܢ ܕܢܫܠܡܘܢ ܠܨܒܝܢܗ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܣܬܟܠܘ ܢܟܠܗ ܥܪܩܘ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܐܦ ܐܬܢܣܝܘܣ ܥܪܩ ܘܢܦܩ ܪܘܚܐ ܕܠܐ ܡܟܣܪܐ ܠܡܥܪܩ ܡܢ ܩܕܡ ܪܕܘܦܐ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܕܘܝܕ ܡܢ ܫܐܘܠ ܥܪܩ. ܘܝܥܩܘܒ ܡܢ ܥܣܘ. ܘܐܠܝܐ ܡܢ ܐܚܐܒ

ordinarunt. Porro ipse cum patre suo auctores exstiterunt hæreseos graduum et mensurarum, dicentes Spiritum esse minorem Filio, Filium minorem Patre, (Arius enim Filium ac Spiritum, illorum a Patre distantia, pares esse admiserat); assumptam porro a Filio animam non intellectualem (ψυχὴν ἀνόητον), sed vegetativam, divinitate vices mentis supplente[1]

Eodem tempore, Eunomius quoque protulit hæresim; dicebat enim Deum de natura sua nihil amplius scire quam nos, sed hoc quod nos de illo scimus ipsum tantummode scire.

Pariter Edessæ innotuit Aod, qui fuit archidiaconus et doctrinæ Desanitarum adhæsit[2].

Eo tempore, Julianus, regnum adeptus, jussit episcopos ad sedes suas reverti; quo factum est ut Athanasius quoque Alexandriam rediret; hoc quippe modo volebat ethnicus iste illos astute adducere ut ipsius voluntati acquiescerent; quo ejus dolo detecto, fugam illi arripuerunt; fugit et Athanasius, in sui defensionem allegans haudquaquam esse indecorum a persecutore fugere, cum David fugerit a Saüle, ab Esavo Jacob, Elias ab Achab et Jezabele, cum Paulum in sporta

1) Vitalis Apollinarista, apud Epiphanium, *hær.* 77, nº 23, Christum perfectum hominem fuisse admittit, «si divinitatem illi loco mentis ascribamus, εἰ τὴν θεότητα ποιήσομεν ἀντὶ τοῦ νοῦ.»

2) De *Desanitis* seu Bardesanitis vide supra, pag. 27. Fortassis Aod hic memoratus idem est ac Audius Αὔδιος, anthromorphitarum auctor, qui juxta S. Epipham.; *hær.* 70, *num.* 3, «sub Arii tempora vixit et e Mesopotamia oriundus fuit,» et a Nicephoro, *Hist. eccl.*, XI, 14, dicitur fuisse «genere et lingua Syrus.»

ܘܐܫܪܝܘܗܝ. ܘܫܘܠܡܘܗܝ ܒܐܣܦܪܝܕܐ ܡܫܘܗܝ
ܡܢ ܫܘܪܐ. ܘܡܪܢ ܐܡܪ. ܡܐ ܕܪܕܦܝܢ ܠܟܘܢ
ܒܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܥܪܘܩܘ ܠܐܚܪܬܐ. ܘܡܢ ܗܢܐ
ܪܕܘܦܐ ܬܘܒ ܗܦܟ ܐܬܢܣܝܣ ܘܐܬܩܒܠ
ܚܕܘܬܐ ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ. ܘܬܘܒ ܐܟܠܘ
ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܚܢ̈ܦܐ ܠܘܬ ܝܘܠܝܢܘܣ. ܘܥܪܩ
ܙܒܢܬܐ ܕܐܪܒܥ ܟܕ ܐܡܪ. ܢܫܬܢܐ ܐܚ̈ܝ
ܩܠܝܠ. ܡܛܠ ܕܥܢܢܐ ܗܝ ܙܥܘܪܬܐ ܘܥܒܪܐ
ܘܡܫܬܪܝܐ. ܘܟܕ ܪܕܐ ܒܐܠܦܐ ܐܕܪܟܘܗܝ
ܪ̈ܕܘܦܐ ܘܫܐܠܘ ܠܚܒܪ̈ܘܗܝ ܕܥܡܗ ܥܠܘܗܝ.
ܘܗܢܘܢ ܦܢܝܘ ܕܠܐ ܣܓܝ ܡܪܚܩ ܡܢܟܘܢ.
ܪܕܘܦܘ ܒܡܣܪܗܒܘܬ ܡܛܠ ܕܩܕܡܝܟܘܢ ܗܘ.
ܘܟܕ ܥܒܪܘ. ܗܦܟ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ.
ܘܬܡܢ ܐܬܛܫܝ ܟܠܗ ܒܡܠܟܘܬܐ ܚܕܐ
ܕܒܬܘܠܬܐ ܒܟܠܗ ܙܒܢܐ ܕܝܘܠܝܢܘܣ.

ܡܪܝܣ ܕܝܢ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ. ܕܣܒ ܣܝܒ ܗܘܐ.
ܘܐܦ ܢܘܗܪܐ ܕܥܝ̈ܢܘܗܝ ܐܘܒܕ. ܩܪܒ ܠܘܬ
ܝܘܠܝܢܘܣ ܘܐܟܣܗ ܒܚܝܠܬܐ. ܗܘ ܕܝܢ
ܚܢܦܐ ܡܢ ܦܟܗܝܘܬ ܒܗ ܐܡܪ. ܐܘ ܣܡܝܐ ܠܐ
ܦܐܣܐ ܠܟ ܐܠܗܟ ܗܘ ܓܠܝܠܝܐ. ܡܪܝܣ
ܐܡܪ. ܛܝܒܘܬܐ ܐܢܐ ܠܐܠܗܐ ܕܣܡܝܢܝ ܕܠܐ ܐܚܙܐ
ܦܪܨܘܦܟ ܚܢܦܐ. ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܕܝܢ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ
ܫܡܥ ܗܘܐ ܘܡܣܝܒܪ ܘܠܐ ܪܓܙ ܗܘ
ܝܘܠܝܢܘܣ. ܡܛܠ ܕܐܣܟܝܡ ܦܝܠܘܣܘܦܘܬܐ
ܡܣܒܪ ܗܘܐ. ܘܟܕ ܥܠ ܠܘܬ ܚܠܒ
ܐܡܪ ܠܪܘܪܒܐ ܚܕ ܟܪܣܛܝܢܐ ܕܐܣܠܝ
ܗܘܐ ܒܪܗ. ܕܠܐ ܬܐܠܘܨ ܠܬܕܡܘܬܟ ܠܒܪܟ
ܕܢܩܦ ܠܕܝܢܟ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦܠܐ ܐܢܐ ܠܟ ܐܠܐ

demiserint e muro, Dominus vero ipse dixerit: «cum persequuntur vos in civitate ista, fugite ad aliam.» Atque ab hoc persecutore denuo evasit Athanasius, et ab Alexandrinis cum gaudio fuit exceptus. Ast illum iterum ethnici apud Julianum accusarunt, fugitque quarta jam vice, dicens: «paululum, fratres mei, recedamus, quoniam nubes hæc parva est, quæ mox transiet et dissolvetur.» Cum autem navigio veheretur, eum nacti sunt persecutores, ejusque socios de ipso interrogarunt, qui hoc dedere responsum: «non multum abest a vobis; persequimini celeriter, quoniam ante vos est.» Quando vero transierant illi, reversus est ipse sanctus Alexandriam, ibique, toto Juliani regno durante, delituit apud virginem quamdam Deo sacratam.

Maris autem Chalcedonensis, vir gravis ætate, cui jam oculorum lumen defecerat, Julianum adiit, eumque vehementer increpavit. Cui ethnicus, eum irridendo, dixit: «o cæce, quidni te sanat Deus tuus galilæus?» «Laudo Deum, ait Maris, quod me cæcum effecerit, ne te gentilem aspiciam.» Nimirum ejusmodi plura Julianus patienter et absque ira audivit, utpote qui philosophiæ speciem affectaret. Aliquando Alepum ingressus magnatem quemdam christianum, cujus filius defecerat ad ethnicismum, allocutus: «noli, ait, cogere filium tuum ut religioni tuæ adhæreat, sicut nec ego te cogo ut religioni adhæreas meæ;» eique princeps ille respondit: «hunc

ܠܝ ܕܬܦܩܕ ܠܡܫܠܡܢܐ . ܗܘ ܕܡܢ ܫܪܪܐ
ܐܦܪܩ . ܕܟܠܗ ܗܢܐ ܦܩܘܕ ܕܡܣܩܒ ܠܡܪܝܐ .
ܘܣܢܐ ܠܐܠܗܐ ܦܩܕ ܐܢܬ ܠܗ ܐܘ ܡܠܟܐ .
ܝܘܠܝܢܘܣ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܡܬܠܒܫ ܦܝܠܘܣܘܦܘܬܐ
ܒܡܟܝܟܘܬܐ ܠܐ ܪܓܙ . ܐܠܐ ܐܡܪ . ܥܕܡܐ ܠܡܐ
ܐܘ ܒܪܢܫܐ ܕܡܚܣܕ ܐܢܬ ܠܢ . ܘܐܬܦܢܝ ܠܘܬ
ܒܪܗ ܘܐܡܪ ܐܢܐ ܐܗܘܐ ܐܒܐ ܕܝܠܟ . ܡܛܠ
ܕܠܐ ܐܫܟܚܬ ܕܐܦܝܣ ܠܐܒܘܟ ܕܢܐܨܦ ܕܝܠܟ .

ܘܟܕ ܫܢܝ ܝܘܠܝܢܘܣ ܘܡܠܟ ܝܘܒܝܢܝܢܘܣ
ܡܗܝܡܢܐ . ܐܗܦܟ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ ܐܣܘܪܐ
ܠܟܘܪܣܘܬܗܘܢ . ܘܫܪܪ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܩܘܣ
ܛܢܛܝܢܘܣ ܙܟܝܐ . ܘܠܡܩܒܠܝ ܫܡܥܬܐ
ܕܫܘܝܘܬ ܐܘܣܝܐ ܝܗܒ ܫܘܒܩܢܐ ܘܠܐ ܦܪܥܘ
ܟܣܦ .

ܘܡܢ ܕܫܢܝ ܝܘܒܝܢܝܢܘܣ . ܘܩܡܘ
ܐܘܠܢܛܝܢܘܣ ܘܐܘܠܢܣ ܐܚܐ . ܗܘ ܐܘܠܢܣ
ܡܛܠ ܕܡܢ ܐܪܝܢܐ ܩܒܠ ܥܡܕܐ ܗܘܐ ܛܪܕ
ܠܐܪܬܕܘܟܣܘ . ܠܡܠܝܛܝܘܣ ܠܐܪܡܢܝܐ .
ܘܠܐܘܣܒܝܘܣ ܕܫܡܝܫܛ ܠܬܪܩܝ . ܗܢܐ
ܒܐܣܟܡܐ ܪܗܘܡܝܐ ܘܥܠ ܪܟܝܒ ܣܘܣܝܐ ܘܟܣܝ
ܒܬܓܐ ܕܠܐ ܢܬܝܕܥ ܡܬܟܪܟ ܗܘܐ
ܒܡܕܝܢܬܐ . ܘܡܩܝܡ ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ ܘܩܫܝܫܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܠܐܪܬܕܘܟܣܘ . ܘܐܦ ܐܬܢܐܣܝܘܣ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܛܫܝ ܒܩܒܪܐ ܕܐܒܗ̈ܘܗܝ
ܐܪܒܥܐ ܝܪܚܝܢ . ܘܥܡܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ ܥܒܕܘ
ܪܘܫܐ ܣܓܝܐܐ ܥܠ ܡܠܟܐ ܐܘܠܢܣ . ܘܦܩܕ
ܘܗܦܟ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܙܒܢܬܐ ܕܚܡܫ . ܘܠܗܠ

tu mihi apostatam qui veritatem deseruit et odit Deum, commendas, imperator?" Julianus autem, quippe qui dolose mansuetudinem simulabat per philosophiam, non excanduit, sed ita excepit : "quamdiu tu, o homo, nos probris afficis ? " Et conversus ad filium : "ego, inquit, tui curam habebo, quandoquidem patri tuo persuadere non potui ut ipse tui curam assumeret."

Jam Juliano exstincto, successor ejus Jovinianus fidelis exulantes episcopos ad cathedras eorum revocavit, ac Constantini Victoris fidem confirmavit, imo illis qui vocem "consubstantialis" admitterent plurima concessit, eosque tributo liberos effecit.

Mortuo deinde Joviniano eique suffectis Valentino ac Valente fratribus, Valens quidem, quod fuerat ab Arianis baptizatus, expulit orthodoxos, Meletium nimirum in Armeniam, Eusebium vero Samosatenum in Thraciam. Is Romani *militis* habitu, equo vectus et tiara opertus ne agnosceretur, civitates circuibat, orthodoxis episcopos, sacerdotes et diaconos ordinans[1]. Athanasius vero Alexandrinus in sepulchro patrum suorum quatuor mensibus sese abscondit; at populo Alexandrino magnum tumultum contra imperatorem Valentem excitante, istius jussu Athanasius rediit quinta jam vice, et porro usque

[1]) Cfr. Theodoretus, *Eccles. hist.*, lib. IV, cap. 12 et 13. Quod capiti imposuit Eusebius vocatur a Theodoreto τιάρα, eoque nomine hic designatur torulus quo Orientales caput involvunt.

ܥܕܡܐ ܠܡܘܬܐ ܕܝܠܗ. ܒܗ ܒܙܒܢܐ
ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܒܡܕܒܪܐ ܐܒܐ ܡܩܪܝܣ
ܕܐܣܝ ܠܐܢܬܬܐ ܕܗܘܬ ܣܘܣܝܐ.

ܘܒܫܢܬ ܬܪܦܒ ܐܬܢܝܚ ܡܪ̄ܝ ܒܚܙܝܪܢ ܬܡܢܬ
ܥܣܪ. ܘܒܬܪ ܫܢܬܐ ܚܕܐ ܢܚ ܪܒܐ
ܐܬܢܣܝܘܣ. ܟܕ ܫܡܫ ܫܢ̈ܝܢ ܡܘ.
ܘܥܒܕ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܪܦܕ. ܘܩܡ ܒܬܪܗ
ܦܛܪܘܣ ܫܢ̈ܝܢ ܫܒܥ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܬܡܢܝܢ
ܟܗ̈ܢܐ ܕܢܐܙܠܘܢ ܠܘܬ ܐܘܠܝܣ ܡܠܟܐ.
ܡܛܠ ܫܝܢܐ ܕܥ̈ܕܬܐ. ܘܟܕ ܐܝܬܝܗܘܢ
ܒܐܠܦܐ ܘܪܕܝܢ ܒܝܡܐ ܫܕܪ ܡܠܟܐ
ܘܐܚܕܘ ܢܘܪܐ ܒܐܠܦܐ ܘܐܘܩܕܘ ܠܟܗ̈ܢܐ.

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܬܬܣܝܡ ܡܢ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ
ܐܪܬܕܘܟܣܘ ܩܕܝܫܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܢܐܙܝܢܙܢܝܐ ܕܢܗܘܐ ܪܥܝܐ ܠܡ̈ܗܝܡܢܐ
ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ. ܘܬܡܝܣܛܝܘܣ ܦܝܠܘܣܘܦܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܢܝܚ ܠܚܡܬܗ ܕܡܠܟܐ ܒܡ
ܡܐܡܪܐ ܕܥܒܕ. ܘܐܡܪ ܒܗ. ܕܠܐ ܐܢܫ
ܢܬܕܡܪ ܕܦܠܝܓܝܢ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܒܕܚܠܬܗܘܢ
ܒܕܗܘܐ ܚܢ̈ܦܐ ܬܠܬܡܐܐ ܐܝܬ
ܕܚܠ̈ܬܐ: ܐܦ ܨܒܐ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܢܗܘܐ

ad mortem suam rexit ecclesiam. Eo tempore in deserto inclaruit pater Macarius qui sanavit mulierem, in equam conversam[1].

Obiit Mar Ephræm die 18 junii anni 682[2], atque anno sequente mortuus est magnus Athanasius[3], cum munere functus esset per annos 46 et constituisset episcopos 284; successit illi Petrus qui sedem occupavit septem annis. Coadunati tunc sunt octoginta sacerdotes qui imperatorem Valentem ob pacem ecclesiarum adirent; at dum versabantur in navi et in mari vehebantur, misit imperator *satellites*, qui jussu ipsius navi ignem immiserunt illosque sacerdotes combusserunt.

Circa idem tempus constitutus fuit ab episcopis orthodoxis sanctus Gregorius Nazianzenus, qui curam gereret fidelium Constantinopoleos. Themistus autem philosophus Antiochiæ imperatoris iram placavit oratione quadam a se confecta, in qua dixit: nemini mirandum si Christiani sint in religione sua divisi, quandoquidem apud gentiles trecentæ *species* cultuum exstent; imo potius ipsum Deum velle

[1]) Patratum fuit hoc miraculum a S. Macario Aegyptiaco, qui est ab Alexandrino distinctus. Porro in *vitis Patrum* non refertur mulierem istam fuisse conversam in equam, sed apparuisse hominibus ut equam. Cfr. Tillemont, *Mémoires*, tom. VIII, p. 603.

[2]) De die et anno mortis S. Ephræmi, scriptores Syri minime inter se conveniunt. Plerique eum obiisse ponunt anno Græcorum 684 seu Christi 373, quibus adstipulatur auctor *Chronici Edesseni;* diem autem alii assignant 9am, alii 15am, alii 19am Junii. Cfr. Assemanus, *Biblioth. Orient.*, I, pp. 54 et 397. Elias Nisebenus in *Chronico inedito* Ephræmi mortem refert pariter sub anno 684, i. e. Christi 373, ibidem citans in margine ܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢܐ ܕܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ *Chronographiam Jacobi Edesseni*.

[3]) Juxta Barhebræum ergo obierit S. Athanasius anno Christi 372; at eum anno 373 e vita migrasse probant A. Pagi, *Critica hist. chronol. in annales Baronii*, ad annum 372, tom. I, p. 528, ed. Antverp. 1705; et Montfaucon, apud Migne, *Patrol. Græc.*, tom. XXV, p. CLVI.

ܘܡܫܬܚܠܦܐܝܬ ܠܡܬܩܠܣܘ ، ܒܕܠܐ ܡܬܕܪܟܐ
ܦܫܝܛܐܝܬ ܝܕܝܥܬܗ .

ܘܡܢ ܡܝܬܗ ܕܘܠܢܣ . ܘܒܝܘܡܝ ܓܪܛܝܢܘܣ
ܒܪ ܐܚܘܗܝ . ܦܢܘ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܡܢ ܐܣܘܪܐ .
ܘܟܕ ܡܝܬ ܗܢܐ ܩܡ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܪܒܐ
ܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ . ܘܣܘܢܗܕܘܣ ܕܡܐܐ
ܘܚܡܫܝܢ ܐܦܝܣܩܦܝܢ ܟܢܫ . ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܒܪ ܐܝܬܘܬܐ ܩܝܡ ܘܫܪܪ . ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ
ܕܝܢ ܪ̈ܫܢܘܗܝ ܕܗܢܐ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܬܪܬܝܢ .
ܡܠܝܛܝܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܛܝܡܬܐܘܣ
ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܘܩܘܪܝܠܘܣ ܕܐܘܪܫܠܡ .
ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܬܐܘܠܘܓܘܣ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ .
ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܢܘܣܐ . ܗܢܘܢ ܐܘܣܦܘ
ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܝܩܝܐ . ܡܠܬܐ ܕܥܠ ܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ . ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܪܝܐ ܡܚܝܢܐ ܕܟܠ . ܗܘ
ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ ܘܥܡ ܐܒܐ ܘܥܡ ܒܪܐ
ܡܣܬܓܕ ܘܡܫܬܒܚ ܘܫܪܟܐ . ܘܗܠܝܢ
ܥܠ ܠܘܩܒܠ ܒܝܫܬܐ ܥܩܡܬܐ
ܕܐܦܘܠܝܢܪܝܘܣ . ܘܗܕܐ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܬܚܡܬ ܠܩܘܣܛܢܛܝ ܐܝܩܪܐ ܒܬܪ ܪܗܘܡܝ . ܘܕܠܐ
ܢܦܪܢܣܘܢ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܥܕ̈ܬܐ ܕܠܒܪ ܡܢ

diversimode laudari, quod ipsius notitia nequeat facile investigari[1]."

Post mortem Valentis, imperante Gratiano ejus fratris filio, episcopi ab exilio redierunt; atque Gratiano defuncto, imperium obtinuit Theodosius Magnus, imperator fidelis, qui concilium centum et quinquaginta *episcoporum* Constantinopoli coëgit, ac fidem consubstantialis stabilivit confirmavitque. Istius concilii *œcumenici* secundi primarii fuerunt, Meletius Antiochiæ, Timotheus Alexandriæ, Cyrillus Hierosolymorum, Gregorius theologus Constantinopoleos atque Gregorius Nyssæ. Illi autem symbolo Nicæno adjecerunt effata de Spiritu Sancto: "qui est Dominus omnia vivificans, qui ex Patre procedit, qui cum Patre et Filio adoratur et glorificatur, et reliqua." Et hæc quidem contra perversam Apollinarii sententiam[2]. Eadem synodus decrevit Constantinopoli honorem fore post Romam; pariter ne episcopi regimen exercerent in ecclesias extra ipsorum limites sitas, quod propter persecutio-

[1]) Cfr. Socrates, *lib. IV*, *cap.* 32.

[2]) Quamquam probabile est Patres Constantinopolitanos egisse contra Apollinarium (de quo videsis supra pp. 99-102), ut ex quodam concilii Chalcedonensis effato merito infert Tillemontius, *Mémoires* etc., tom. IX, p. 221, id tamen quod heic e symbolo recitat Barhebræus, directe hoc quadrat ad hæresim Pneumatomachorum, in primis vero Macedonii Constantinopolitani. Quod autem præcipue concilium intenderit hanc hæresin convellere, testatur etiam Elias Nisibenus ad annum 692 Græcorum, Christi 381:

ܒܗ̇ ܐܬܟܢܫܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ
ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܒܩܘܣܛ̈ܢ ܘܐܚܪܡܘܗ ܠܪܫܝܥܐ ܡܩܕܘܢܝܘܣ
ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܕܒܪܝܬܐ ܗܘ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ . ܘܫܠܡܘ
ܠܗ̇ ܠܡܕܝܢܬܐ ܠܢܛܩܪܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ◆

"*Eo anno congregata fuit synodus centum et quinquaginta episcoporum Constantinopoli, atque anathemate damnarunt impium Macedonium qui profitebatur Spiritum Sanctum esse creaturam; civitati vero illi constituerunt Nectarium patriarcham.*"

ܠܫܘܒܚܗܘܢ . ܗܕܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܪܗܘܡܝܐ ܗܘܬ
ܗܘܬ ܦܫܝܛܐܝܬ . ܚܪܡ ܕܝܢ ܘܐܣܬܠܩ ܥܡ
ܐܪܝܘܣ ܠܐܘܣܒܝܘܣ ܕܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܘܠܐܘܙܘܝܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܠܫܪܟܐ ܐܪ̈ܝܢܐ .
ܐܝܬ ܗܘܐ ܬܡܢ ܕܝܘܕܘܪܘܣ ܘܬܐܘܕܘܪܘܣ .
ܗܠܝܢ ܕܒܬܪܟܢ ܗܘܘ ܗܪ̈ܛܝܩܐ . ܟܕ

nem factum fuerat simpliciter[2]. Rejecit etiam et anathematizavit una cum Ario Eusebium Nicomediensem, Euzoium Antiochenum, ceterosque Arianos. Aderant ibi Diodorus et Theodorus, qui postmodum facti sunt hæretici. Cum vero concilium Constantinopolitanam sedem sancto Gregorio

[2]) Quod ad honorem episcopo Constantinopolitano tributum, ac limites jurisdictionis episcopolis attinet, statuitur hoc canone 2o, illud canone 3o inter septem illos qui in codicibus græcis adhucdum exstantibus leguntur. Notum est, ex canonibus istis non nisi quatuor priores exhiberi in versionibus latinis antiquis. Porro a codice syriaco, anno 501 exarato, cujus jam supra p.71 meminimus, exulat solus canon septimus, ut qui neque in synodo anni 381, neque in sequente anni 382 conditus fuerit; ceteri vero sex in quatuor contrahuntur, ita ut tertius secundo, quintus quarto jungatur. Ex illo codice symbolum Constantinopolitanum edidit B. H. Cowper, in opusculo quod *analecta Nicæna* inscribitur; cum autem codex ille sit ob summam antiquitatem maximi faciendus, rem eruditionis studiosis haud ingratam nos facturos putamus, si specimen quoddam, quo versionis syriacæ indoles dijudicari queat, in medium proferamus. Canon itaque secundus (secundus et tertius in codd. græcis) sic ibi legitur : ܥܠ ܛܟܣܐ ܕܟܠ ܗܦܪܟܝܐ
ܘܪܝܫܢܘܬܐ ܕܙܕܩܐ ܠܡ̈ܨܪܝܐ . ܘܠܐܢܛܝܘܟܝܐ . ✠
ܘܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ . ܡܕܝܢ̈ܬܐ ܪ̈ܘܪܒܬܐ .
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܪ̈ܫܝ ܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ ܠܥ̈ܕܬܐ ܕܠܒܪ
ܡܢ ܬܚܘܡܝܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܣܘܥܪܢܐ ܠܐ ܢܥܒܪܘܢ . ܘܠܐ
ܢܕܘܕܘܢ ܘܢܚܠܛܘܢ ܥ̈ܕܬܐ . ܐܠܐ ܐܝܟ ܟܢܘܢܐ ܕܡܬ̈ܩܢܐ :
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܗܠܝܢ ܕܒܡܨܪܝܢ ܢܦܪܢܣ .
ܘܐܦܝ̈ܣܩܘܦܐ ܕܡܕܢܚܐ ܠܗܠܝܢ ܕܡܕܢܚܐ ܒܠܚܘܕ .
ܟܕ ܡܬܢܛܪܐ ܫܘܒܚܬܐ ܕܝܗܝܒܐ ܡܢ ܩܢ̈ܘܢܐ
ܕܢܝܩܝܐ ܠܥܕܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܦܪܟܝܐ ܕܐܣܝܐ ܠܗܠܝܢ ܕܒܐܣܝܐ . ܘܕܦܘܢܛܝܩܐ
ܠܗܠܝܢ ܕܒܦܘܢܛܘܣ ܒܠܚܘܕ . ܘܗܠܝܢ ܕܬܪܩܝܐ
ܠܬܪܩܝܐ . ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܢ ܟܕ ܠܐ ܡܬܩܪܝܢ ܠܐ
ܢܥܒܪܘܢ ܠܬܚܘ̈ܡܝܗܘܢ ܐܘ ܕܢܥܒܕܘܢ ܣܝܡ̈ܝܕܘܬܐ
ܐܘ ܠܡܦܪܢܣܘ ܨܒܘ̈ܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ ܥܕ̈ܬܢܝܬܐ . ܟܕ ܕܝܢ
ܡܬܢܛܪ ܢܡܘܣܐ ܕܥܠ ܦܘܪܢܣܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܐ ܘܕܡ̈ܕܝܢܬܐ .
ܝܕܝܥܐ ܗܝ ܕܒܟܠ ܗܦܪܟܝܐ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܗܦܪܟܝܐ
ܬܦܪܢܣ ܐܝܟ ܕܐܬܬܣܝܡ ܒܢܝܩܝܐ . ܥܕ̈ܬܐ
ܕܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܒܪ̈ܒܪܝܐ . ܘܬܬܦܪܢܣ
ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܩܕܡܝܐ ܕܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ ܐܒܗ̈ܬܐ .
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܢ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܢܗܘܐ ܠܗ
ܬܫܒܘܚܬܐ ܒܬܪ ܗܘ ܕܪܗܘܡܝ ܡܛܠ ܕܗܝ ܐܝܬܝܗ ܪܗܘܡܐ ܚܕܬܐ ✠

»*De ordine cujusque provinciæ et primatu debito (ecclesiis) Ægyptiorum et Antiochenorum, necnon Constantinopolitanæ, (nempe) magnis civitatibus. Episcopi ad ecclesias extra ipsorum limites* (διοικήσεις) *quasi ad administrationem (illarum) ne transgrediantur, neque perturbent ac misceant ecclesias; sed juxta statutum canonum episcopus Alexandriæ negocia Ægypti administret, et episcopi Orientis negocia Orientis tantum, servato honore collato a canonibus Nicænis ecclesiæ Antiochenæ; atque episcopi provinciæ* (διοικήσεως) *Asiæ negocia Asiæ, episcopi Pontici negocia Ponti, Thraces negocia Thraciæ. Episcopi autem, si vocati non fuerint, ne transeant limites suos, sive ad ordinationes peragendas, sive ad administrationem aliarum rerum ecclesiasticarum. Si autem servatur canon de gubernationibus regionum et civitatum, evidens est in singulis eparchiis regimen exerceri a synodo eparchiæ* (synodo provinciali), *quemadmodum decretum fuit Niceæ. Ecclesias vero Dei in regionibus gentium barbararum sitas regere oportet juxta morem priorem, quem patres tenuere. Episcopo autem Constantinopoleos est honor* (πρεσβεῖα τῆς τιμῆς) *post Romanum, eo quod illa sit Roma nova.*«

ܫܪܪܘܗܝ ܕܐܝܟ ܠܡܢ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܬܐܘܠܘܓܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦ̈ܐ ܕܡܨܪ̈ܝܐ .
ܐܬܚܣܡܘ ܡܟܪ̈ܝܐ ܣܒܠܘܗ ܗܕܐ ܘܐܪܦܝܘܗܝ.
ܠܟܠܗܝ ܐܫܬܐܠ ܘܫܒܩܗ ܡܪܥܝܬܗ ܕܗܘܐ
ܠܫܢܝܢ ܥܣܪܝܢ ܕܗܘܐ ܒܗ . ܘܥܒܕ ܡܐܡܪܐ
ܫܘܠܡܐ ܘܐܡܪ ܒܗ . ܦܢܘ ܠܝ
ܠܩܠܝܬܝ ܘܠܡܕܒܪܐ ܘܠܐܠܗܐ . ܘܗܝ
ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܟܕ ܠܐܘܙܘܝܘܣ ܐܪܝܢܐ ܕܚܦܬ .
ܠܡܠܛܝܘܣ ܪܒܐ ܥܒܕܬܗ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܘܡܟܝܠ ܡܝܬ ܡܠܛܝܘܣ .

theologo confirmasset, episcopi Ægyptii, invidia ducti, hoc graviter acceperunt. Ille idcirco sese abdicavit ac sedem voluntarie reliquit, quam per annos viginti occuparat, et composuit orationem valedictoriam, in qua hæc habentur : „ restituite me cellulæ, deserto ac Deo[1]. „ Eadem synodus, Euzoio Ariano expulso, Meletium magnum Antiochiæ nominavit; at paulo post obiit Meletius.

ܒܬܪ ܡܠܛܝܘܣ ܦܠܐܒܝܢܘܣ .

ܟܕ ܐܦ ܦܘܠܝܢܘܣ ܥܕܟܝܠ ܚܝܐ ܗܘܐ.
ܘܐܬܥܒܕܬ ܗܘܐ ܫܓܘܫܝܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ .
ܘܟܕ ܩܪܒ ܡܘܬܗ ܕܦܘܠܝܢܘܣ . ܘܠܐ ܨܒܐ
ܕܢܕܒܪ ܦܠܐܒܝܢܘܣ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܡܢ
ܚܣܡܐ . ܘܐܦܢ ܬܪܝܗܘܢ ܐܪܬܘܕܘܟܣܘ ܗܘܘ .
ܣܡ ܐܝܕܐ ܥܠ ܐܘܓܪܝܣ ܬܠܡܝܕܗ
ܘܐܩܝܡܗ ܚܠܦܘܗܝ . ܘܐܦ ܕܠܐ ܢܡܘܣ. ܟܕ
ܩܢܘ̈ܢܐ ܦܩܕܝܢ ܕܟܠܗ... ܐܦܝܣܩܦܐ ܠܐ
ܢܬܬܣܝܡ ܐܦܝܣܩܦܐ . ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܕܝܢ ܘܡܨܪ̈ܝܐ .
ܐܬܟܪܟܘ ܗܘܘ ܠܐܘܓܪܝܣ ܘܐܠܨܘ ܠܡܠܟܐ
ܠܡܛܪܕܗ ܠܦܠܐܒܝܢܘܣ . ܘܗܘ
ܐܠܡܗ ܠܡܘܣܬܐ ܐܡܝܪ ܕܠܐ ܢܪܕܐ .

31. *Post Meletium*[2] FLAVIANUS.

Quia autem Paulinus adhuc vivebat, tumultus factus est Antiochiæ; jam vero Paulinus morti proximus noluit ut Flavianus solus *ecclesiam* regeret, idque ex invidia, quandoquidem orthodoxus erat uterque; igitur Evagrio discipulo suo manum imposuit, eumque sui loco constituit, illegitime sane, cum canones episcopum absque (tribus) episcopis consecrari prohibeant. Porro Romani et Ægyptii, Evagrio faventes, imperatorem urgebant ut Flavianum expelleret : qui accersitus Constantinopolim ut inde Romam concederet, sese prætextu hyemis excusavit, dicens se

[1]) Cff. Theodoretus, *Eccl. hist.*, lib. V, cap. 8; Socrates, *lib. V, cap.* 8. — Habetur ista S. Gregorii oratio *Patrol. Græc.*, XXXVI, 457 sqq.

[2]) Sequentem in margine notam codex exhibet : ܗܢܐ ܡܠܛܝܘܣ ܐܬܪܕܝ ܡܢ ܟܘܪܣܝܗ ܒܙܒܢܗ ܕܘܠܣ ܘܐܬܬܣܝܡ ܐܘܙܘܝܘܣ ܚܠܦܘܗܝ. ܘܟܕ ܐܡܠܟ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܪܒܐ ܘܟܢܫ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܗܦܟ ܠܟܘܪܣܝܗ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܬܪܬܝܢ ܙܒ̈ܢܝܢ ܡܬܥܗܕ. „Valentis tempore Meletius iste, subrogato ei Euzoio, fuerat sede sua expulsus; posquam vero Theodosius Magnus orthodoxus imperio potitus concilium Constantinopolitanum convocarat, ad sedem suam rediit, ideoque commemoratur bis. „

ܐܬܟܠ ܫܦܝܪܐ ܘܐܡܪ ܕܒܢܝܣܢ ܐܙܠ ܐܢܐ . ܘܗܦܟ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܬܘܒ ܐܓܪܘܗܝ ܠܡܠܟܐ ܘܐܫܠܚܗ ܕܬܪܬܝܢ . ܘܠܐ ܐܫܟܚ ܐܡܟܝܢ ܠܘܬܗ ܕܫܘܐ ܠܫܪܝܐ . ܘܦܩܕ ܘܦܢܝܗ ܡܬܦܢܝܢܘܬ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܟܕ ܫܩܠ ܡܠܟܐ ܠܪܗܘܡܐ ܫܕܪ ܦܠܐܒܝܢܘܣ ܠܐܩܩܝܘܣ ܕܚܠܒ ܠܪܗܘܡܐ . ܘܒܝܕ ܫܝܢܐ ܕܥܒܕ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܒܡܨܥܝܘܬܗ ܕܡܠܟܐ . ܘܐܦ ܡܨܪ̈ܝܐ ܐܫܬܝܢܘ .

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܬܪܝܢ ܥܘܠ̈ܢܐ ܣܢܝ̈ܐ ܐܫܟܚ ܡܠܟܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܒܪܗܘܡܝ ܘܒܛܠ ܐܢܘܢ . ܚܕ ܡܢ ܒܝ̈ܬܐ ܕܙܢܝ̈ܬܐ ܕܥܠ ܓܢܒ ܪ̈ܚܝܐ . ܕܐܟܣܢܝܐ ܕܥܐܠ ܗܘܐ ܠܬܡܢ . ܡܬܚܒܫ ܗܘܐ ܠܡܛܚܢ ܠܙܒܢܐ ܕܐܪܝܟܐ . ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ ܘܐܬܥܩܪܘ ܒܬ̈ܐ ܕܙܢܝ̈ܬܐ . ܘܐܚܪܢܐ ܕܐܢܬܬܐ ܕܡܬܬܚܝܕܐ ܗܘܬ ܒܓܘܪܐ . ܐܚܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ̇ ܘܣܝܡܝܢ ܒܒܝܬܐ ܚܕ ܟܕ ܬܠܝܢ ܒܗ̇ ܙܓ̈ܐ ܙܥܘܪ̈ܐ ܕܐܝܟ ܙܢܝܬܐ ܗܝ . ܘܐܢܫ̈ܐ ܡܬܦܪܣܝܢ ܗܘܘ ܠܗ̇ ܡܢ ܩܛܝܪ . ܘܐܦ ܠܗܘܐ ܥܝܕܐ ܒܛܠ ܡܠܟܐ ܘܦܩܕ ܕܐܢܬܬܐ ܬܬܕܝܢ ܘܐܢ ܚܝܒܐ ܠܡܘܬܐ ܬܬܩܛܠ .

ܘܣܡ ܬܘܒ ܗܘ ܡܠܟܐ ܢܡܘܣܐ . ܕܐܢܬܬܐ ܠܐ ܬܗܘܐ ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܐܠܐ ܐܢ ܒܪܬ ܫܒܥܝܢ ܫ̈ܢܝܢ . ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܫܡܫܢ ܚܕ ܚܛܐ ܥܡ ܐܢܬܬܐ ܒܪܬ ܚܐܪ̈ܐ . ܘܟܕ ܐܘܕܥܬ ܠܩܫ̈ ܦܪܣ ܠܡܫܡܫܢܐ ܘܢܦܠ ܡܢ ܕܪܓܗ .

mense Aprili profecturum, et reversus est Antiochiam. Iterum ergo incitarunt imperatorem, qui eum accersivit secundo; at nihil invenit contra ipsum depositione dignum, jussitque eum altera jam vice Antiochiam reverti. Deinceps, cum imperator Romam concessisset, illuc Acacium Halepensem ablegavit Flavianus, atque, pace mediante imperatore cum Romanis inita, Ægyptii pariter placati sunt[1].

Eo tempore imperator Theodosius duos abusus plane detestandos Romæ reperiit et sustulit. Et primo quidem, scortorum cauponæ juxta molas exstabant, quas si quis extraneus esset ingressus, detinebatur ad molendum diuturno tempore; itaque imperator hæc scortorum domicilia jussit excidi. Alter *abusus is erat :* si qua mulier in adulterio deprehendebatur, eam apprehendebant reponebantque in domo quadam, tintinnabulis parvis ei appensis quibus veluti meretrix agnosceretur, illaque tum per vim libidinosi abutebantur; pariter usum istum sustulit imperator, jussitque adulteram judicari, ac etiam, si morte digna esset, morte plectendam[2].

Idem imperator pariter lege sanxit ne mulier fieret diaconissa ante annum ætatis septuagesimum. Eo etiam tempore diaconus quidam peccavit cum muliere nobili; quod cum illa presbytero manifestasset, prodidit hic crimen diaconi, qui fuit gradu suo

[1]) Cfr. Theodoretus, *lib. V, cap.* 23.

[2]) Cfr. Socrates, *lib. V, cap.* 18.

ܗܝܕܝܢ ܐܘܕܡܘܢ ܩܫܐ ܡܠܟ ܠܢܩܛܪܝܘܣ
ܘܐܪܝܡ ܠܟܗ̈ܢܐ ܕܥܠ ܬܝܒܘܬܐ . ܘܫܒܩ
ܠܟܠܢܫ ܒܬܐܪܬܗ ܠܡܬܩܪܒܘ ܠܐܪ̈ܙܐ ܩܕܝ̈ܫܐ .
ܠܗܢܐ ܕܝܢ ܐܘܕܡܘܢ ܗܘܐ ܐܡܪ ܣܘܩܪܛܝܣ
ܟܬܘܒ ܙܒܢ̈ܐ ܕܡܠܟܬܟ ܠܟ ܐܘ ܡܘܬܪܐ
ܠܥܕܬܐ ܐܘ ܠܐ . ܒܪܡ ܠܥܠܬܐ ܗܘܝܬ ܕܠܐ
ܢܟܣ ܫܘܚܠܦܬܐ ܕܚܛܗ̈ܐ . ܘܕܠܐ ܢܛܪ ܡܠܬܗ
ܫܠܝܚܐ ܕܐܡܪ . ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܫܬܘܬܦܝܢ
ܠܥܒ̈ܕܐ ܕܚܫܘܟܐ . ܐܠܐ ܡܬܚܪܝܐܝܬ ܐܟܣܘ .

ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܗܘ ܣܘܩܪܛܝܣ . ܕܣܓܝ̈ܐ
ܐ̈ܢܫܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܚܕܐ ܗܝܡܢܘܬܗ ܐܠܗܝ .
ܦܪܝܫܝܢ ܒܥܝܕ̈ܐ . ܗܐ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܕܒܪܗܘܡܝ
ܬܠܬ ܫ̈ܒܘܥܝܢ ܒܠܚܘܕ ܩܕܡ ܦܨܚܐ ܨܐܡܝܢ
ܘܡܬܩܪܝܢ ܛܣܪܩܘܣܛܐ . ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܝܢ ܩܕܡ
ܫܒܥ ܫ̈ܒܘܥܝܢ ܕܦܨܚܐ ܡܫܪܝܢ ܒܨܘܡܐ .
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܐܦ ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܦܪܝܫܝܢ . ܐܝܬ ܓܝܪ
ܟܪܣܛܝܢܐ ܕܡܢ ܟܠ ܕܐܝܬ ܒܗ ܢܦܫܐ
ܢܛܪܝܢ ܒܙܒܢܗܘܢ ܕܨܘܡܐ . ܘܐܝܬ ܕܐܟܠܝܢ
ܢܘ̈ܢܐ ܒܠܚܘܕ . ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܥܡ ܢܘ̈ܢܐ ܐܦ
ܦܪܚܬܐ ܐܟܠܝܢ . ܡܛܠ ܐܝܟ ܢܘ̈ܢܐ ܡܢ ܡ̈ܝܐ
ܡܬܒܪܝܢ ܠܗܘܢ . ܐܚܪ̈ܢܐ ܡܢ ܒܝܥ̈ܐ ܘܡܢ
ܦܐܪ̈ܐ ܕܐܝܠܢ̈ܐ . ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܠܚܡܐ
ܝܒܝܫܐ ܠܚܘܕ ܡܬܬܣܝܒܪܝܢ . ܐܚܪ̈ܢܐ
ܠܥܕܡܐ ܠܫܥܐ ܬܫܥ ܨܐܡܝܢ . ܡܛܠ ܕܠܐ
ܕܝܢ ܦܘܩܕܢܐ . ܠܟܠܢܫ ܕܟܬܝܒ

depositus. Tum Eudæmonis presbyteri suasu Nectarius sacerdotes pœnitentiæ præpositos sustulit, permisitque ut pro sua quisque conscientia ad sacra mysteria accederet. Quare Eudæmoni dixit Socrates chronographus[1] : « consilium tuum aut Ecclesiæ perniciem *inferet*, vel non; profecto causa exstitisti ne delicta mutua coarguamus, neve servemus præceptum Apostoli dicentis : *nolite communicare operibus tenebrarum, sed potius redarguite*[2]. »

Asserit idem Socrates[3] multoties illos qui ejusdem fidei sunt, moribus esse diversos. Etenim qui Romæ sunt per tres tantum ante Pascha hebdomades jejunant, et «quadragesimales» vocantur, alii autem septem hebdomadibus ante Pascha jejunium incipiunt. Alii iterum esculentorum usu discernuntur: sunt enim christiani qui ab omnibus quibus inest anima tempore jejunii abstinent; nonnulli solum pisces manducant ; alii cum piscibus etiam avibus vescuntur, quod illas sicut pisces ex aquis *productas* esse existimant ; alii ab ovis et fructibus arborum abstinent ; alii solo pane sicco aluntur ; aliqui usque ad horam nonam jejunant. Quoniam vero nemini documentum aliquod *certum* adest, *sequitur* cujusque arbitrio hæc permisisse apostolos, ut non ex metu vel

1) Socrates, *lib. V, cap.* 19, sua ad Eudæmonem verba paulo aliter refert : Ἡ συμβολή σου, ὦ πρεσβύτερε, εἰ συνήνεγκε τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἢ εἰ μή, Θεὸς ἂν εἰδείη. «*Concilium tuum, o presbyter, utrum Ecclesiæ profuerit, an non, Deus viderit*, etc.»

2) *Ephes. V*, 11.

3) *Lib. V, cap.* 22.

ܐܦܣܘ ܡܠܝܬܐ. ܕܠܐ ܡܢ ܕܣܒܠܬܐ ܘܠܐ ܡܢ
ܐܢܢܩ ܢܬܒܪܝܘܗܝ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܡܨܪ̈ܝܐ
ܘܗܠܝܢ ܕܒܬܒܐܝܣ. ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܟܠܝܢ
ܒܣܝܡܬܐ ܡܩܬܪܒܝܢ ܒܐܪ̈ܙܐ. ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܒܐܪܒܥܐ ܘܒܥܪܘܒܬܐ ܩܪܝܢ ܟܬܒ̈ܐ
ܘܡܦܫܩܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܚܢܢ ܒܚܕ ܒܫܒܐ.
ܒܬܣܠܝܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܡܟܗܢܐ ܟܕ ܐܝܬ ܠܗ
ܐܢܬܬܐ. ܠܐ ܫܠܝܛ ܕܢܬܩܪܒ ܠܗ. ܘܐܠܐ
ܒܡܕܢܚܐ. ܘܒܨܒܝܢܐ ܕܡܢ ܢܦܫܐ ܠܟܘܡܪܐ ܕܡܟܣܝܢ
ܡܬܝܗܒܐ ܗܘܐ. ܕܐܦ ܐܦܝܣܩܦ̈ܐ ܐܢ ܨܒܝܢ
ܢܟܠܘܢ ܢܦܫܗܘܢ. ܘܠܘ ܒܐܢܢܩ ܕܢܡܘܣܐ
ܠܟܒܫܘܢ ܗܘܐ. ܣܓܝܐ̈ܐ ܓܝܪ ܘܒܙܒܢܐ
ܕܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܒܢ̈ܝܐ ܐܘܠܕܘ ܡܢ ܢܫܝܗܘܢ
ܢܡܘܣܝܬܐ. ܒܬܣܠܝܐ ܒܝܘܡܬܐ
ܕܨܘܡܐ ܒܠܚܘܕ ܡܥܡܕܝܢ. ܘܒܫܪܟܐ
ܙܒܢܝܢ ܕܠܐ ܥܡܕܐ. ܒܥܕܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܡܫܬܚܠܦ ܣܝܡܗ ܕܡܕܒܚܐ. ܘܣܓܝܐ̈ܐ ܡܕܒܚ̈ܐ
ܠܡܥܪܒܐ ܡܬܩܒܥܝܢ. ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܢ
ܒܬܪ ܐܪܝܘܣ ܕܩܫܐ ܗܘܐ ܘܕܠܚ ܠܥܕܬܐ.
ܗܘ ܩܫܐ ܠܐ ܡܬܪܓܡ. ܒܥܕܬܐ. ܘܫܠܝܚ̈ܐ
ܩܕ̈ܝܫܐ. ܣܛܪ ܡܢ ܗܕܐ ܕܢܬܪܚܩ ܡܢ
ܕܒܚܐ ܘܕܡܐ ܘܚܢܝܩܐ ܘܙܢܝܘܬܐ. ܡܘܒܠܐ
ܐܚܪܢܐ ܠܐ ܣܡܘ ܥܠܝܢ. ܐܡܪܘ ܓܝܪ
ܕܗܟܢܐ ܨܒܐ ܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܦ ܠܢ.

ܘܒܫܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܪܟܕܝܘܣ
ܡܠܟܐ ܕܗܝ ܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܬܡܢܝܐ.
ܐܬܒܢܝ ܥܘܡܪܐ ܕܩܪܛܡܝܢ. ܒܐܝܕܝ ܡܪܝ

necessitate pœnitentiam ageret. Ægyptii et qui Thebaïdem incolunt post comestionem mysteria percipiunt. Alexandriæ, feria quarta et die parasceves legunt et explicant scripturas, quemadmodum nos die dominica. In Thessalia, qui clericus fit postquam jam duxit uxorem, ad hanc sub pœna depositionis prohibetur accedere; verum in regionibus orientalibus hoc cujusque voluntati relinquitur, ita ut episcopi ipsi voluntarie sese contineant, sed nulla legis necessitate *constricti* hoc faciant; multi enim etiam tempore episcopatus filios genuerunt ex uxoribus suis legitimis. In Thessalia, diebus jejunii[1] tantummodo baptizant; reliquis vero temporibus moriuntur sine baptismate. In ecclesiis Antiochiæ varius est situs altaris, et *altaria* multa occasum versus affixa sunt. Alexandriæ, a quo tempore Arius, qui presbyter erat, conturbavit ecclesiam, presbyter jam non prædicat in ecclesia. Denique, apostoli sancti præter hoc ut caveamus ab immolatis, a sanguine, suffocato ac fornicatione, aliud onus nemini imposuerunt; dixerunt enim « *ita placuit Spiritui Sancto et nobis*[2]. »

Anno primo regni Arcadii imperatoris, qui est annus septingentesimus 8[us] Græcorum (*Christi* 399), ædificatum est cœnobium Cartaminense per Mar

1) Non recte hoc loco Socrates exscribitur. Dicit enim: Ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Πάσχα μόνον «*diebus Paschatis tantum.*»

2) *Act.* XV, 28.

ܫܡܘܐܝܠ ܪܝܫܕܝܪܐ ܩܕ̄. ܘܡܪܝ ܫܡܥܘܢ
ܬܠܡܝܕܗ. ܗܘ ܕܚܘܝ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ
ܟܠܗ ܪܘܫܡܐ ܕܫܬܐܣܐ ܕܕܝܪܐ ܘܗܝܟܠܐ.
ܘܒܬܪ ܙܒܢܐ ܠܐ ܙܥܘܪ. ܩܡ ܡܪܝ ܓܒܪܐܝܠ
ܪܝܫܕܝܪܐ. ܗܘ ܕܐܦ ܐܦܣܩܦܐ ܐܬܬܣܝܡ ܒܫܢܬ
ܬܫܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܚܡܫ ܕܝܘ̈ܢܝܐ · ܘܗܘ
ܐܙܠ ܠܘܬ ܬܪܥܐ ܒܪ ܓܛܐܒ ܡܠܟܐ
ܕܛܝܝܐ. ܒܗ ܐܝܟܐ ܕܗܘܐ ܒܓܙܪܬܐ ܕܒܢܝ
ܙܒܕܝ ܘܢܣܒ ܣܝܓܠܝܘܢ ܕܫܘܠܛܢܐ ܥܠ
ܥܡܐ ܕܟܪܝܣܛܝܢܐ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ. ܡܬܒܝܢ ܗܘܐ ܒܡܠܬܐ
ܘܒܕܘܒܪܐ . ܐܦܝܦܢܝܘܣ ܕܩܘܦܪܘܣ.
ܘܡܪܘܬܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܗܘ ܕܐܫܬܕܪ
ܐܝܙܓܕܐ ܠܘܬ ܐܝܙܕܓܪܕ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ.
ܘܥܒܕ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܪ̈ܘܪܒܬܐ ܣܓܝ ܐܠܗܐ
ܒܐܝܕܘܗܝ.

ܘܡܢ ܡܝܬܗ ܕܢܩܛܪܝܘܣ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܝ. ܫܕܪ
ܡܠܟܐ ܐܪܩܕܝܘܣ ܐܦܣܩܦ̈ܐ ܘܐܝܬܝܘ
ܠܝܘܚܢܢ ܛܒܝܒܐ. ܗܢܘ ܕܡܢ ܛܠܝܘܬܗ ܠܘܬ
ܠܝܒܢܝܘܣ ܘܐܢܕܪܓܛܝܘܣ ܦܝܠܘܣܘܦ̈ܐ
ܐܬܪܕܝ. ܡܢ ܒܬܪ ܗܕܐ ܒܟܬܒ̈ܐ ܕܥܕܬܐ.
ܡܢ ܕܝܕܘܪܘܣ ܕܛܪܣܘܣ ܘܩܪܛܪܝܘܣ

Samuelem, archimandritam sanctum, et Mar Simeonem ejus discipulum, cui angelus Dei totam fundamentorum cœnobii ac templi delineationem demonstravit[1]. Porro tempore haud exiguo elapso, archimandrita creatus est Mar Gabriel, qui præterea ordinatus est episcopus anno Græcorum nongentesimo sexagesimo quinto (*Chr.* 654); atque ille ad sedem Barchatibi Arabum regis, qui in Gazartha Zabdæorum[2] versabatur, profectus, diploma obtinuit *quo sibi* in populum christianum jurisdictio *concedebatur*.

Ea ætate verbo et moribus inclaruere Epiphanius Cypri et Maruthas Maiphercatæ, qui legatus missus fuit ad Izdegerdem Persarum regem, ubi per ipsum Deus magna prodigia est operatus[3].

Post obitum Nectarii Constantinopolitani misit Arcadius imperator episcopos, qui celebrem Joannem adducerent. Is a pueritia a Libanio et Andragathio philosophis eruditus, deinde scriptis Ecclesiæ operam dare cœpit, Diodoro Tarsensi et Carterio, qui adhuc monachi erant, præcepto-

[1]) « *Cartamina*, inquit Assemanus, *dissert. de Syris Monophys*, p. 73, antiquissimum Syrorum monachorum cœnobium apud Marden, Mesopotamiæ urbem. » Decursu temporis factum est, ex Orientalis Ecclesiæ more, ut cœnobium istud suum habuerit episcopum, qui quidem jurisdictionem in regionem circumjacentem Mardinensem exercebat.

[2]) Verti possunt verba syriaca : *in insula filiorum Zabdi seu Zebedæi*. Erat quippe *Gazarta*, Arabibus *Gezira*, quam S. Hieronymus, in *Chronico*, *Zabdicene*, Ammianus Marcellinus, *lib*. 20, *cap*. 15 *et* 16, *Bezabdem* vocat, Tigridis insula et urbs, non multum a Ninive sive Mosul ad septemtrionem distans. Videsis *Dissert. de Syris monoph*. p. 83 et Ritter, *Erdkunde, West-Asien*. Th. XI, p. 147, sqq.

[3]) De Maruthæ gestis fusius agetur in altera sectione Chronici ecclesiastici.

ܕܠܝܒܢܝܘܣ ܪܗܛܪܐ ܗܘܐ ܡܫܡܫ ܗܘܐ ܠܗ.
ܘܐܦ ܬܐܕܘܪܘܣ ܕܡܦܣܘܐܣܛܝܐ ܥܡܗ
ܝܠܦ ܗܘܐ. ܘܐܬܚܒܒ ܬܘܒ ܥܡ ܪܒܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ. ܘܢܦܩ ܠܛܘܪܐ ܠܘܬ ܣܒܐ
ܚܕ ܪܒܐ ܘܝܠܦ ܗܘܐ ܡܢܗ ܥܠ ܦܪܣܐ
ܕܡܙܟܐ ܫ̈ܐܕܐ ܐܪܒܥ. ܘܚܒܫ ܢܦܫܗ ܐܡܝܢ
ܕܠܡܪܕܘܬܐ ܫ̈ܢܝܐ ܬܪܬܝܢ. ܘܡܛܠ
ܕܐܬܟܪܗ ܗܦܟ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܡܢ ܡܠܛܝܘܣ. ܘܒܬܪܟܢ ܩܫܝܫܐ ܡܢ
ܐܘܓܪܝܣ ܗܘ ܕܩܡ ܚܠܦ ܦܠܒܝܢܘܣ.
ܘܦܫܩ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܫܠܝܚܐ ܟܕ ܗܘ ܒܪ
ܟ̄ܚ ܫ̈ܢܝܢ. ܘܐܬܩܪܝ ܟܪܘܣܘܣܛܘܡܘܣ ܗ̄
ܦܘܡܐ ܕܕܗܒܐ. ܘܡܬܢܟܦ ܗܘܐ ܒܡܠܝܐ
ܕܢܟܦܘܬܐ. ܘܚܡܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܢܟܦܘܬܐ
ܫܠܝܛܐ ܗܘܬ ܒܗ. ܘܟܕ ܬܟܝܠ ܗܘܐ ܥܠ
ܕܒܪܘܗܝ ܠܐ ܙܗܝܪ ܗܘܐ ܒܡ̈ܠܘܗܝ.
ܘܒܩܫܝܘܬ ܠܫܢܐ ܕܠܐ ܟܝܠܐ ܡܬܦܫܛ
ܗܘܐ. ܘܟܕ ܚܡܫܝܢ ܫ̈ܢܝܢ ܗܘܐ ܐܦܣܩܘܦ
ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ. ܘܡܛܠ ܕܥܫܝܢ ܗܘܐ ܕܩ̈ܠܝܪܝܩܐ
ܐܬܟܪܗܘ ܡܢܗ. ܣܓܝܐ̈ܐ ܓܝܪ ܡܢ ܡܫܡܫܢܐ
ܡܟܪܝܢ ܗܘܘ ܒܗ. ܘܓܕܫ ܕܐܙܠ
ܠܐܦܣܘܣ ܠܡܣܪܚܘ ܠܗ̇ ܐܦܣܩܦ. ܘܐܫܬܒܩ

ribus usus. Una cum illo institutus est Theodorus Mopsuestenus, ac etiam cum Basilio Magno familiariter degebat. Postea in montem apud senem quemdam præstantem sese recepit, et ab eo per annos quatuor modum præliandi contra dæmones didicit, atque hinc studii gratia se inclusit duobus annis; verum propter infirmitatem Antiochiam reversus, factus est diaconus a Meletio, et postea presbyter ab Evagrio, Flaviani successore[1], atque Evangelium et Apostolum *concionando* interpretatus est, natus annos 28. Appellatus est Chrysostomus, id est os aureum; extitit autem in temperantiæ studio strenuus, eumque ira magis quam verecundia occupavit; cum vero moribus suis confideret, in verbis suis fuit incautus ac linguæ asperitati immodice indulsit. Quum quinquaginta esset annorum, creatus est episcopus Constantinopolitanus; ibi statim ab initio durior apparuit, et clerici plurimi de ipso pertæsi fuerunt; contigit autem ut, dum ipse Ephesum ad consecrandum illi civitati episcopum concessisset, Severianus Gabalorum[2] Constantinopoli versaretur, illic *ad populum*

[1]) Librarii lapsus hic corrigendus, qui ܠܦܠܒܝܢܘܣ *Flavianum* pro ܦܘܠܝܢܘܣ *Paulino* oscitanter descripsit. Supra enim pag. 113-114. Barhebræus a Paulino jam morti proximo Evagrium qui ipsi succederet ordinatum fuisse testatur. Porro Socratem (*lib. VI, cap.* 3) sequitur auctor noster, dum asserit Chrysostomum ab Evagrio sacerdotio initiatum fuisse; veri tamen similius est eum non ab Evagrio, sed ab alio episcopo orthodoxo qui tunc Antiochenæ ecclesiæ præerat, nempe a Flaviano, ordinatum fuisse, Cff. Valesii annotatio in Socrat. *loc. cit.* et Tillemont, *Mémoires*, tom. XI, pag. 33.

[2]) De dissidio Joannem inter et Severianum vide Socratis *lib. VI, cap.* 11, et Sozomeni *lib. VIII, cap.* 10. Porro ܓܒܠ *Gabala* hodie pagus est ad orientem Chalcidis in via quæ ducit a Chalcide ad Suram. Ritter *Erdkunde, West-Asien*, t. VII, th. X, 1084.

[illegible]

loquens et instituens homilias; huic adversarium se præbuit Serapion, diaconus Joannis, quem quidem cum rediisset, eo adduxit ut Severianum expelleret sine examine. Quamobrem Joannem reprehendit Eudòxia imperatrix, ac Severianum revocari jussit; at Joannes cum eo tamdiu reconciliari recusavit, donec ipsa imperatrix ad ecclesiam Apostolorum adveniens, et secum filium suum Theodosium juniorem adducens, hunc ad genua Joannis, ipsum adjurando, abjecerit; atque *ita* ægre inter ipsos pax exterior inita fuit. Cum autem perpetuo mulieres vehementer redargueret, ac dejecisset ecclesiæ vicinam statuam imperatricis, quam etiam suggillabat tanquam Jezabelem ob vineam viduæ ereptam, magis invisus apud illam evasit; ast populus propter spectatam ejus doctrinam ei ardenter adhærebat.

Porro Theophylus Alexandrinus aliquid humani passus, suas in affectu *hostili* partes habebat, eo quod Isidorum presbyterum suum vellet consecrare *episcopum* Constantinopoleos[1]. Is itaque ad suas partes pertraxit Epiphanium Cyprensem, qui cum bona fide illius suasu duceretur, Constantinopolim pervenit, ibi in ecclesia Mar Joannis extra civitatem sita peregit absque Joannis licentia ordinationem diaconorum, atque in scripta Originis, quorum studio multum deditus erat

[1] Cff. Socrates, *lib. VI, cap.* 2, et Sozomenus, *lib. VIII, cap.* 3.

ܫܕܪ ܠܗ ܕܥܒܪܬ ܥܠ ܩܢܘܢܐ . ܥܒܕܬ
ܬܫܡܫܬܐ ܒܥܕܬܐ ܕܝܠܝ ܕܠܐ ܦܘܩܕܢ .
ܘܐܘܣܦܬ ܐܦ ܣܡܟܬ ܐܝܕܐ . ܐܙܕܗܪ ܐܦ
ܗܫܐ . ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܫܓܘܫܝܐ ܒܥܡܐ .
ܐܦܝܦܢܝܘܣ ܡܢ ܗܕܐ ܕܚܠ ܘܢܦܩ .

ܘܝܘܚܢܢ ܥܒܕ ܬܘܪܓܡܐ ܘܨܚܐ ܠܟܠܗܝܢ
ܢܫܐ . ܘܟܕ ܫܡܥܬ ܡܠܟܬܐ ܕܥܠܝܗ
ܦܥܠܗ ܠܨܥܪܐ . ܘܫܕܪܬ ܠܘܬ
ܬܐܘܦܝܠܘܣ ܕܢܐܬܐ ܢܟܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ .
ܘܟܕ ܐܬܐ ܘܩܪܐ ܐܪܒܥ ܙܒܢܝܢ ܠܝܘܚܢܢ
ܘܠܐ ܐܬܐ : ܦܣܩܗ . ܘܐܬܚܡܬ ܥܡܐ .
ܥܕܡܐ ܕܩܛܠܐ ܒܥܐ ܗܘܐ . ܐܠܘܠܐ
ܐܬܦܢܝ ܗܘ ܝܘܚܢܢ . ܘܢܦܩ ܒܥܕܢܐ
ܕܛܗܪܐ ܟܕ ܠܐ ܐܕܥ ܐܢܫ . ܡܠܟܐ ܕܝܢ
ܐܠ . ܘܫܕܪ ܐܗܦܟܗ ܡܢ ܠܘܩܒܠ
ܢܝܩܘܡܕܝܐ . ܘܟܕ ܗܦܟ ܠܐ ܨܒܐ ܗܘܐ
ܕܢܥܘܠ . ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܢܬܕܝܢ ܩܕܡܘܗܝ . ܥܡܐ
ܕܝܢ ܐܬܪܥܡ ܘܐܥܠܘܗܝ ܒܩܛܝܪܐ ܘܒܙܘܚܐ .
ܘܟܕ ܠܐ ܨܒܐ ܐܘܬܒܘܗܝ ܥܠ ܬܪܘܢܘܣ .
ܘܬܪܓܡ ܘܝܗܒ ܫܠܡܐ . ܘܬܘܒ ܐܬܚܡܬ
ܡܛܠ ܨܠܡܐ ܕܡܠܟܬܐ ܕܐܬܬܩܝܡ ܗܘܐ
ܩܪܝܒ ܥܕܬܐ . ܘܐܪܝܡ ܠܫܢܗ ܥܠ ܗܢܘܢ
ܕܐܩܝܡܘܗܝ . ܡܠܟܬܐ ܕܝܢ ܥܠ ܢܦܫܗ
ܚܫܒܬ ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ . ܘܦܩܕܬ ܕܬܘܒ
ܬܬܟܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ . ܘܟܕ ܐܪܓܫ ܥܒܕ
ܬܘܪܓܡܐ ܗܘܝܐ . ܬܘܒ ܐܡܪܝܢܐ ܡܫܬܠܛܢܐ .
ܬܘܒ ܡܙܕܡܪܐ . ܬܘܒ ܠܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ

Joannes, anathema pronunciavit. Joannes autem illi per nuncium dixit: „egisti contra canones; liturgiam, injussu meo, celebrasti in ecclesia mea, et præterea ordinationem peregisti. Interim cave ne tumultus fiat in populo.“ His auditis, *Epiphanius* perterritus reversus est[1].

Deinde Joannes homiliam dixit, qua mulieribus universim conviciabatur; quo audito, imperatrix in se contumeliam hanc accepit, arcessivitque Theophylum ut synodum convocaret. Is autem, cum advenisset, in Joannem, quater invitatum et venire recusantem, sententiam dixit. Verum populus maximopere indignatus jam in eo fuit ut stragem incepisset, nisi intercessisset ipse Joannes. Exiit autem hora meridiana, advertente nemine. Mox imperator, *populi seditione* commotus, *ab oppido* ex adverso Nicomediæ *sito* eum reducere jussit; at cum rediisset, *urbem* ingredi renuit, nisi prius causa sua dijudicaretur; populus vero, concitato clamore, ipsum cum vi et apparatu introduxit, imo vel invitum cathedræ insedere fecerunt, *ubi* concionem habuit et pacem dedit[2]. Alia opportunitate zelo flagravit propter imperatricis statuam, non procul ab ecclesia positam, atque linguam suam contra eos qui illam erexerant armavit; imperatrix autem verba tanquam contra se ipsam *prolata* accipiens, jussit synodum denuo congregari; hac de re certior effectus,

[1]) Socrates, *lib. VI*, *capp.* 12 *et* 14.

[2]) Socrates, *loc. cit.*, *capp.* 15 *et* 16.

Joannes composuit homiliam, hoc modo *incipientem* : «rursum Herodias insanit, rursum saltat, rursum caput Joannis in disco requirit.» Jam vero episcopi, in unum collecti, statuerunt illum, eo quod in cathedra sedisset prius quam causa sua perpensa fuisset, dignum esse condemnatione ; imperator autem contra eum exilii pœnam edixit. Igitur ecclesiam suam reliquit, et ejus loco ordinatus fuit Arsacius, frater Nectarii, paulo post morte ablatus; huic successorem dederunt Atticum, virum venerabilem[1].

Epiphanius mortuus est, quemadmodum de eo prophetaverat Joannes, illum nempe ad sedem suam vivum haud redditurum; similiter fertur ipsum prædixisse Joannem in exilio moriturum. Fuerunt profecto utrique viri venerabiles et sancti; ast ex humano affectu mutuas sibi molestias crearunt. Idcirco Socrates, negocium istud describere volens, *ita* dicit ; « Celassem illorum nomina qui in Joannem injuriosi fuerunt, quippe cum ob ceteras illorum virtutes pudeat me *talia referre,* nisi coëgisset hæc causa, *nempe* ne intercideret narrationis accuratæ series.» Fuit autem S. Epiphanius genere judæus, natusque annos 16, baptizatus et vitam monasticam professus est. Donum patrandorum miraculorum ac virtutum acceperat, dæmones etiam ejecit. Porro cum sexaginta esset annorum creatus est episcopus, officio vero

[1]) Ibidem, *capp.* 18-20.

ܕܠܐ ܡܚܙܘܗܝ ܗܘܐ ܐܘ ܡܥܡܕ. ܐܦ ܠܐ ܡܫܡܫ ܠܐ
ܗܘܐ ܠܗ. ܘܗܘ ܐܥܡܕ ܠܐܪܩܕܝܘܣ
ܘܐܘܢܘܪܝܘܣ ܡ̈ܠܟܐ.

ܝܘܚܢܢ ܕܝܢ ܚܡܫ ܫ̈ܢܝܢ ܒܟܘܪܣܝܗ
ܢܨܚ ܘܬܠܬ ܫ̈ܢܝܢ ܒܐܟܣܘܪܝܐ.
ܘܡܝܬ ܒܩܘܡܢܐ. ܐܡܪܝܢ ܕܒܬܪ
ܕܥܡܕ ܡܢ ܕܥܡܕ ܠܐ ܝܡܐ ܘܠܐ ܐܘܡܝ.
ܘܠܐ ܠܛܝ ܘܠܐ ܕܓܠ ܘܠܐ ܓܚܟ ܘܚܡܪܐ ܠܐ
ܐܫܬܝ. ܘܥܡܗ ܐܦ ܠܐ ܚܕ ܠܐ ܠܥܣ.
ܘܡܢ ܗܕܐ ܗܘܬ ܥܠܬܐ ܠܣ̈ܢܐܘܗܝ
ܕܢܐܟܠܘܢ ܕܚܕܝܢܘܬܗ ܡܫܬܥܐܝܢ. ܐܦ
ܡܬܒܨܪ ܐܣܟܡܐ ܦܘܡܗ ܡܢ ܐܟܠ. ܒܠܒܕ
ܠܐ ܢܟܘܠ ܩܕܡ ܐܢܫ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܗܘܬ
ܫܠܝܦܘܬܗ ܕܝܘܚܢܢ ܩܕܝܫܐ. ܒܟܠܗܝܢ
ܦܘܠܚܢܐ ܕܥ̈ܕܬܐ ܒܡܕܢܚܐ ܘܒܡܥܪܒܐ
ܐܫܬܓܫܘ. ܘܙܥܬ ܐܪܥܐ ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ.
ܘܠܐ ܫ̈ܠܝܢ ܗܘܘ ܙܘ̈ܥܐ ܒܩܘܣܛܢܛܝ ܠܐ
ܒܐܝܡܡܐ ܘܠܐ ܒܠܠܝܐ ܐܪ̈ܒܥܐ ܝܪ̈ܚܐ.
ܘܟܠܢܫ ܐܡܪ ܗܘܐ. ܕܬܒܥܬܗ ܗܝ ܡܢ
ܡܪܝܐ. ܡܛܠ ܫܘܪܓܢ ܠܐ ܢܡܘܣܝܐ
ܕܥܠ ܝܘܚܢܢ.

pastorali functus est per annos quinquaginta quinque. Fertur illum absque visione neque sacerdotale munus obiisse, neque baptisma administrasse; ipse vero imperatores Arcadium et Honorium baptizavit[1].

Ad Joannem quod attinet, is quinquennio tantum sede sua potitus est et tres annos in exilio *degit*; obiit autem Comanis[2]. Fertur eum post baptisma nunquam aut jurasse, aut juramentum exegisse, neque imprecatum fuisse aut mentitum, neque risisse, neque vinum bibisse, neque aliquem ad mensam admisisse. Quo quidem ansam adversariis suis præbuit ut ejus vivendi modum avaritia taxarent; ast deformis apparebat oris ejus positio, quando manducabat, atque hæc causa fuit cur coram nemine cibos sumeret. Porro, post depositionem S. Joannis, ecclesiasticæ provinciæ omnes, tam in Oriente quam in Occidente, perturbationes passæ sunt, et terra septem diebus contremuit; Constantinopoli vero, per quatuor menses commotiones interdiu noctuque haud intermissæ fuerunt; hoc vero quisque prædicabat ultionem esse a Deo ob illegitimam S. Joannis depositionem.

[1]) Hæc de S. Epiphanio fere desumpta fuere e vita ipsius, primum a Surio latine, deinde a Petavio græce quoque edita (*Patrol. græc.*, XLI, 24 sqq.), quam jam diu, utpote fabulis scatentem Baronius, ad a. 372, aliique eruditi (*Act. sanctt.* ad 12 Maji) merito exploserunt. Juxta Tillemontium, *tom. X, pp.* 497 *sqq.*, Salaminæ, episcopus fuit ordinatus anno 367, diem obiit supremum anno 403.

[2]) S. Joannes ad vitam immortalem migravit die 14 Septembris anni 407, quod et Elias Nisibenus adnotat ad annum Græcorum 718 : ܒܗ ܫܢܬܐ ܐܬܢܝܚ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܗܘܐ ܦܘܡܐ ܕܕܗܒܐ ܒܐܟܣܘܪܝܐ ܒܐܪܒܥܣܪ ܒܐܝܠܘܠ. «*Eo anno obiit Joannes Chrysostomus in exilio, die decima quarta Septembris.*»

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܝܬ ܬܐܘܕܘܪܘܣ
ܕܡܦܣܘܐܣܛܝܐ. ܘܐܬܘ ܕܝܪ̈ܝܐ ܘܐܘܕܥܘܗ̇
ܠܡܠܟܐ ܕܗܪܛܝܩܐ ܗܘܐ. ܘܡܬܟܬܫܝܢ ܗܘܘ
ܥܠܘܗܝ. ܘܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܗܝܕܝܢ ܐܒܫܡܝܐ
ܩܫܝܫܐ ܒܪ ܚܬܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ.
ܗܢܐ ܣܡ ܡܐܡܪ̈ܐ ܡܫ̈ܘܚܐ ܒܡܫܚܐ ܕܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܥܠ ܦܚܣܘܬܐ ܕܗ̈ܘܢܝܐ ܕܒܙܒܢܗ
ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ. ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܬܝܕܥ
ܗܘܐ ܡܪܝ ܐܒܚܝ ܒܐܬܪܐ ܕܡܪܕܝܢ.
ܘܡܢ ܫܡܥܗ ܩܪܝܗ ܡܠܟܐ ܬܐܘܕܘܣܝܣ
ܘܐܥܠܗ ܠܘܬܗ. ܘܐܬܬܣܝܡ ܗܘ ܡܢ
ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܠܢܝܩܝܐ. ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܬܚܙܝ
ܠܡܠܟܐ ܚܙܘܐ ܕܚܝܠܐ. ܡܠܐܟܐ ܕܡܪܝܐ
ܕܐܡܪ ܠܗ. ܕܓܪ̈ܡܐ ܕܠܐ ܡܘܬܪ ܡܝܩܪ ܐܢܬ.
ܡܛܠ ܕܠܘ ܟܠܗܘܢ ܕܩܕ̈ܝܫܐ ܐܢܘܢ.
ܘܐܬܥܝܩ ܗܘ ܡܠܟܐ. ܘܐܘܕܥ ܡܕܡ
ܕܚܙܐ ܠܡܪܝ ܐܒܚܝ. ܘܗܘ ܡܢ ܦܘܩܕܢ
ܡܠܟܐ ܟܢܫܗܘܢ ܠܓܪ̈ܡܐ ܕܒܐܘܚܕܢܐ ܕܪ̈ܘܡܝܐ
ܒܟܘܡܪܝ ܩܝܣܐ. ܘܣܡ ܢܘܪܐ ܘܟܒܪܝܬܐ.
ܘܝܩܕ ܠܟܠܗܘܢ ܪ̈ܒܘܬܐ. ܘܐܦܩܘ ܡܢܗܘܢ
ܬܠܬ ܪ̈ܒܘܬܐ. ܘܢܦܩܘ ܠܒܪ ܐ̈ܠܦܝܢ
ܡܐܢ̈ܝܢ. ܘܢܦܩܘ ܠܡܠܬܐ ܐ̈ܠܦܝܢ ܡܢ
ܦܓܪܡܫܝܢ. ܘܚܕܝ ܡܠܟܐ ܘܝܩܪ ܠܩܕ̈ܝܫܐ.
ܘܫܠܛ ܠܡܪܝ ܐܒܚܝ ܕܢܫܡܫ ܠܗܘܢ
ܒܗܝܟܠܐ ܪܒܐ ܕܒܢܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܡܠܟܐ
ܢܦܩ ܗܘ ܡܪܝ ܐܒܚܝ ܫܢܝܐ ܠܐ̈ܦܣܝܣ

Circa hoc tempus mortuus est Theodorus Mopsuestenus[1], adveneruntque monachi, qui eum ut hæreticum imperatori denunciarunt, et conquesti sunt de illo. Tunc etiam inclaruit Absamias[2] presbyter, Mar Ephræmi doctoris ex sorore nepos; composuit ille plures tractatus metricos, ad rythmum Mar Ephræmi *exactos*, de incursionibus Hunnorum quæ illo tempore contigerunt. Ea quoque tempestate inclaruit S. Mar Abhæus in regione Mardinensi, qui, ob famam suam, accitus ab imperatore Theodosio, porro consecratus fuit metropolita Nicææ. Sub id tempus apparuit imperatori visio *quædam* terribilis, *nimirum* angelus Domini illi dicens : « ossa *mortuorum* tu frustra honoras, quia non omnia ad sanctos pertinent; » imperator perturbatus, quæ viderat cum Mar Abhæo communicavit; hinc sanctus ille vir, imperatoris jussu, omnes reliquias in ditione Romanorum *repertas* collegit, eisque in congesto lignorum acervo collocatis supposuit ignem et sulphur; ita combusta fuerunt reliquiarum triginta millia, *incombusta vero* exierunt octo millia, fulgorem edentia; hac de re gavisus est imperator, sanctis honorem exhibuit, præfecitque Mar Abhæum ut illis cultu religioso ministraret in magno templo a se ædificato. Post imperatoris mortem, Mar Abhæus

[1]) Theodorus, Mopsuestiæ in Cilicia episcopus, obiit circa annum 428. Cfr. Tillemont, *Mémoires*, *XII*, p. 441.

[2]) Cfr. Assemani *Biblioth. Orient.*, tom. I, pp. 169, sq. Absamiæ scripta, quæ hic commemorat Barhebræus, adhuc reperta non fuerunt.

ܡܠܟ̈ܐ . ܘܐܬܐ ܠܥܒܪ ܦܪܬ ܕܠܘܬ ܦܢܐ
ܠܗܘܪܐ ܕܗܘ ܕܝܪܐ ܕܩ̈ܠܝܡܛܐ . ܘܠܢܝܩܝܐ
ܐܬܬܣܝܡ ܐܢܕܪܘܢܝܩܘܣ ܬܠܡܝܕܗ .
ܘܟܘܪܣܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܡܢ ܐܚܕܐ
ܡܬܡܛܠܝܐ ܗܘܐ ܒܦܠܒܝܢܘܣ ܘܐܘܓܪܝܣ .
ܡܝܬ ܦܠܒܝܢܘܣ . ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܡܝܬ
ܐܦ ܐܘܓܪܝܣ .

assumptis quinque mille reliquiis, domicilium transtulit juxta flumen Euphratem, ad monasterium scalarum; Nicææ autem episcopus datus fuit Andronicus, ejus discipulus[1]. Pariter vacavit sedes Antiochena, mortuis primum Flaviano, et paulo post Evagrio, illic simul *episcopali* ministerio perfunctis.

ܒܬܪ ܐܘܓܪܝܣ ܀ ܦܘܪܦܘܪܝܘܣ .

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܡܫܬܡܥ ܗܘܐ ܓܒܪܐ ܡܡܠܠܐ ܀
ܣܝܣܝܢܝܘܣ ܐܦܣܩܦܐ ܕܢܘܒܛ̈ܝܢܘ ܕܐܦ ܡܢ
ܟܝܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܠܘܠܘܬܐ ܠܘܬ

32. *Post Evagrium*, PORPHYRIUS.

Eo tempore inclaruit vir eloquens, Sisinnus[2], Novatianorum episcopus, cui ab ipsa natura dispositio ad disertos sermones inerat. Qui objurganti

[1]) Prodigium hujusmodi, quo juxta Barhebræum, reliquiæ sanctorum authenticæ a falsis tunc fuerint secretæ, historiographorum Graecorum nemo, quantum novi, ullibi commemorat; atque tota ista narratio, dubio procul, e fabulatore quopiam monophysita hausta fuerit, forsitan e vita S. Abhæi, qualis exstat in *codice* Vaticano *Syriaco* 32, necnon in *cod. add.* 12174. Musei Britannici (de quo vide Land, *Anecdota syriaca*, tom. II, p. 29, sq.).

Imo, quod attinet ad personam et gesta Mar Abhæi, nihil documentis fide dignis definire licet. Lequien, *Or. Christ.*, *II*, *col.* 642, et ipsum, et, quem ei successorem facit Barhebræus, Andronicum, in serie episcoporum Nicænorum omittit; ast eodem tomo, indicis col. XXIX, hæc habet: »Ab-Haüs, Niceæ (episcopus) sub Arcadio, Honorio et Theodosio juniore imperatoribus, hoc tomo omissus fuit ante Anastasium I.« Quæ quidem ille ex Assemano collegit. Videlicet, *Biblioth. Orient.*, *tom. II*, 505, breviter describitur codex syriacus Scandariensis 32, in quo legitur »vita S. Abhæi episcopi... emendata a Michaële Magno, patriarcha Jacobitarum« (qui obiit anno 1199). Plura ex hac vita excerpta habet idem auctor in perraro *Catalogo codd. vatic.*, tom. II, p. 47 sq.; hujus libri copia nunc mihi non est, sed quæ ex eo adnotavit humanisse ad me transmisit Rev. H. Matagne, socius Bollandianus. Itaque, natus esset Mar Abhæus propre Mardin, in Mesopotamia, atque ab illius civitatis episcopo, diaconus primo, deinde presbyter ordinatus, miraculis mox clarere cœpit; porro admirationem hominum effugere cupiens, juxta Cæsaream Cappadociæ secessit, atque inde a Theodosio fuit ad episcopatum Nicænum accitus. Hanc sedem per annos 33 occupavit; post Theodosii obitum, sede se abdicavit et successorem habuit Andronicum; ipse vero, Ægypto et Palæstina lustratis, in monte ubi antea *monasterium scalarum* ܕܝܪܐ ܕܩ̈ܠܝܡܛܐ exstabat, novum exstruxit cœnobium suo nomine nuncupatum, in quo obiit 15ª Julii, natus annos centum et decem. Jam vero conjicit Assemanus eum aut commentitium esse, aut ex iis fuisse episcopis, concilio Chalcedonensi infensis, quos sedibus suis imperator Marcianus ejecit. Utra conjectura verisimilior sit, nostrum non est dijudicare; commentitium tamen eum hominem ægre dixerim, qui a Jacobitis in Kalendariis, teste eodem doctissimo P. Matagne, celebratur, et cujus nomine exstabat monasterium toto Oriente celeberrimum. Quippe monasterium illud pluries a Barhebræo in decursu *Chronici* laudatur; situm erat ad ripas Euphratis, prope Samosatam, Syriæ Comagenæ urbem notissimam. Cfr. *Dissert. de Syris Monoph.*, *p.* 96.

[2]) Qui a Græcis vocatur Σισίννιος *Sisinnius*. Cfr, Socrates, *hist. eccl.*, lib. VI, cap. 22.

ܡܬܥܛܦ ܡܠܟܬܐ . ܠܗܢܐ ܙܟܝܢܗ ܐܝܟܐ .
ܟܬܝܒ ܕܐܬܟܡܠܬ ܚܘܪܐ ܠܒܘܫ ܗܘܐ .
ܘܦܠܝ . ܕܐܡܪ ܫܠܝܡܘܢ ܕܢܗܘܘܢ ܐܘܟܡܐ.
ܠܗ ܡܢܚܬܝܟܘܢ ܐܦܠܐ ܡܪܢ ܕܐܬܚܙܝ .
ܒܛܘܪ ܬܒܘܪ · ܚܘܪ̈ܐ ܠܒܝܫܝܢ ܗܘܘ ܠܗ
ܟܐܒܕ ܩܝܡܬܐ ܕܡܪܢ . ܘܡܠܐܟܐ ܟܘܒܝ
ܩܝܡܬܐ ܡܣܒܪܘ ܟܠܗ ܡܫܝܚܐ ܕܡܪܢ .
ܘܐܡܪ ܝܘܚܢܢ ܐܦܝܣܩܦܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘ .
ܐܡܪ ܠܗ ܒܚܕ ܡܢ ܙܒܢܝܢ . ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ
ܕܢܗܘܘܢ ܬܪܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܝܢ ܒܚܕܐ
ܡܕܝܢܬܐ . ܘܣܝܣܝܢܢܘܣ . ܕܐܦ ܠܐ ܗܕܐ
ܐܡܪ ܠܗ . ܘܟܕ ܡܥܢܐ ܐܡܪ . ܚܙܝ ܐܝܟܢܐ
ܒܠܚܘܕܝܟ ܨܒܐ ܕܬܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘ .
ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ . ܐܡܪ ܕܠܐ ܐܢܐ ܒܠܚܘܕܝܟ
ܐܦܝܣܩܘ . ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܐ ܐܢܬ ܠܘܬ ܐܚܪܢܐ .
ܘܐܡܪ ܠܗ ܝܘܚܢܢ . ܥܒܕ ܐܢܐ ܠܟ ܕܠܐ
ܬܟܪܙ . ܘܗܘ ܕܐܢܐ ܝܗܒ ܐܢܐ ܠܟ ܐܓܪܐ
ܕܬܥܒܕ ܐܢܬ ܠܝ ܥܠ ܥܡܠܐ .

ܒܬܪ ܦܘܪܦܘܪܝܘܣ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ .

ܫ̈ܢܝܐ ܥܣܪ . ܗܢܐ ܟܢܫ ܠܟܠܗܘܢ
ܐܪܬܕܘܟܣܘ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܦܠܝܓܝܢ
ܗܘܘ ܫܢ̈ܝܐ ܐܪܒܥܝܢ ܘܚܡܫ . ܟܕ ܕܝܢ

cuidam, quod perpetuo *vestes* albas indueret, respondit : « ubinam scriptum est ut nigras induamus? Me erudivit Salomon hoc effato : « *vestes tuæ sint albæ*[1] »; præterea Salvator noster in monte Thabor visus est in albis, angeli quoque in albis resurrectionem Domini annunciarunt ». Eidem Joannes, episcopus Constantinopolitanus, aliquando dixit : « fieri non potest ut in una civitate duo sint episcopi; » cui Sisinnus : « neque enim hoc est; » ac respondentem Joannem : « vide ergo quomodo tu solus velis esse *Constantinopoli* episcopus, » ita excepit : « equidem apud te solum episcopus non sum, sicut nec tu *episcopus es* apud alios; » tunc illi Joannes : « faciam, ait, ne in posterum concioneris, » ad quæ ipse : « ego dabo tibi mercedem quod labore me immunem præstiteris. »

33. *Post Porphyrium*, ALEXANDER, *annis decem*.

Is orthodoxos omnes Antiochenos, jam per annos quadraginta quinque[2] divisos adunavit, ac pacem Orientales inter et Occidentales, Flaviani causa

[1], *Eccl.*, IX, 8.

[2]) Dissidium inter catholicorum partes Antiochiæ incepit anno 362, quo locum habuit ordinatio Paulini, Meletius vero ab exilio rediit. Theodoretus, *Eccl. hist.*, lib. III, cap. 2, dissidium perdurasse tradit annis quinque et octoginta, quod recte Valesius, *adnotatione ad. h. l.*, explicat animadvertendo initium schismatis Antiocheni sumendum esse a depositione Eustathii, id est ab anno Christi 330, vel certe 329. Cui si octoginta quinque annos addideris, fiet annus Christi 414 aut 415, quo Alexander Antiochensis episcopus Eustathianos reliquo Ecclesiæ corpori adjunxit. Computum aliud supponit Barhebræi narratio, juxta quam schisma cessaverit anno 407, eique fere consonat Baronius, Alexandri Antiocheni obitum reponens in annum 411. — De schismate Antiocheno cfr. Ill. Hefele, apud Wetzer und Welte : *Kirchenlexicon*, art. *Meletianisches Schisma*.

ܗܢܐ ܣܡܗ ܡܪܝܫܐ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ ܡܛܠ
ܕܦܠܒܝܢܘܣ . ܥܡ ܠܚܘܕܪܐ ܕܦܠܒܝܢܘܣ
ܘܕܐܘܓܪܝܘܣ ܐܦܝܣܗ ܠܟܢܫܐ . ܢܦܩ ܓܝܪ
ܥܡ ܩܠܝܪܘܣ ܕܝܠܗ . ܘܐܙܠ ܠܐܬܪܐ ܕܟܢܝܫܝܢ
ܗܘܘ . ܘܕܒܪ ܐܡܛܝ ܐܢܘܢ ܒܫܘܒܚܐ ܪܘܚܢܐ
ܠܥܕܬܗ . ܘܗܘܬ ܟܠܗ ܡܪܥܝܬܐ ܚܕܐ .
ܘܗܘ ܩܒܥ ܠܫܡܗ ܕܝܘܚܢܢ
ܒܕܝܦܛܘܟܘܣ . ܐܝܟ ܕܥܒܕ ܐܛܝܩܘܣ
ܒܩܘܣܛܢܛܝ . ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܛܝܩܘܣ ܚܦܝܛ
ܛܒ ܗܘܐ ܕܡܣܟܢܐ . ܠܘ ܒܠܚܘܕ
ܕܡܕܝܢܬܗ . ܐܠܐ ܘܕܡܕܝܢܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ . ܘܟܕ
ܡܫܕܪ ܗܘܐ ܙܕܩܬܐ ܐܡܪ ܗܘܐ . ܕܠܐ ܟܕ
ܬܒܥܘܢ ܟܠܡ ܡܣܟܢܐ . ܕܐܢ ܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ
ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܝܠܢ . ܐܠܐ ܒܠܚܘܕ ܠܐܝܠܝܢ
ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܠܗܘܢ ܠܡܣܬܒܥܘ ܠܐ
ܬܬܒܥܘܢ ܡܫܠܬܐ ܗܕܐ ܕܡܬܦܣܩܬܐ .
ܡܬܝܪܐܝܬ ܕܝܢ ܗܘܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܗܬܝܢ
ܕܢܫܐܠܘܢ ܙܕܩܬܐ .

turbatam, restituit, conjunctis binis Flaviani ac Evagrii partibus; ipse enim una cum clero suo ad locum perrexit ubi congregati erant, eosque inter hymnorum spiritualium *cantum* ad ecclesiam suam deduxit, atque ita universus grex factus est unus. Ille etiam Joannis *Chrysostomi* nomen diptychis inscripsit, quod et Atticus Constantinopoli fecit. Atticus iste de pauperibus, non modo suae civitatis sed etiam aliarum urbium, erat maxime sollicitus; quando vero eleëmosynas mittebat, dicere solebat: „ne exquiratis unquam utrum necne *accipientes* ad nostram religionem pertineant; illi tantum qui quæstum habent, ad victum *sibi comparandum*, a largitionis participatione excludantur; iis vero in primis date qui eleëmosynam emendicare erubescunt[1].“

ܘܒܬܪ ܐܛܝܩܘܣ ܗܢܐ . ܩܡ ܒܩܘܣܛܢܛܝ
ܣܝܣܝܢܘܣ . ܘܟܕ ܡܝܬ ܣܝܣܝܢܘܣ ܐܢܫܝܢ
ܒܥܘ ܠܦܪܘܩܠܘܣ ܗܘ ܕܠܟܝܣ ܗܘܐ
ܐܦܝܣܩܦ ܠܩܘܙܝܩܘܣ . ܘܐܚܪܢܐ
ܠܦܝܠܝܦܘܣ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܫܒܩܘ ܠܬܪܝܗܘܢ .
ܘܫܕܪܘ ܠܢܣܛܘܪܝܘܣ ܡܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ .
ܡܛܠ ܕܡܠܝܠܐ ܗܘܐ ܘܡܥܡܪ ܗܘܐ ܡܢ
ܓܪܡܢܝܩܝ ܕܗܝ ܡܪܥܫ . ܘܡܢ ܕܝܬܒ ܥܠ
ܬܪܘܢܘܣ ܕܩܘܣܛܢܛܝ . ܫܪܝ ܙܪܥ ܡܠܦܢܘܬܐ
ܢܘܟܪܝܬܐ .

Post Atticum episcopatum Constantinopoleos gessit Sisinnus. Defuncto vero ipso Sisinno, nonnulli petierunt Proclum, qui constitutus fuerat Cyzici episcopus, alii e contra Philippum[2]; ast, misso utroque, Antiochia accitus est Nestorius, eo quod eloquens esset et voce sonora præditus; *is oriundus erat* e Germanicia sive Marasch, et postquam sedit in throno Constantinopolitano, doctrinam alienam spargere cœpit.

[1]) Hæc ita fere scripsit Atticus in epistola ad Calliopium, Nicææ presbyterum, quam videsis apud Socratem, *lib. VII, cap.* 25.

[2]) Cfr. Socrates, *lib. VII, cap.* 29.

ܒܬܪ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܀ ܬܐܘܕܘܛܘܣ .

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܐܫܬܟܚܘ ܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܐܣܛܦܢܘܣ ܒܘܟܪܐ ܕܣ̈ܗܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ . ܘܐܬܝܕܥ ܗܘܐ ܐܦ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ · ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܥܠ ܐܣܛܘܢܐ ܒܒܘܪܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܚ̈ܝܠܐ ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ ܥܒܕ ܗܘܐ ܐܝܟ ܫ̈ܠܝܚܐ ܩܕ̈ܝܫܐ . ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܬܝܕܥ ܐܦ ܓܢܒܪ ܚܝ̈ܠܬܢܐ ܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܒܬܚܘܡܐ ܕܐܪܡܢܝܐ ܙܥܘܪܬܐ ܒܛܘܪܐ ܕܩܠܘܕܝܐ ܒܬܚܘܡܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ .

ܘܐܬܚܙܝܘ ܕܚܝܘ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ ܫܒܥܐ ܛܠܝ̈ܐ ܐܦܣܝ̈ܐ . ܕܡܢ ܕܩܝܘܣ ܪܕܘܦܐ ܥܪܩܘ ܗܘܘ . ܘܒܡܥܪܬܐ ܕܚܕ ܛܘܪ ܡܢ ܛܘܪ̈ܐ ܐܬܛܫܝܘ · ܘܟܕ ܕܡܟܘ ܐܢܝܚܘ · ܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܥܢܝܕܘ · ܘܟܕ ܒܥܐ ܐܢܘܢ ܕܩܝܘܣ . ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܕܒܡܥܪܬܐ ܡܛܫܝܢ ܐܢܘܢ . ܘܦܩܕ ܘܐܬܛܫܝܪ ܦܘܡܗ ܕܢܬܩܒܪܘܢ ܟܕ ܚܝܝܢ ܒܐܪܥܐ . ܗܝܕܝܢ ܐܬܝܘܕܘܪܘܣ ܘܕܘܡܢܘܣ ܡܗܝ̈ܡܢܐ . ܟܬܒܘ ܥܠܬܗܘܢ ܘܣܡܘܗ ܒܓܘ ܒܢܝܢܐ . ܘܒܬܪ ܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܡܢܐ ܫ̈ܢܝܢ . ܒܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܘܬܡܢܐ ܕܡܠܟܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܙܥܘܪܐ . ܟܕ ܒܥܬܐ ܕܩܝܡܬ ܡܝ̈ܬܐ ܗܘܬ . ܘܡܠܟܐ ܡܬܦܠܓ ܗܘܐ . ܐܙܝܥ ܐܠܗܐ ܠܒܗ ܕܐܠܝܣܝܣ ܐܝܟ ܡܪܗ ܕܕܘܟܬܐ ܗܝ

34. *Post Alexandrum*, THEODOTUS.

Tunc reperta sunt ossa Stephani, sanctorum martyrum primi[1]; inclaruit etiam beatus Mar Simeon, qui stabat super columnam in agro Antiocheno, atque virtutes et prodigia operabatur sicut sancti apostoli[2]. Eodem tempore innotuit *vir* virtutibus illustris, Mar Barsaumas, in confinio Armeniæ minoris, in monte Claudiæ[3].

Apparuerunt e mortuis redivivi septem pueri Ephesini, qui Decio persecutore aufugerant, seseque in specu montis alicujus absconderant; ubi cum obdormissent, Deo ita disponente, mortem obierant. Scilicet cum Decius illos perquireret, responderunt eos in specu quodam delitescere, tuncque ille jussit istius os occludi, ut vivi in terra sepelirentur; mox Athiodorus et Domnus christiani causam eorum litteris mandarunt, eamque intra ædificium reposuerunt. Jam vero, post centum octoginta et octo annos, anno trigesimo octavo Theodosii Junioris, cum quæstiones de resurrectione mortuorum agitarentur atque imperator dubius hæreret, Deus incitavit cor Aladisii cujusdam, istius loci domini, ut illic caulam gregibus suis

[1]) Contigit hoc anno 415. Cfr. Nicephorus Callisti, *Eccl. hist.*, lib. XIV, cap. 9.

[2]) Simeonis Stylitis gesta descripserunt auctores coævi, Theodoretus, *Eccl. hist.*, nº XXVI, et Cosmas, Phanir in Cœlesyria presbyter, apud *Bibl. Orient.*, tom. I, pp. 239 sqq.

[3]) De Claudiæ episcopatu in Armenia minori, videsis Assemani *Dissert. de Monophysitis*, p. 76. Barsaumas, hic a Barhebræo commemoratus, alius esse non videtur quam ille monophysita pessimus, a concilio Chalcedonensi damnatus, de quo videsis *Bibliot. Orient.*, tom. II, pp. 1-20.

ܕܢܒܢܐ ܒܢܝܢܐ ܠܡܥܠܢܗ . ܘܟܕ ܫܩܠܝܢ
ܟ̈ܐܦܐ . ܐܬܦܬܚܬ ܡܥܪܬܐ . ܘܐܠܗܐ ܠܕܡܟܝܢ
ܢ̈ܫܡܐ ܡܫܩܒܠܐ . ܘܐܝܟ ܕܡܢ ܫܢܬܐ ܥܝܪܘ .
ܘܐܡܪܘ ܠܚܕ ܡܢܗܘܢ ܕܫܡܗ ܕܝܘܢܢܘܣ .
ܕܩܘܡ ܥܘܠ ܠܡܕܝܢܬܐ ܒܛܘܫܝܐ ܘܙܒܢ ܠܢ
ܣܢܝܩܘܬܐ . ܘܒܥܝ ܥܠ ܡܕܡ ܕܐܬܦܣܩ
ܥܠܝܢ . ܘܟܕ ܢܦܩ ܗܘ . ܘܫܩܠܗ ܥܡܗ
ܟܣܦܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܥܬܝܩܬܐ . ܘܡܛܝܐ
ܠܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܚܙܐ ܨܠܝܒܐ ܕܩܒܝܥ
ܒܗ ܘܬܡܗ . ܘܐܫܬܚܠܦܬ ܡܕܝܢܬܐ
ܒܥܝ̈ܢܘܗܝ . ܘܫܐܠ ܕܡܢܘ ܫܡܗ
ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܡܪܘ ܐܦܣܘܣ . ܘܗܡܝܢ ܕܚܝܠ
ܘܥܪܩ ܕܢܙܒܢ ܠܚܡܐ ܘܢܦܘܩ . ܘܟܕ
ܚܙܘ ܚܢ̈ܘܬܝܐ ܠܡܘܢܝܛܐ ܥܬܝܩܬܐ .
ܐܚܕܘܗܝ . ܘܐܡܪܘ ܚܘܐ ܠܢ ܣܝܡܬܐ
ܕܐܫܟܚܬ : ܘܫܡܥ ܥܠܘܗܝ ܩܠܐ. ܘܡܠܬܐ
ܡܠܟܐ ܠܐܢܬܘܦܛܘܣ . ܘܟܕ ܐܬܬܩܪܒ
ܠܘܬܗ . ܘܐܠܨܗ ܡܛܠܬܐ ܒܗ ܕܢܚܘܐ
ܠܣܝܡܬܐ . ܘܫܐܠܗ ܬܘܒ ܕܡܢ ܐܝܟܐ .
ܘܐܡܪ ܕܡܢ ܐܦܣܘܣ . ܘܒܥܐ ܥܠ
ܐܒܗ̈ܘܗܝ . ܘܟܕ ܐܡܪ ܫܡ̈ܗܐ ܕܠܐ ܝܕܝܥܝܢ .
ܐܢܫܝܢ ܐܡܪܘ ܕܫܢܝܐ ܗܘ . ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܝܢ
ܡܫܢܝܐ ܠܢܦܫܗ ܕܢܬܦܠܛ . ܘܩܪܐ
ܐܢܬܘܦܛܘܣ ܠܐܦܣܩܘܦܐ . ܘܟܕ ܚܙܝܗ
ܛܠܝܐ ܢܦܠ ܥܠ ܦܪ̈ܨܘܦܗ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܒܥܐ
ܐܢܐ ܡܢܟ ܡܪܝ . ܕܕܩܝܘܣ ܡܠܟܐ ܐܝܟܘ .
ܘܐܦܣܩ̄ ܐܡܪ ܕܡܢ ܟܕܘ ܡܝܬ . ܘܛܠܝܐ
ܐܡܪ . ܬܥܘܠܘܢ ܠܘ ܠܘܬܝ ܘܐܚܘܝܟܘܢ
ܚܒܪ̈ܝ ܒܡܥܪܬܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܕܩܝܘܣ
ܥܪܩܢ ܠܬܡܢ . ܘܐܣܬܟܠ ܐܦܣܩܘܦܐ

exstrueret : igitur dum lapides asportarent, apertus est specus, Deus vero dormientibus illis vitam inspiravit, qui veluti ex somno *expergiscentes* surrexerunt, atque uni ex ipsis, Dionno nomine, dixerunt : „surge, civitatem clanculo ingredere, ut nobis necessaria ad victum emas et inquiras quid de nobis statutum fuerit. „ Exiit ille, secum habens pecuniam monetæ veteris; perveniens autem ad portam urbis atque illi crucem affixam percipiens, obstupuit; quippe ipsius oculis civitas adeo mutata apparebat, ut ejus nomen inquisierit. Cui cum responderetur esse Ephesum, timore correptus ingressus est *eo consilio* ut, empto pane, *illico* exiret. At vero caupones, nummos veteres animadvertentes, eum retinuerunt dicentes : „ostende nobis thesaurum quem invenisti;„ et subito ingens de illo factus est rumor. Re ad proconsulem delata, is *puerum ad se* adductum urgere cœpit ut thesaurum indicaret, petiitque undenam esset; respondit ille : „ ex Epheso; „ deinde interrogavit eum de ejus parentibus, cumque nomina incognita proferret, nonnulli dicebant eum esse amentem, alii contra eum insaniam fingere ut posset evadere. Demum proconsul accivit episcopum, quo viso, puer se in faciem projecit eique dixit: „Quæro a te, domine, Decius imperator ubinam est?„ Episcopus vero respondit illum jam diu mortuum esse; tum puer „venite, inquit, mecum, et ostendam vobis socios meos in specu, ad quem fugiendo a Decio concessimus.„ Intellexit autem episcopus *di-*

ܕܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ ܗܘ̇ ܘܐܙܠ ܗܘ ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܥܡܗ̇ . ܘܐܬܘ ܠܡܥܪܬܐ ܘܐܫܟܚܘ
ܠܡܘܕ̈ܝܢܐ ܒܙܗܘܪܐ ܪܒܐ . ܘܩܪܘ ܐܦ
ܠܟܬ̈ܒܬܐ ܕܐܫܟܚܘ ܬܡܢ . ܘܡܚܕܐ
ܫܠܚܘ ܠܡܠܟܐ ܘܐܬܐ ܒܥܓܠܐܝܬ . ܘܢܦܠ
ܥܠ ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ . ܘܒܥܐ ܒܟܝܐ ܘܒܟܐ
ܕܢܡܠܠܘܢ ܥܡܗ . ܗܝܕܝܢ ܐܢܛܝܠܝܘܣ
ܪܒܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗܘܢ ܐܡܪ . ܕܡܛܠܬܟ
ܠܟ ܐܘ̄ ܡܠܟܐ ܐܩܝܡ ܠܢ ܡܪܢ ܡܢ ܩܕܡ
ܙܒܢܐ ܕܢܘܚܡܐ . ܦܘܫ ܡܟܝܠ ܒܫܠܝܐ
ܘܠܐ ܬܬܦܠܓ ܥܠ ܢܘܚܡ ܡ̈ܝܬܐ . ܘܟܕ
ܗܠܝܢ ܐܡܪ . ܬܘܒ ܡܬܪܕܡܝܢ ܘܕܡܟܘ .
ܘܟܕ ܓܠܘܣܩ̈ܡܐ ܕܕܗܒܐ ܨܒܐ ܕܢܥܒܕ
ܠܗܘܢ . ܐܬܚܙܝܘ ܠܗ ܒܚܠܡܐ ܘܐܡܪܘ .
ܕܡܢ ܥܦܪܐ ܐܬܢܚܡܘ ܦܓܪ̈ܝܢ . ܘܠܘ ܡܢ
ܕܗܒܐ . ܗܝܕܝܢ ܦܩܕ ܠܐ ܢܫܢܐ ܐܢܘܢ ܡܢ
ܕܘܟܬܗܘܢ . ܐܠܐ ܦܩܕ ܘܐܬܒܢܝ ܗܝܟܠܐ
ܥܠܝܗܘܢ .

vinæ potentiæ manifestationem hoc esse, ac ipse cum aliis eum sunt comitati. Itaque pervenerunt ad speluncam, ubi confessores ingenti splendore *circumdatos* invenerunt, scriptaque ibidem reperta perlegerunt. Statim etiam rem denunciandam curarunt imperatori, qui celeriter adveniens sese ad illorum pedes projecit, eosque cum lacrymis rogavit ut colloquerentur cum ipso. Tum Anachilius, eorum natu major, dixit illi : «propter te, o imperator, ante tempus resurrectionis *universalis* suscitavit nos Dominus; igitur remane quietus et noli dubitare de resurrectione mortuorum.» Cumque hoc dixisset, iterum sopore correpti obdormierunt. *Imperatori* autem volenti eis arcas aureas conficere, in somno apparuerunt ita canentes : «e pulvere suscitata sunt corpora nostra, non vero ex auro.» Idcirco eos loco suo minime extraxit, et templum super eos ædificari jussit[1].

. ܒܬܪ ܬܐܕܘܪܘܛܘܣ : ܝܘܚܢܢ ·

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܬܪܓܡ ܢܣܛܘܪܝܘܣ
ܒܩܘܣܛ̈ܝ · ܘܐܡܪ ܠܩܕܡ ܡܠܟܐ · ܗܒ ܠܝ

35. *Post Theodotum*, JOANNES.

Eo tempore Constantinopoli concionatus est Nestorius, atque hæc coram imperatore dixit : «da mihi, o impe-

[1]) Cfr. *Acta sanctorum*, tom. VI Julii, pp. 375, sqq. Historia, ut a Barhebræo narratur, generatim convenit cum iis quæ illic a Jacobo Sarugensi (p. 387 sqq.), a Gregorio Turonensi (p. 389 sqq.) et ex actis a Surio editis proferuntur; varietas præcipue in nominibus propriis virorum conspicitur. Præterea reperitur hæc historia in documentis syriacis nuper in lucem protractis. Etenim prolixe narratur a scriptore quodam ignoto apud Land : *Anecdota*, III, 37-89. Denique Elias Nisibenus pueros illos suscitatos commemorat ad annum Gr. 748 (Christ. 437), narrationis auctorem allegans ܐܩܠܝܣܝܣܛܝܩܝ ܕܝܘܚܢܢ ܝܥܩܘܒܝܐ *historiam ecclesiasticam Joannis Jacobitæ* (Joannis Ephesini ?) : ܒܗ ܐܬܢܚܡܘ ܛ̈ܠܝܐ ܕܡܢ ܐܦܣܘܣ ܡܕܝܢܬܐ ܒܬܪ ܕܕܡܟܘ ܒܡܥܪܬܐ ܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܡܢܐ ܫܢܝܢ . «*Eo anno revixerunt pueri ex urbe Ephesi, postquam in spelunca sopiti fuerant annis centum octoginta et octo.*»

ܐܘ ܡܠܟܐ ܠܐܪܥܐ ܕܡܕܟܝܐ ܡܢ ܗܪ̈ܛܝܩܐ
ܘܐܢܐ ܚܠܦܝܗ̇ ܐܬܠ ܠܟ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ.
ܫܒܘܪ ܐܝܬ ܠܝ ܠܐܪ̈ܝܘܣ. ܘܐܢܐ ܫܒܪ ܐܢܐ
ܠܟ ܠܦܪ̈ܣܝܐ. ܘܗܠܝܢ ܠܐ ܐܬܩܒܠ
ܠܘܬ ܡܠܟܐ. ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܣܪܝܩܘܬ
ܫܘܒܚܗ. ܘܕܠܐ ܙܥܘܪ ܕܢܬܥܟܒ ܗܘܐ ܡܠܟܐ
ܘܢܬܝܬܒ ܒܟܘܪܣܝܐ ܘܒܬܪܟܢ ܢܐܡܪ ܕܐܝܟ
ܗܠܝܢ.

ܘܟܕ ܚܕ ܡܢ ܝܘ̈ܡܝܢ ܐܢܣܛܣܝܘܣ
ܩܫܐ ܕܢܣܛܘܪ ܕܡܟܪܙ. ܩܥܐ ܘܐܡܪ.
ܘܩܥܐ ܒܓܠܝܐ ܕܠܐ ܐܢܫ ܠܡܪܝܡ ܢܩܪܐ
ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ. ܒܪܬ ܐܢܫܐ ܓܝܪ ܒܪܢܫܐ
ܘܠܘ ܠܐܠܗܐ ܝܠܕܬ. ܟܕ ܕܝܢ ܫܡܥ ܥܡܐ
ܗܠܝܢ. ܣܒܪܘ ܕܡܚܕܐ ܡܫܬܕܪ ܠܐܢܣܛܣܝܘܣ
ܠܐܢܣܛܣܝܘܣ. ܘܟܕ ܠܐ ܢܛܪܕܗ ܢܣܛܘܪܝܘܣ
ܕܐܦ ܕܝܠܗ ܗܘܐ ܗܝ ܬܪܥܝܬܐ. ܘܟܕ ܣܓܝܬ
ܚܪܝܢܐ ܗܘܐ ܒܝܬ ܡܗ̈ܝܡܢܐ. ܒܦܘܩܕܢ ܡܠܟܐ
ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܒܫܢܬ ܟܐ ܕܡܠܟܘܬܗ. ܕܗܝ
ܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܕܝܘ̈ܢܝܐ.
ܘܫܢܬ ܬܟܓ ܕܡܪܢ. ܘܐܬܟܢܫܬ ܣܘܢܗܘܕܘܣ
ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܦܣܘܣ ܒܝܪܚܐ ܚܙܝܪܢ. ܐܝܬ
ܗܘܐ ܒܗ̇ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܙܟܪܝܐ ܡܡܠܠܐ.

rator, terram purgatam ab hæreticis, et ego pro ea dabo tibi regnum cœlorum; destrue mihi Arianos, et ego tibi Persas destruam.» Hæc autem minime accepta erant imperatori, quippe qui sciebat illum esse inanis gloriæ studiosum, ac noluisse paululum exspectare, donec *scilicet aliquamdiu* sedisset in cathedra, ut hujusmodi proferret[1].

Porro cum quodam die Anastasius Nestorii presbyter concionando occuparetur, hæc aperte clamavit: «ne quis Mariam proclamet esse Deiparam, (Θεοτόκον), nam filia hominis hominem, non Deum, gignit.» Quod cum populus audisset, sperabat Anastasium illico a Nestorio amotum iri; cum vero *Nestorius* istum minime amovisset, patuit eamdem esse ipsius sententiam. Crescente vero dissidio inter fideles exorto, jussu imperatoris Theodosii, anno regni sui 21, videlicet anno septingentesimo quadragesimo secundo Græcorum, seu anno Domini 423[2], coacta est synodus Ephesina prima, mense Junio. Illi interfuerunt, referente Zacharia rhetore[3], nonaginta

1) Cfr. Socrates, *lib. VII, cap.* 29.

2) Hic mendum in codicem irrepserit; nimirum notatio ܬܟܓ 423, loco ܬܠܐ 431.

3) Zacharias, primo rhetor sive scholasticus, dein factus est episcopus, aut Melitinæ, Armeniæ minoris civitatis, uti asserit (in Assemani *Biblioth. Orient., II*, 53) Dionysius Barsalibæus sæc. XII exeuntis scriptor, aut potius Mitylenes, Lesbi insulæ metropoleos, quod jam suspicabatur Fabricius, *Biblioth. Græc. IX*, 355, et nuper probavit Cl. Land in commentatione cui titulus : *Joannes Bischof von Ephesos pp.* 35 *sqq.* Porro Zacharias, præter alia quædam ipsi (apud Migne, *Patrol. Gr., LXXXV*, 1005 *sqq.*) attributa, scripsit historiam ecclesiasticam, jam anno 519 saltem partim litteris mandatam ut liquet ex allegatis locis in Landii *Anecd. syr. tom. III, p. XII.* Illius operis, græce nondum reperti, fragmenta syriace et latine primus edidit Em. Maius, *Scriptt. Vett. nova collect., tom. X*, item syriace tantum plura luce donavit Land, *op. cit.*

ܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬܐ ܐܦܣܩ̈ܦܐ . ܪ̈ܝܫܢܝܗ
ܕܝܢ ܩܠܣܛܝܢܘܣ ܕܪܘܡܝ . ܒܝܕ ܢܛܘ̈ܪܘܗܝ
ܕܝܠܗ . ܘܩܘܪܝܠܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ .
ܘܡܐܡܢܘܢ ܕܐܦܣܘܣ . ܘܝܘܒܝܢܠܝܘܣ
ܕܐܘܪܫܠܡ . ܘܐܩܩܝܘܣ ܕܡܠܝܛܝܢܐ .
ܘܬܐܘܕܘܛܘܣ ܕܐܢܩܘܪܐ . ܘܢܣܛܘܪܝܘܣ ܩܕܡ
ܙܒܢܐ ܐܬܐ ܠܐܦܣܘܣ . ܩܘܪܝܠܘܣ ܕܝܢ
ܘܝܘܒܝܢܠܝܘܣ ܒܬܪ ܦܨܚܐ ܐܬܘ . ܘܝܘܚܢܢ
ܘܐܬܟܪܝ ܐܢܛܝܘܟ . ܘܟܕ ܩܘܪܝܠܘܣ ܐܪܝܡ
ܒܥܬܐ ܠܘܬ ܢܣܛܘܪܝܘܣ ܡܛܠ ܩܪܐ
ܡܠܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ . ܗܝ ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ
ܕܫܝܐ ܗܘܬ ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܒܝܬ ܡܗܝ̈ܡܢܐ ·
ܐܡܪ ܕܐܢܐ ܠܡ . ܠܗܘ ܕܗܘܐ ܒܪ ܝܪܚܐ ܘܒܪ
ܬܪܝܢ . ܠܐܠܗܐ ܠܐ ܡܘܕܐ ܐܢܐ . ܠܘܬܟܘܢ
ܠܐ ܐܬܐ ܐܢܐ . ܘܟܕ ܐܬܩܪܝ ܙܒ̈ܢܝܢ ܐܪܒܥ ܘܠܐ
ܐܬܐ . ܐܦܩܘ ܥܠܘܗܝ ܦܣܩ ܕܝܢܗ . ܘܗܘ ܢܣܛܘ
ܘܕܥܡܗ ܐܝܟ ܕܠܚܘܕܝܗܘܢ . ܥܒܕܘ ܥܠ
ܩܘܪܝܠܘܣ ܕܡ̄ܢ ܩܘܪܝܠܘܣ ܘܕܡܐܡܢܘܢ
ܕܐܦܣܘܣ .

ܣܘܩܪܛܝܣ ܕܝܢ ܣܟܘܠܣܛܝܩܘܣ
ܗܘ ܕܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܐܫܬܘܕܥ ܗܘܐ . ܡܢ
ܦܛܠܬܐ ܚܠܦ ܗܢܐ ܦܪܨܘܦܐ ܐܡܪ . ܕܠܘ
ܡܛܠ ܕܪܚܡܐ ܗܘ ܕܝܠܝ ܢܣܛܘܪܝܘܣ

et tres supra centum episcopi; præcipui autem fuerunt Cœlestinus Romæ per suos vicarios, Cyrillus Alexandriæ, Memnon Ephesi, Jubilius (i. e. *Juvenalis*) Hierosolymorum, Acacius Melitinæ et Theodotus Ancyræ. Nestorius quidem præmature Ephesum petiit; Cyrillus autem et Jubilius post Pascha advenerunt, Joannes vero Antiochiæ moram traxit. Cumque Cyrillus apud Nestorium quæstionem moveret de voce « Deipara », quæ a tempore apostolorum trita fuerat in Ecclesia sancta et inter fideles, ita ille locutus est : « ad me quod attinet, eum qui fuit *infans* unius mensis et duorum Deum esse haud profiteor; ad vos non accedam. » Postquam autem per quatuor vices citatus esset et minime comparuisset, ediderunt depositionis ejus sententiam. Tum Nestorius et qui cum ipso erant, quasi seorsum, depositionem contra S. Cyrillum et Memnon Ephesinum pronunciarunt[1].

Socrates Scholasticus, qui illo tempore florebat, de isto negocio scribens, ita loquitur : « non quod amicus meus sit Nestorius illum laudo, nec quod ægre erga illum dispositus sim *aliis*

[1]) Cum Socrate, *lib. VII*, *cap.* 34, hic errat Barhebræus. Nequaquem enim ipse Nestorius, utpote sententia synodali jam damnatus, sed Joannes Antiochenus ceterique episcopi Orientales Nestorio faventes Cyrillum et Memnonem in conciabulo suo deposuerunt. Cfr. Valesii adnotatio ad *loc. cit.* Socratis, et Hefele, *Conciliengeschichte*, tom. II, pp. 174, sqq. Socratem secutus est etiam Elias Nisibenus, quipe qui hæc ad annum 742 (Christi 431) adnotat : ܒܗ ܐܬܟܢܫܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܒܐܦܣܘܣ ܡܛܠ ܚܪܝܢܐ ܕܒܢܝ ܩܘܪܝܠܘܣ ܠܘܩܒܠ ܢܣܛܘܪܝܘܣ ܘܚܪܡ ܩܘܪܝܠܘܣ ܘܕܥܡܗ ܠܢܣܛܘܪܝܘܣ. ܘܢܣܛܘܪܝܘܣ ܘܕܥܡܗ ܠܩܘܪܝܠܘܣ *«Eo anno congregata est synodus in Epheso ob contentionem Cyrillianorum adversus Nestorium; porro Cyrillus ejusque socii anathematizarunt Nestorium, Nestorius vero ejusque socii Cyrillum.»*

ܡܫܦܪܢܘ ܐܢܐ ܠܗ. ܐܠܐ ܫܪܝܪܐܝܬ
ܕܡܡܠܠ ܐܢܐ ܠܘܬܗ ܡܬܪܓܡܢܐ ܐܢܐ :
ܐܠܐ ܗܪܟܐ ܐܦܢܝ ܐܢܐ. ܒܡܠܬܐ ܓܝܪ
ܒܝܬܝܬܐ ܡܠܝܠ ܘܡܬܚܫܒ ܗܘܐ
ܕܪܝܐ. ܟܕ ܒܫܪܪܐ ܚܝܠܐ ܕܟܬ̈ܒܐ ܩܕ̈ܝܫܐ
ܕܥܕܬܐ ܠܐ ܡܠܝܦ ܗܘܐ. ܘܐܠܐ ܐܡܟܢܐ ܠܐ
ܐܫܬܡܠܝ. ܠܗܢ ܕܡܠܬܐ ܐܠܗܝܐ ܕܐܡܪ.
ܕܐܦܢ ܒܒܣܪ ܝܕܥܢܝܗܝ ܠܡܫܝܚܐ. ܐܠܐ ܠܐ
ܡܟܝܠ ܝܕܥܝܢ ܠܗ. ܘܡܛܠ ܡܬܚܝܕܐ ܗܘ
ܠܐܠܗܘܬܐ ܠܐܢܫܘܬܐ ܒܡܫܝܚܐ ܡܪܢ. ܘܡܛܠ
ܗܕܐ ܠܘ ܬܪܝܢ ܐܠܐ ܚܕ ܡܪܝܐ ܝܫܘܥ. ܘܥܡ
ܗܠܝܢ ܐܦ ܬܪܝܢܘܬܐ ܐܥܠ ܗܘ ܢܣܛܘܪܝܘܣ.
ܣܪܩ ܠܗ ܒܪܢܫܐ ܫܠܝܡܐ ܐܡܪ ܠܡܫܝܚܐ.
ܐܝܟ ܦܘܛܝܢܘܣ ܘܦܘܠܐ ܫܡܝܫܛܝܐ. ܐܠܐ
ܒܟܠܕܘܟ ܩܢܘܡܝܐ ܡܘܕܐ ܠܗ.

ܝܘܚܢܢ ܕܝܢ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܟܕ ܠܐ ܨܒܐ
ܕܢܪܫܡ ܐܝܕܐ ܒܩܛܝܪܣܘܣ ܕܢܣܛܘܪ. ܐܘܚܪ
ܡܐܬܝܬܗ. ܘܒܬܪ ܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ ܐܬܐ ܟܕ
ܥܡܗ ܥܣܪܝܢ ܘܫܬܐ ܐܦܣܩ̈ܦܐ ܕܥܡܗ. ܘܐܦ
ܫܘܠܡܐ ܕܥܡܗܘܢ ܡܕܢܚ̈ܝܐ. ܣܛܪ ܡܢ
ܪܒܘܠܐ ܕܐܘܪܗܝ ܘܐܩܩ ܕܚܠܒ. ܟܕ ܪܓܝܙ
ܗܘܐ ܥܠ ܩܘܪܝܠܘܣ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܘܚܪ
ܕܝܢܐ. ܘܒܬܪ ܒܘܨܝܐ ܚܬܝܬܐ ܫܠܚܗ
ܠܢܣܛܘܪ. ܗܝܕܝܢ ܐܬܓܠܝ ܗܘ ܝܘܚܢܢ
ܕܒܪ ܡܦܠܓܘܬܐ ܗܘ ܕܢܣܛܘܪ. ܘܐܫܬܠܚ ܐܦ
ܗܘ. ܘܢܦܩ ܘܐܙܠ ܟܒܕܐ ܡܪܝܪܬܐ
ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ.

complacere quæro; sed veritatem dicam. Sermone enim naturali facundus erat, et reputabatur eruditus, quamvis revera vim sanctarum Ecclesiæ Scripturarum haud edoctus esset; nam si secus fuisset, non pervertisset hoc divini Apostoli effatum: „*et si cognovimus in carne Christum, nunc tamen jam non novimus eum*[1].“ Videlicet unita est divinitas humanitati in Christo Domino nostro, atque idcirco non duo *sed unus* est Dominus Jesus. Interim, quamquam dualitatem induxit Nestorius, tamen nequaquam dicit Christum esse nudum hominem, sicut Photinus et Paulus Samosatenus; sed eum esse subsistentem (ἐνυπόστατον) ubique profitetur[2].“

Jam autem Joannes Antiochenus, quia nolebat depositioni Nestorii subscribere, distulerat adventum suum; ast biduo post advenit secum habens viginti sex episcopos, et consensum præterea omnium Orientalium, Rabula Edesseno et Acacio Alepensi exceptis; porro iratum *se ostendit* adversus Cyrillum, quod non distulisset *sententiam* ut post diligentem inquisitionem Nestorium deponeret. Tunc autem Joannes sese tanquam Nestorii partibus addictum prodidit, atque etiam ipse depositus fuit; *inde* profectus, cum jecore amaro (i. e. *stomachatus*) Antiochiam reversus est.

[1]) *II Cor.*, *V*, 16.

[2]) Socrates, *lib. VII*, *cap.* 22.

ܘܢܣܛܘܪܝܣ ܟܕ ܚܙܐ ܡܕܡ ܕܗܘܐ ، ܐܡܪ ܕܡܛܠ ܬܘܝܐ ܘܩܛܝܪܐ ܐܡܪ . ܕܬܬܩܪܐ ܡܪܝܡ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ . ܘܢܬܒܛܠܢ ܒܝ̈ܫܬܐ . ܐܠܐ ܠܐ ܐܫܬܡܥܬ ܡܠܬܗ . ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܢ ܠܒܗ ܐܡܪܗ . ܡܟܝܠ ܒܦܘܩܕܢ ܡܠܟܐ ܐܬܛܪܕ ܠܐܘܣܝܣ ܠܐܘܪܝܐ ܕܐܬܪܐ ܕܡܨܪܝܢ .

ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܬܘܒ ܩܪܐ ܠܝܘܚܢܢ ܘܠܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܥܡܗ . ܘܦܩܕ ܕܠܬܪܬܝܗܘܢ ܓ̈ܒܘܬܗܘܢ ܢܬܟܢܫܢ . ܘܢܗܘܐ ܒܘܚܢܐ ܒܬܚܦܝܛܘܬܐ . ܘܟܕ ܐܬܘ ܠܩܘܣܛ ܘܗܘܐ ܒܘܚܢܐ . ܐܙܟܘ ܗܢܘܢ ܕܩܘܪܝܠܘܣ ܡܢ ܚܝܠܐ ܕܟܬ̈ܒܐ ܩܕ̈ܝܫܐ . ܘܐܙܕܟܝܘ ܝܘܚܢܢ ܘܡܕܢܚ̈ܝܐ ܕܥܡܗ . ܗܝܕܝܢ ܒܦܘܩܕܢ ܡܠܟܐ . ܘܒܝܬܝܪ ܒܓܘܙ̈ܡܐ ܕܠܘܬܗ ܠܡܠܟܐ ܫܠܡܘ ܘܐܬܪܥܝܘ ܐܝܟ ܒܩܛܝܪܘܬ . ܘܐܬܚܒܪܘ ܥܡ ܩܘܪܝܠܘܣ . ܘܩܒܠܘ ܡܘܕܝܢܘܬܐ ܠܟܢܘܫܬܐ . ܘܥܒܕܘ ܫܝܢܐ ܠܐ ܡܫܝܢܐ . ܡܛܠ ܕܒܠܒܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܠܢܣܛܘܪܝܘܣ ܡܬܪܢܝܢ ܗܘܘ · ܗܘ ܝܘܚܢܢ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܬܐܘܕܘܪܝܛܘܣ ܕܩܘܪܘܣ . ܘܐܢܕܪܐ ܕܫܡܫܛ . ܘܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܡܒܘܓ . ܘܐܪܝܢܐܘܣ ܕܨܘܪ . ܘܝܘܚܢܢ ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܕܡܢ ܐܝܓܐܣ . ܘܐܘܬܪܝܘܣ ܕܛܘܢܐ · ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܡܕܢܚ̈ܝܐ .

Nestorius autem, rei eventum percipiens, veluti pœnitentia et necessitate *ductus*, dixit : « Appelletur Maria Deipara, et mala cessent ! » at illud ejus verbum haud acceptum fuit, cum id non ex animo eloqueretur. Igitur imperatoris edicto ejectus est in exilium *et ablegatus* ad Oasin, Ægypti locum[1].

Postea imperator Joannem et episcopos ipsi faventes denuo accivit, jussitque duas partes congregari atque inquisitionem institui diligentem. Cum ergo Constantinopolim advenissent, instituto examine, Cyrilli fautores vi Scripturarum sanctarum vicerunt, ac devicti fuerunt Joannes et qui cum ipso *faciebant* Orientales. Tunc mandato imperatoris, præcipue vero ipsius comminationibus, assensum præstiterunt, ægre tamen, et synodi professionem amplexi, unionem cum Cyrillo inierunt, ac mutuo sedes *episcopales* legitime possideri agnoverunt; pacem scilicet fecerunt haud pacificantem eo quod in cordibus suis idem cum Nestorio profiterentur. Erant autem hi : Joannes Antiochiæ, Theodoretus Cyri, Andreas Samosatæ[2], Alexander Mabugi[3], Irenæus Tyri[4], Joannes Ciliciæ Ægis[5] oriundus; Eutherius Tyanorum[6] aliique orientales.

[1]) Cf. Socrates, *Hist. eccles.*, VII, 34, quem hic fere sequitur Barhebræus.

[3]) Vid. Lequien, *Oriens christ.*, II, 935.

[2]) Sive Hierapolitanus. *Or. christ.*, II, 927.

[4]) *Ibid.*, 807.

[5]) «ܐܝܓܐܣ alias ܐܝܓܐܣ, ܐܝܓܐܣ, ܐܝܓܐܘܣ, et ܗܝܓܝ, αιγαι, Ægæ, urbs Ciliciæ.» Smith, *Thesaurus syr.* ad h. v. «Ægæ maritima Ciliciæ secundæ civitas de qua Plinius: «oppidum Ægæ liberum.» Unde Joannes et Cyrus, hæretici insignes Nestoriani, a patria Ægæatæ dicti.» Lequien, *Or. Christ.*, II, 894, sq.

[6]) Vid. Lequien, *Oriens christ.*, I, 398.

ܘܡܢ ܕܢܦܩ ܢܣܛܘܪܝܣ. ܐܬܬܣܝܡ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ
ܡܟܣܝܡܝܢܘܣ ܡܢܗ ܕܥܕܬܐ. ܓܒܪܐ
ܡܝܬܪܐ. ܦܫܝܛܐ ܒܕܘܒܪܐ ܘܗܕܝܘܛܐ
ܒܡܠܬܐ. ܡܛܠ ܕܐܬܟܘܝܬ ܗܘܐ ܬܐܪܬܗܘܢ ܡܢ
ܨܢܝܥܘܬܐ ܡܡܠܠܘܬܐ ܕܢܣܛܘܪܝܣ. ܗܘ ܕܗܢܐ
ܕܠܫܗ ܠܥܕܬܐ. ܘܨܪܝܐ ܠܐ ܡܬܐܣܝܢܐ
ܥܒܕ ܡܕܢܚܝܐ ܠܡܥܪܒܝܐ ܠܥܠܡ. ܘܒܬܪ ܪܒܘܠܐ
ܝܬܒ ܒܐܘܪܗܝ ܗܝܒܐ ܢܣܛܘܪܝܢܐ.
ܘܡܟܣܝܡܝܢܘܣ ܟܕ ܕܒܪ ܫܢܝܢ ܬܪܬܝܢ
ܘܝܪܚܐ ܚܡܫܐ ܡܝܬ. ܘܐܬܒܥܝ ܩܕܝܫܐ
ܦܪܘܩܠܘܣ ܕܢܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܐܢܫܝܢ
ܚܣܡܬܢܐ ܟܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܐܡܪܝܢ. ܕܠܡܕܝܢܬܐ
ܐܚܪܬܐ ܐܬܬܣܝܡ ܕܗܝ ܠܩܘܙܝܩܘܣ.
ܗܝܕܝܢ ܡܠܟܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܐܫܕܪ
ܠܩܘܪܝܠܠܘܣ ܘܠܩܠܣܛܝܢܘܣ ܕܪܘܡܝ
ܘܠܝܘܚܢܢ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܦܢܝܘ ܕܠܐ ܡܣܠܝܐ
ܗܝ ܡܢ ܥܕܬܐ: ܕܢܬܥܒܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ
ܡܕܝܢܬܐ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܐܠܐ ܕܒܡܫܡܠܝܘܬܐ
ܕܣܘܢܗܕܘܣ. ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܩܢܘܢܐ ܕܬܡܢܥܣܪ.
ܗܐ ܓܝܪ ܪܝܓܢܝܣ ܕܦܛܪܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ
ܩܒܠܘܗ ܥܢܗ ܡܕܒܪܢܘܬܗ ܦܩܕ ܠܗ ܗܘ
ܕܪܘܡܝ ܕܢܥܒܪ ܠܩܘܪܢܬܘܣ ܕܐܪܡܠܬܐ

Quum igitur discessisset Nestorius, Constantinopoli ordinatus fuit Maximinus ex eadem ecclesia, vir eximius, simplex moribus et in verbo rudis. *Ideo autem electus fuit* quod adusta fuerat eorum conscientia artificio eloquentiæ Nestorii, qua totam perturbavit ecclesiam et schisma inextinguibile inter orientales et occidentales effecit.

Edessæ sedit post Rabulam Ibas[1] Nestorianus. Maximinus autem cum *diœcesim* rexisset annis duobus et mensibus quinque mortuus est. Tunc postularunt sanctum Proclum fieri Constantinopoleos episcopum. Nonnulli *tamen* invidi eum repellebant dicentes quod alteri civitati, Cyzico nempe, ordinatus fuisset. Tunc imperator Theodosius consuluit Cyrillum et Cœlestinum Romæ atque Joannem Antiochiæ, qui responderunt Ecclesiam irritam non fecisse translationem episcopi ab una civitate in aliam, modo in perfecta synodo eligeretur, quemadmodum jubet canon 18[2]. Etenim Rigenem[3] Pataræ eo quod eum ejus oves non receperant, jussit episcopus Romæ[4] transire Corinthum cujus *ecclesia* vidua erat. Gregorius

[1]) An Ibas fuerit Nestorianus alibi inquirendum erit.

[2]) Non dicitur in textu e quonam concilio desumptus sit iste canon 18us, sed quum hoc loco Barhebræus transcribat Socratis *hist. eccl.*, VII, 36, putamus hic allegari canonem 18^{m} concilii Antiocheni, quem ibi etiam Socrates allegat, absque jure tamen; nam potius allegandus erat ejusdem concilii canon 16us, in quo vacanti episcopo permittitur in vacanti throno sedere, si synodus provincialis perfecta, id est cui præest metropolitanus, id permiserit, ut explicat Balsamon *(Patrol. Græc.* CXXXVII, 1318). Excepto hoc casu, synodus Antiochena, can. 21, quemadmodum et Nicæna, can. 15, prohibet translationes episcoporum.

[3]) Socrates *(Hist. eccl.*, VII, 36) vocat eum Perigenem : « Περιγένης ἐν Πάτραις ἐχειροτονήθη ἐπίσκοπος· »

[4]) Bonifacius I qui summum pontificatum, ab anno 418-422, gessit.

ܗܘܐ . ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܬܐܘܠܘܓܘܣ ܐܦܣܩܦܐ
ܕܣܐܣܝܡܘܢ ܗܘܐ . ܘܥܒܪ ܠܢܙܝܢܙܘ .
ܘܥܒܪ ܠܩܘܣܛܢ . ܘܬܘܒ ܦܢܐ
ܠܢܙܝܢܙܘ . ܘܡܠܛܝܘܣ ܕܣܒܣܛܝܐ
ܐܬܦܢܝ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܕܘܣܝܬܐܘܣ ܕܠܘܩܝܐ
ܐܬܦܢܝ ܠܛܪܣܘܣ . ܘܦܝܠܝܦܘܣ
ܕܗܠܝܘܦܘܠܝܣ ܐܬܦܢܝ ܠܐܣܦܘܢܝܐ .
ܘܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܐܦܡܝܐ . ܐܬܦܢܝ
ܠܐܘܕܘܟܣܝܘܦܘܠܝܣ . ܘܦܘܠܘܩܪܦܘܣ
ܕܡܢ ܐܦܣܛܝܐ ܐܬܦܢܝ ܠܢܝܩܘܦܘܠܝܣ
ܕܬܪܩܐ . ܘܐܢܬܝܡܘܣ ܕܛܪܦܝܙܘܢܛܐ . ܥܒܪ
ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ . ܘܒܪܣܐ ܕܚܪܢ . ܠܐܘܪܗܝ .
ܘܒܗܠܝܢ ܡܣܬܡܟ ܩܕܝܫܐ ܦܪܘܩܠܘܣ
ܕܩܘܙܝܩܘܣ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ . ܕܩܘܣܛܢ .
ܘܐܬܢܨܚ ܡܠܦܢܐ ܪܒܐ . ܘܗܘ ܐܝܬܝ
ܠܦܓܪܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܠܡܕܝܢܬ
ܡܠܟܘܬܐ ܘܟܢܫܗ ܠܥܡܐ .

theologus, Sasimorum[1] episcopus, transiit Nazianzum et inde Constantinopolim, unde iterum Nazianzum reversus est; Meletius Sebastiæ translatus fuit Antiochiam; Dositheus Lyciæ[2] translatus fuit Tarsum; Philippus Heliopoleos[3] translatus fuit Aspuniam; Alexander Apameæ[4] translatus fuit Eudoxiopolim; Polycarpus (Sexantapristeos[5]) translatus est Nicopolim Thraciæ; Anthimus Trebizontis transiit Constantinopolim; et Barses Haranæ Edessam[6].

Hisce exemplis fultus sanctus Proclus Cyzicenus sedit super thronum Constantinopolitanum, ubi tanquam inclytus doctor inclaruit. Adduxit etiam corpus sancti Joannis in civitatem regiam et coadunavit populum.

ܒܬܪ ܝܘܚܢܢ ܕܘܡܢܘܣ .

ܘܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܟܕ ܡܝܬ ܩܘܪܝܠܘܣ ܩܡ
ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ . ܘܒܬܪ ܦܪܘܩܠܘܣ ܦܠܒܝܢܘܣ .

37. *Post Joannem*, DOMNUS.

Alexandriæ, defuncto S. Cyrillo successit Dioscorus, et Constantino-

[1]) Sasima, urbs Cappadociæ. Cf. *Or. Christ.*, I, 405.

[2]) Pro *Lycia* Socrates *(loc. cit.)* habet *Seleuciam.*

[3]) Quum nullus noscatur Philippus qui fuerit Heliopoleos episcopus, mendum irrepisse videtur apud Barhebræum. Idcirco pro *Philippo Heliopoleos* legerem Palladium Hellenopoleos, ut habet Socrates *(loc. supr. cit.)*. Hellenopolis, urbs erat Bithyniæ. Aspunia vel Aspona urbs est Galatiæ.

[4]) Pro Alexandro Socrates habet Theophilum. Apamea, de qua hic sermo est, non Apamea Syriæ sed Apamea est Asiæ provinciæ, ut constat ex Socrate, *loc. cit.*

[5]) ܐܦܣܛܝܐ quænam sit urbs, nescio. Suspicor mendum in codicem irrepsisse et legendum cum Socrate, quem fere exscribit Barhebræus, *Sexantapristim*, urbem Mœsiæ.

[6]) In Chronico Edesseno (B. O. I, 396) legimus : ܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܐܬܐ ܒܪܣܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܡܢ ܚܪܢ ܠܐܘܪܗܝ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ . «*Anno sexcentesimo septuagesimo secundo Barses, episcopus, imperatoris jussu, ex Haran Edessam translatus est.*»

ܘܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܒܬܪ ܦܪܘܩܠܘܣ ܩܡ
ܦܠܐܒܝܢܘܣ ܢܣܛܘܪܝܢܐ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܘܛܘܟܐ ܩܫ̄ ܘܪܝܫܕܝܪܐ
ܕܚܕ ܡܢ ܕܝܪ̈ܬܐ ܕܩܘܣܛܢܛ̄. ܕܡܫܒܚ
ܗܘܐ ܡܢ ܣܓܝܐܐ ܒܝܕ ܕܘܒܪ̈ܘܗܝ. ܟܕ ܚܙܐ
ܠܢܣܛܘܪܝܘܣ ܕܡܛܠ ܕܐܡܪ ܬܪ̈ܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܐܡܝܢ
ܒܡܫܝܚܐ ܒܬܪ ܚܝܕܝܘܬܐ ܐܬܦܠܛܪ. ܨܒܐ
ܗܘ ܕܚܕ ܟܝܢܐ ܢܣܝܡ ܒܡܫܝܚܐ. ܒܪܡ
ܠܗ ܡܢ ܚܝܠܐ ܕܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝ̈ܫܐ. ܐܠܐ ܕܘܓܡܐ
ܢܘܟܪ[ܝܐ] ܐܝܬܝ. ܘܟܦܪ ܠܫܪܪܐ ܕܠܗ ܦܓܪܐ
ܢܣܒ ܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܡܢ ܒܬܘ̄. ܐܠܐ ܐܝܟ
ܐܐܪ ܕܡܢ ܩܪܝܪܘܬܐ ܡܬܓܫܡ ܘܗܘܐ ܡܛܪܐ
ܘܬܠܓܐ. ܘܐܝܟ ܡ̈ܝܐ ܕܡܢ ܐܐܪ ܩܪܫܐ ܗܘܝܢ
ܓܠܝܕܐ ܟܕ ܡܬܩܪܫܝܢ. ܗܟܢܐ ܐܬܓܫܡ
ܡܠܬܐ. ܘܟܕ ܐܬܦܪܣ ܡܘܬܒܬܗ ܟܕܒܬܐ.
ܐܬܝܕܥ ܡܢ ܥܠܘܡܐ ܕܦܘܣܛܝ̈ ܕܠܒܘܢ

poli, Proclo successit Flavianus Nestorianus[1].

Ea vero tempestate Eutyches, presbyter et archimandrita cujusdam monasterii Constantinopolitani, vir moribus suis apud plurimos commendatus, cum vidisset Nestorium propter assertionem duarum naturarum in Christo post adunationem[2] depositum fuisse, voluit ipse unicam naturam statuere in Christo; verum, contra vim Scripturarum sanctarum, dogma alienum invexit veritatemque negavit, asserendo Deum Verbum non assumpsisse corpus e virgine; sed, sicut aer per frigus incorporatur fitque pluvia aut nix, et sicut aquæ aere gelido coagulatæ glacies fiunt, ita, juxta illum, incorporatum est Verbum. Porro cum percrebuisset falsa

[1]) Barhebræus ex more sectæ Jacobiticæ simul Nestorium et Eutycheten rejicit. Jacobitæ enim, vestigia prementes Dioscori, patriarchæ Alexandrini, Nestorium anathematizant non solum quia negavit virginem Mariam recte *Dei genitricem* dici et quia personam Christi in duas divisit, sed etiam quia, dum Christum divideret ejusque naturas separaret, simul naturarum dualitatem retinebat. Idcirco eodem anathemate feriunt ipsos catholicos, utpote qui duas in Christo naturas post unionem asserunt, eosque Nestorianos appellant. Hinc intelligitur qua ratione fiat ut Barhebræus Flavianum Constantinopolitanum, qui orthodoxam fidem constanter contra Nestorium et Eutycheten propugnavit, Nestorianum appellet. Eutycheten autem ideo rejicit quod, juxta ipsum, negaverit Verbum divinum verum assumpsisse corpus ex virgine Maria.

[2]) Hallucinatur hic Barhebræus, ut dixi in nota præcedenti. Nestorius enim damnatus fuit non quia duas in Christo naturas admittebat, sed quia *duas in Christo personas* statuebat, alteram Verbi Dei, alteram Jesu hominis. Nam hominem in utero Virginis formatum aiebat alium esse ab unigenito Dei Verbo; aiebat simul Incarnationem non esse naturalem et hypostaticam Verbi cum humanitate unionem, sed meram inhabitationem Dei Verbi in homine, id est in humana natura per se subsistente, velut in suo templo: idque (ut notant Patres Syn. V, can. 4) ***secundum gratiam vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum æqualitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut affectum, aut virtutem, aut bonam voluntatem, aut beneplacitum vel secundum homonymiam, per quam Deum Verbum, Filium et Christum vocans, et hominem separatim Christum et Filium nominans, adeoque duas personas evidenter dicens, per solam nominationem et honorem et dignitatem, et adorationem unam personam et unum Filium et unum Christum affirmabat.*** Unde sequebatur beatam Mariam virginem non recte dici θεοτόκον sed χριστοτόκον. Cfr Assemanus *De Syris Nestorianis*, p. 190, sqq.

ܪܫܐ ܥܠܘܗܝ ܡܛܠ ܕܡܠܦܢܘܬܐ. ܘܠܐ ܐܒܐ. ܐܠܐ
ܡܪܡܐ ܥܠܬܐ ܐܝܟ ܗܘܐ ܕܚܒܘܫܝܐ ܥܠܡ
ܐܝܬܘܗܝ ܘܠܥܠܡ ܠܐ ܢܦܩ . ܘܡܪܡܐ
ܕܡܪܥ ܘܟܗܝܠ ܘܣܒܐ ܗܘ. ܘܟܕ ܐܬܐܠܨ
ܘܐܬܐ. ܘܟܕ ܠܣܓܝܐܐ ܐܦܝܣܘܗܝ ܦܠܒܝܢܘܣ
ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܘܐܘܣܒܝܘܣ ܕܕܘܪܘܠܐܘܣ. ܕܢܩܒܠ
ܠܡܪܥܝܬܗܘܢ ܢܣܛܘܪܝܢܝܬܐ . ܘܐܬܟܠܝ
ܘܫܕܪ ܠܟܬܒܐ ܠܪܘܡܝ ܠܘܬ ܠܐܘܢ ܘܒܥܐ
ܕܢܬܒܨܘܢ ܗܠܝܢ ܕܝܠܗ ܒܣܘܢܗܕܘܣ
ܐܚܪܬܐ . ܘܟܬܒ ܐܦ ܦܠܒܝܢܘܣ ܠܠܐܘܢ .
ܘܦܢܝ ܠܗ . ܐܓܪܬܐ ܗܝ ܕܡܬܩܪܝܐ
ܛܘܡܘܣ. ܕܐܝܬ ܒܗ ܪ̈ܫܐ ܣܓܝܐܐ ܕܡܩܝܡܝܢ
ܬܪܝܢܘܬ ܟܝ̈ܢܐ .

ܗܝܕܝܢ ܡܠܟܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܟܬܒ
ܠܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܘܠܝܘܒܢܠܝܘܣ
ܕܐܘܪܫܠܡ . ܘܠܕܘܡܢܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ .
ܕܢܟܢܫܘܢ ܐܦܝܣܩ̈ܐ ܕܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܗܘܢ .
ܘܠܐܦܣܘܣ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܣ ܕܐܣܝܐ ܢܬܒܥܘܢ .
ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܢܬܒܩܘܢ . ܘܦܩܕ ܬܘܒ ܗܘ
ܡܠܟܐ ܒܐܓܪܬܐ ܠܘܬܗܘܢ ܕܐܦܣܩܘܦ̈ܐ .
ܕܐܢ ܫܦܝܪܐ ܠܐܠܗܘܬܟܘܢ . ܪܚܡ ܐܠܗܐ
ܩܫܝܫܐ ܘܪܝܫ ܕܝܪܐ ܒܪܨܘܡܐ . ܗܘ ܕܡܫܡܠܝܐ
ܕܒܕܒܪ̈ܐ ܘܬܪܝܨ ܬܘܕܝܬܐ ܡܬܢܨܚ .
ܢܐܬܐ ܠܐܦܣܘܣ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܕܘܟܬܐ ܕܪ̈ܝܫ

ipsius doctrina, accersitus fuit a Flaviano Constantinopolitano ut sese purgaret ab hujusmodi suspicione; ast ire noluit; sed prætextus arripiebat, modo quod esset sub clausura perpetua, modo quod æger esset, debilis et senex; tandem coactus venit[1]. Cum autem multis suaderent Flavianus Constantinopolitanus et Eusebius Dorylœus ut sententiæ ipsorum Nestorianæ acquiesceret, renuit et misit libellos[2] Romam ad Leonem, rogans ut hæc sua perpenderentur in synodo altera. Scripsit et Flavianus[3] Leoni. Respondit Leo per hanc epistolam „tomum"[4] appellatam, cui insunt capita multa dualitatem naturarum stabilientia.

Tunc imperator Theodosius scripsit Dioscoro Alexandrino et Juvenali Hierosolymitano et Domno Antiocheno ut congregarent episcopos eorum potestati subjectos, qui Ephesi, Asiæ metropoli, sese sisterent ac de hisce rebus examen instituerent. Præcepit pariter imperator in epistola ad istos episcopos ut, si Divinitati eorum placeret, Dei amantissimus presbyter et abbas Barsumas[5], puritate morum et fide recta illustris, veniret Ephesum ad tenendum locum abbatum totius Orientis. Ascendit igitur sanctus[6] Bar-

[1]) Cf. Ill. Hefele, *Conciliengeschichte*, II, p. 304, sqq.

[2]) Vid. *Epist. Eutychetis ad S. Leonem* inter *Opera S. Leonis*, ap. Migne *Patrol. lat.* LIV, 713, sqq.

[3]) Vid. ejus *Epist.* inter *Opera S. Leonis*, *Patrol. lat.* LIV, 723, sqq.

[4]) Cf. S. Leonis *Opp.*, *Patrol. lat.* LIV, 755, sqq.

[5]) De Barsuma vid. Asseman. *Bibl. Or.* II, p. 1, sqq.

[6]) Sanctus vocatur a Barhebræo vir ille, utpote qui inter Monophysismi auctores jure primipilus habetur.

ܕܡܬܐ ܕܟܠܗ ܡܬܟܢܫܐ· ܘܫܒܩܘ ܡܢ ܒܘܪܘܩܐ
ܠܗܕܐ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܬܪܬܝܢ. ܘܟܕ ܫܪܝܘ
ܠܡܒܨܝܘ. ܟܬܒ ܐܘܛܝܟܐ ܠܣܘܢܗܕܘܣ
ܗܟܢܐ· ܕܐܢܐ ܠܡ ܨܒܝܢܐ ܗܘܐ ܠܝ ܡܢ ܡܢ
ܛܠܝ[ܘ]ܬܐ ܗܕܡܐ. ܕܒܫܠܝܐ ܠܘܬ ܠܣܝܒ
ܐܬܬܐ ܪܚܝܩܐ ܠܫܓܘܫܝܐ. ܘܠܐ ܫܘܐ ܗܘܝܬ
ܕܠܗ ܒܣܝܡܘܬܐ ܐܬܗܢܐ. ܠܐ ܕܝܢ ܐܬܦܠܓܬ
ܕܡܢ ܒܘܫܡܐ ܐܗܘܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܕܐܝܟ ܗܢܐ.
ܐܠܐ ܡܢ ܠܒܢܝܐ ܕܐܣܬܝܐ ܒܡܥܠܝܘܬܗ ܡܡܢܐ
ܠܒܟܠܗ. ܘܗܫܐ ܘܡܢ ܫܘܪܝܐ ܠܒܝܬ ܕܝܢܐ
ܕܛܘܒܢܘܬܟܘܢ ܩܪܝܬ. ܘܡܣܗܕ ܐܢܐ ܩܕܡ
ܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ. ܗܘ ܕܐܘܕܝ ܩܕܡ ܦܢܛܝܘܣ
ܦܝܠܛܘܣ ܬܘܕܝܬܐ ܫܦܝܪܬܐ. ܕܗܟܢܐ
ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܘܡܬܪܥܐ ܐܢܐ ܘܡܬܒܪܢܐ
ܐܢܐ. ܐܝܟ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܫܠܡܘ ܠܢ ܐܒܗܬܐ
ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܒܢܝܩܝܐ. ܗܢܘܢ ܕܐܦ
ܐܒܗܬܐ ܩܕܝܫܐ ܒܣܘܢܗܕܘܣ ܩܕܝܫܬܐ
ܕܐܦܣܘܣ ܫܪܪܘ. ܘܐܢ ܐܢܫ ܠܒܪ ܡܢ ܗܕܐ
ܗܝܡܢܘܬܐ ܡܬܪܥܐ: ܠܗܢܐ ܡܚܪܡ ܐܢܐ.
ܡܫܡܗܐܝܬ ܕܝܢ ܠܡܐܢܝ ܘܠܘܠܢܛܝܢܘܣ
ܘܐܦܘܠܝܢܪܝܘܣ ܘܢܣܛܘܪܝܘܣ. ܥܕܡܐ
ܠܗ ܠܫܡܥܘܢ ܚܪܫܐ.

ܡܢ ܕܩܪܘܗ̇ ܐܦܝܣܩܦܐ ܠܐܓܪܬܐ ܗܕܐ·
ܘܐܦ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܗܘ ܕܐܘܛܘܟܐ
ܫܡܥܘܗ̇. ܩܒܠܘܗܝ ܘܫܪܘ ܠܚܪܡܐ
ܕܥܠܘܗܝ ܕܗܘܐ. ܐܠܐ ܒܬܪܟܢ ܟܕ

sumas ad alteram hanc synodum[1]. Incoepto autem examine, Eutyches scripsit ad synodum in hunc modum: „Ad me quidem quod attinet, voluntas mihi fuit a tenera juventute ut in silentio viverem usque ad senectutem et procul fierem a quocumque tumultu. Dignus autem nequaquam habitus fui ut hujus propositi suavitate fruerer. Etenim per insidias aliorum in grave periculum incidi; nunc autem, sicut jam a principio, ad judicium Beatitudinum vestrarum appello. Testor autem coram Christo Jesu, qui confessus est coram Pontio Pilato confessionem bonam, me ita credere, cogitare et sentire quemadmodum *se habet* fides quam tradiderunt nobis sancti Patres, Nicææ congregati, quam etiam sancti Patres in sancta synodo Ephesina confirmarunt. Si quis autem præter hanc fidem sentit, hunc anathematizo, nominatim autem Manetem, Valentinum, Apollinarem et Nestorium usque ad Simonem magum[2].“

Quum legissent episcopi hanc epistolam eamque ipso Eutychetis ore recitatam audiissent, Eutychetem receperunt et decreta contra eum lata illico cassarunt. Verum postea, cum

[1]) Synodus a Barhebræo hic laudata est conciliabulum illud Ephesinum, quod, anno 449 a Monophysitis fraudibus et vi peractum, idcirco latrocinium vocari solet. Cfr. Hefele, *Conciliengeschichte*, II, 350-370.

[2]) Barhebræus hanc epistolam abbreviando refert. Cf. Coleti *Concill. collect.* edit. Venet. 1728, IV, 630, sqq.

ܐܬܓܠܝ ܕܝܢ ܠܟܠ. ܕܠܬܝܘܒܗ ܩܕܡܝܐ
ܗܦܟ ܐܫܬܕܝ ܠܛܘܡܘܣܗ ܕܝܢ ܕܠܐܘܢ ܗܘ
ܕܐܝܬܝܘ ܐܢܫܘܗܝ ܕܝܠܗ. ܠܐ ܩܪܘ. ܐܝܟܢܐ
ܕܠܐ ܢܚܪܡܘܢ ܚܪܡܐ ܥܠ ܡܫܠܡܢܗ. ܘܠܗܕܐ
ܫܓܘܫܝܐ ܒܥܕܬܐ. ܦܪܟܣܝܣ ܕܝܢ ܕܥܒܕܘ
ܗܘܘ ܗܠܝܢ ܕܒܝܬ ܦܠܒܝܢܘܣ ܐܬܩܪܝܬ.
ܘܟܕ ܐܫܟܚܘ ܒܗ ܗܝ ܕܬܪܬܝܢ ܟܝܢܝܢ ܒܬܪ
ܡܬܒܪܢܫܘܬܐ. ܩܥܘ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܐܪܝܡܘ
ܐܪܝܡܘ ܘܐܘܩܕܘ. ܐܦ ܠܐܘܣܒܝܘܣ ܗܢܐ
ܕܕܘܪܘܠܐܘܣ ܕܩܪܐ. ܘܗܟܢܐ ܐܦܩܘ ܩܬܐܪܣܝܣ
ܥܠ ܦܠܒܝܢܘܣ ܘܐܘܣܒܝܘܣ. ܘܐܦ ܥܠ
ܕܘܡܢܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܫܒܥܐ ܐܚܪ̈ܢܐ
ܕܗܘܘ ܒܪܥܝܬܐ ܐܝܟܘܬܗ. ܘܠܐ ܐܬܬܘܝܘ.

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܝܣܚܩ ܪܝܫܝܪܐ ܘܐܦ
ܡܟܬܒܢܐ ܒܐܘܪܗܝ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ. ܗܢܐ ܐܦ
ܗܪܛܝܩܘܣ ܗܘܐ ܥܡ ܚܠܦ ܙܒܢܐ ܐܫܬܚܠܦ.

pateret eum ad priorem vomitum rediisse, ejectus fuit. Tomum vero Leonis, quem attulerant ejus vicemgerentes, non legerunt ne anathema decernerent in ejus auctorem et *hac occasione* turbæ in ecclesiis orirentur. Acta vero confecta ab asseclis Flaviani lecta fuere; cumque invenissent episcopi in iis asseri duas naturas post incarnationem (ἐνανθρώπησιν) clamarunt: « Tollite, tollite, et comburite ea et cum eis Eusebium istum Dorylæum qui ea legit. » Hoc modo depositionis pœnam tulerunt in Flavianum, Eusebium, Domnum Antiochenum et septem alios qui in eadem deprehensi sententia non pœnitebant.

Hoc etiam tempore Edessæ inclaruit Isaac abbas et scriptor, qui et ipse cum tempore varians hæreticus fuit[1].

ܒܬܪ ܕܘܡܢܘܣ. ܡܟܣܝܡܘܣ.

ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܫܬܪܝܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܩܕܝܫܬܐ
ܕܐܦܣܘܣ ܬܢܝܢܝܬܐ. ܘܗܦܟܘ ܐܦܛܪ̈ܦܐ
ܠܐܬܘ ܕܗܘܐ ܕܠܐܘܢ ܠܪܘܡܝ. ܘܐܘܕܥܘ ܗܘ

38. *Post Domnum*, MAXIMUS[2].

Soluta sancta Ephesina synodo secunda[3], legati, Leonis vicemgerentes, Romam reversi, nuntiaverunt ejus Tomum non fuisse receptum, tum Leo,

[1]) De sancto Isaaco magno pauca hucusque nota sunt. In *Chronico Edesseno* hæc legimus : ܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܠܬ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܠܦܢܐ ܘܐܪܟܝܡܢܕܪܝܛܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ. « *Anno septingentesimo sexagesimo tertio* (Christi 452) *claruit Mar Isaac, scriptor et archimandrita.* » Dionysius patriarcha ad an. Chr. 418 scribit : ܒܗܢܐ ܕܝܢ ܙܒܢܐ ܡܠܦܢܐ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܢ ܐܡܝܕ ܡܕܝܢܬܐ ܡܬܝܕܥ ܘܡܥܒܕ ܡܐܡܪ̈ܐ ܥܠ ܚܘܪܒܗ ܕܪܘܡܝ ܪܒܬܐ. «*Hoc tempore inclaruit doctor mar Isaac ex Amida civitate. Is carmina scripsit de vastatione magnæ Romæ.*» Decesserit Isaacus circa annum Christi 460. Nam supervixit ruinæ Antiochiæ, quæ contigit anno 459. Ex scriptis Isaaci Sermonem metricum unum syriace edidit Cl. P. Pius Zingerle in opere : *Monumenta syriaca*, Œniponti, 1869, pp, 14-20.

[2]) De Maximo, præter canones anno 449 ordinato, vid. Lequien *Oriens Christ.*, II, 723.

[3]) Sanctam vocat Monophysita hanc synodum quia hæresi unius naturæ favit; quamvis ob violentiam aliaque Dioscori inique gesta *Latrocinium Ephesinum* recte meruerit appellari.

ܘܠܐ ܐܬܦܨܚ ܛܘܡܣܗ. ܐܬܡܠܝ ܚܡܬܐ ܘܪܘܓܙܐ. ܘܐܚܕ ܐܝܒܐ ܥܡ ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܣܠܩܬ ܡܠܟܬܐ ܐܬܬܗ ܕܬܐܘܕܘܣܝܣ ܘܚܬܗ ܦܘܠܟܪܝܐ ܠܪܘܡܝ ܠܨܠܘܬܐ. ܘܟܕ ܡܬܟܪܟܝܢ ܥܕܬܐ ܐܬܝ ܠܥܕܬܐ ܕܫܠܝܚܐ. ܘܐܫܟܚܘܗ ܠܠܐܘܢ ܕܪܡܐ ܠܗ ܡܢ ܦܪܣܐ ܒܐܪܥܐ ܘܒܟܐ· ܘܐܫܬܐܠܘܗ ܕܢܘܕܥ ܐܢܝܢ ܥܠܬܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܕܒܝܘܡܬܟܘܢ ܟܘܪܣܝܐ ܗܢܐ ܫܠܝܚܝܐ ܐܬܒܣܝ ܒܣܘܢܗܕܘܣ ܗܕܐ ܕܐܬܪܡܝܬ ܒܐܦܣܘܣ. ܘܨܒܐ ܐܢܐ ܕܬܬܟܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ ܬܒܝܠܝܬܐ ܘܬܬܒܛܠ ܗܝ ܕܐܦܣܘܣ. ܗܢܝܢ ܕܝܢ ܗܟܢ ܟܬܒ ܠܡܠܟܐ ܥܠܝܗܝܢ. ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܦܢܝ ܕܣܘܢܗܕܘܣ ܕܬܪܬܝܢ ܕܒܐܦܣܘܣ ܒܟܠܗ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܦܪܢܣܬ. ܘܐܢܐ ܟܠܗ ܫܪܒܗ ܝܠܦܬ ܡܟܝܠ. ܫܦܝܪ ܥܒܕܢ ܐܢܬܝܢ. ܐܢ ܒܗܢܐ ܣܘܥܪܢܐ ܠܬܚܘܡܝܗܝܢ ܠܐ ܬܥܠܢ ܐܢܬܝܢ.

ܘܒܬܪ ܡܘܬܗ ܕܬܐܘܕܘܣܝܣ ܡܠܟ ܡܪܩܝܢܘܣ ܒܓܒܝܬܐ ܕܦܘܠܟܪܝܐ. ܒܗ ܒܫܢܬܐ ܐܬܟܪܗ ܠܐܘܢ ܕܢܬܩܒܠ ܛܘܡܣܗ ܕܝܠܗ

ira et indignatione repletus, gravem in Dioscorum inimicitiam concepit.

Hoc autem tempore ascendit imperatrix uxor Theodosii, cum sorore sua Pulcheria Romam ad orationem. Cum igitur circumirent ecclesias venerunt ad basilicam Apostolorum, et introgressæ invenerunt Leonem intra velum in terram prolapsum et lugentem rogaruntque eum ut sibi causam indicaret; qui dixit : « in diebus vestris Sedes hæc apostolica in contemptum adducta est in altera illa synodo quæ Epheso convenit; volo autem ut œcumenica congregetur synodus et irrita fiat Ephesina[1]. » Illæ autem in hunc sensum ad imperatorem scripserunt. Imperator vero respondit synodum secundam Ephesi cum omni pietate rem gessisse seque diligenter didicisse totum negotium; illas igitur bene acturas si huic rei se non immiscerent.

Defuncto autem Theodosio, regnavit Marcianus per electionem Pulcheriæ. Eodem anno studuit Leo ut primum Tomus suus reciperetur et

[1]) Anno 449 Imperator Valentinianus III cum matre sua Placidia et uxore Eudoxia Romam venit. Quum autem ad orandum ingressus esset cum matre et uxore basilicam Apostolorum, S. Leo cum lacrymis imperatorem ejusque matrem ac uxorem deprecatus est ut, missis litteris, conarentur imperatorem Theodosium Juniorem ad meliorem sensum erga Flavianum et orthodoxos reducere ipsumque ad rescindenda acta latrocinii Ephesini impellere. Eorum litteris non annuit Theodosius (Vid. inter *Opera* S. Leonis, *Epp.* 55, sqq).Putem Barhebræum res confudisse. Nullibi enim traditur Pulcheriam, sororem Theodosii, cum hujus uxore Romam venisse et exinde, rogatu Leonis, Theodosio scripsisse. Imo contrarium ex epistolis S. Leonis ad Pulcheriam colligitur.

ܠܬܒܥܐ . ܘܗܝܡܢ ܠܬܒܥܬܐ ܡܢ ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ . ܘܫܕܪ ܠܘܬ ܦܘܠܟܪܝܐ ܘܡܪܩܝܢܐ ܕܢܟܢܫܘܢ ܣܘܢܗܘܕܘܣ . ܘܡܠܟܐ ܦܩܕ ܕܒܢܝܩܝܐ ܬܗܘܐ ܣܘܢܗܘܕܘܣ . ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܬܡܢܬܥܣܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܢܗܘܘܢ . ܐܠܐ ܠܐ ܫܒܩܬ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܕܢܣܒܘܢ ܫܡܐ ܗܢܐ ܛܘܥܝܝܢ . ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܙܘܥܐ ܕܐܪܥܐ ܘܢܦܠܬ ܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܢܝܩܝܐ . ܘܗܦܟ ܗܘ ܡܠܟܐ ܘܦܩܕ ܕܒܟܠܩܝܕܘܢܐ ܬܬܟܢܫܘܢ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ . ܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܚܡܫ ܕܝܘܢܝܐ . ܫܬܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܫܬ ܐܦܝܣܩܦܐ ܥܦܝܦܐ ܕܐܒܗܬܐ ܕܢܝܩܝܐ . ܘܟܢܫܘ ܟܠܗܘܢ ܒܗܝܟܠܐ ܕܣܗܕܬܐ ܐܘܦܝܡܝܐ .

ܘܝܬܒܘ ܣܢܩܠܛܝܩܐ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ . ܘܡܢ ܣܡܠܗܘܢ ܝܬܒܘ ܡܬܚܠܦܢܘܗܝ ܕܠܐܘܢ . ܘܐܢܛܘܠܝܘܣ ܕܩܘܣܛ ܘܡܟܣܝܡܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܫܪܟܐ ܕܐܦܝܣܩܦܐ ܕܡܕܢܚܐ

deinde ulcisceretur de Dioscoro. Misit ergo ad Pulcheriam et Marcianum ut synodum congregarent. Jussit igitur imperator Nicææ synodum habendam esse, cui tercenti et octodecim episcopi adessent. Sed non permisit divina providentia ut idem hoc nomen errori patrocinaretur. Factus est itaque eodem tempore terræ motus, quo corruit major Nicææ ecclesia[1]. Ideo, mutata sententia, jussit imperator synodum Chalcedoni habendam esse. Congregati sunt autem, mense Tischrin posteriori (Novembri) anno Græcorum septingentesimo sexagesimo quinto (Chr. 454), episcopi sexcenti triginta sex, duplum nempe patrum Nicænorum, et convenerunt omnes in templo Euphemiæ martyris[2].

Sederunt senatores coram altari, a sinistris eorum sederunt Leonis vicemgerentes, item Anatolius Constantinopolitanus, Maximus Antiochenus, cum reliquis episcopis Orientis, Asiæ

[1]) Barhebræus eversioni majoris ecclesiæ urbis Nicææ translationem concilii Chalcedonem tribuit, sed falso; nam ex epistolis Marciani imperatoris ad concilium patet præcipuam mutationis rationem hanc fuisse, ut nimirum imperator posset simul et a Constantinopoli non abesse et synodo interesse. De terræ autem motu nulla fit mentio. Vid. Coleti *concill. collect.*, t. IV, p. 843, sqq., et Hefele, *Conciliengesch.*, II, p. 390.

[2]) Prima concilii Chalcedonensis sessio solemnis habita fuit die 8 octobris anni Christi 451, quem annum huic concilio assignat etiam Chronicon Edessenum. Barhebræus Christi nativitatem referens ad annum Græcorum 309, epocham habiti concilii ad annum Græcorum 765, Christi 453, refert. Barhebræo fere consentit *Liber Calipharum* a Land nuperrime editus, qui refert synodum chalcedonensem anno Græcorum 763, id est, juxta ejus computum, Christi 453, celebratam fuisse, atque synodo adfuisse episcopos 765 (vid. Land *Anecdota syriaca* I, 120). Elias Nisebenus ad annum Græcorum 762 (Christ. 451) e *Libro synodorum* haec affert : ܒܗ ܒܫܢܬܐ ܐܬܟܢܫܬ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ ܕܐܚܪܡܬ ܠܟܠ ܕܠܐ ܡܘܕܐ ܒܡܫܝܚܐ ܬܪܬܝܢ ܟܝܢܝܢ ܚܕ ܩܢܘܡܐ ܘܐܬܟܢܫܘ ܗܘܘ ܬܡܢ ܐܦܝܣܩܦܐ ܫܬܡܐܐ . « *Eo anno coacta est synodus Chalcedonensis, quæ anathema dixit in omnes qui non confitentur in Christo duas naturas, unam personam*; *congregati autem illic adfuere episcopi sexcenti.* »

ܘܕܐܣܝܐ ܘܕܬܪܩܐ. ܘܡܢ ܝܡܝܢܗܘܢ
ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܘܝܘܒܢܠܝܘܣ
ܕܐܘܪܫܠܡ. ܘܫܪܟܐ ܕܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܕܐܦܪܟܝܐ
ܕܡܨܪܝܢ. ܘܕܐܠܘܪܝܩܘܢ. ܘܕܦܠܣܛܝܢܐ.
ܘܐܢܫܝܢ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܢܣܛܘܪ̈ܝܐ ܩܪܒܘ
ܠܘܬ ܡܪܩܝܢܘܣ ܘܦܘܠܟܪܝܐ ܘܐܦܝܣܘ
ܕܒܪܨܘܡܐ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܕܠܘܬܗܘܢ
ܠܐ ܢܐܬܐ. ܘܫܕܪ ܡܠܟܐ ܠܘܬ ܫܪܟܐ
ܕܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܘܫܐܠ ܐܢܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ
ܕܥܢܘ ܚܪܡ ܗܘ ܒܪܨܘܡܐ. ܒܪܨܘܡܐ ܢܐܙܠ
ܠܐܣܛܘܪܝܐ ܠܒܪܨܘܡܐ ܩܛܘܠܐ ܐܦܩܘ ܠܒܪ.
ܗܘ ܓܝܪ ܩܛܠܗ ܠܛܘܒܢܐ ܦܠܒܝܢܐ ܟܕ
ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܢܟܘܣܘ. ܗܝܕܝܢ ܡܬ̈ܒܝ ܕܘܟܬܐ
ܕܠܐܘܢ ܩܡܘ ܒܡܨܥܬܐ ܘܐܡܪܘ. ܦܘܩܕܢܐ
ܢܣܒܢܢ ܕܝܠܢ ܡܢ ܛܘܒܢܐ ܘܫܠܝܚܝܐ ܦܦܐ
ܕܪܗܘܡܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܪܝܫܐ ܕܟܠܗܝܢ ܥܕ̈ܬܐ.
ܕܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܠܐ ܢܬܒ ܒܟܢܘܫܝܐ.
ܘܩ̈ܝܡܐ ܐܡܪܘ ܕܟܠܬܐ ܕܪܫܝܢܐ ܕܠܩܘܒܠܗ
ܢܬܚܙܐ ܒܓܠܝܐ. ܘܡܩܛܪ̈ܓܢܘܗܝ ܥܢܘ
ܕܟܕ ܦܪܨܘܦܐ ܕܕܝܢ ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ.
ܐܡܪܚ ܘܟܢܫܗ ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܠܚܘܕܘܗܝ.
ܕܠܐ ܡܫܬܠܡܢܘܬܐ ܕܟܘܪܣܝܐ ܫܠܝܚܝܐ
ܕܪܗܘܡܐ.

et Thraciæ; a dextris vero Dioscorus Alexandrinus, Juvenalis Hierosolymitanus et reliqui episcopi provinciæ Ægypti et Illyrici et Palæstinæ. Nonnulli autem episcopi Nestoriani[1] adierunt Marcianum et Pulcheriam, rogantes ut Barsumas archimandrita ad synodum non admitteretur. Tunc mittens imperator reliquorum episcoporum sententiam exquisivit. Qui responderunt : „ anathema Barsumæ; Barsumas eat in exilium ; Barsumam homicidam emittite foras ; ipse enim occidit beatum Flavianum dicendo : „ jugulate[2]. „ Tum[3] vicemgerentes Leonis cum in medio stetissent, dixerunt : „Mandatum habemus beatissimi atque apostolici viri papæ Romæ, qui est caput omnium ecclesiarum, ut Dioscorus non sedeat in concilio[4]. „Senatores igitur statuerunt accusationem illi impactam publice perpendendam esse. Responderunt ejus accusatores eum, quamvis personam judicandi non haberet, temerarie ausum fuisse synodum congregare sine consensu apostolicæ sedis Ecclesiæ romanæ.

[1]) Nestorianos pro more vocat eos qui contra Eutychetem et Dioscorum veram duarum naturarum fidem propugnabant.

[2]) ܢܟܘܣܘ a verbo ܢܟܣ *palpavit, mactavit, jugulavit*. Deest in hac ultima significatione apud Smith in *Thesauro syriaco*. Barhebræus hoc verbo expressit verbum græcum σφάττειν, quod in *Actis* concilii chalcedonensis hoc loco occurrit. Quæ acta sunt a concilio Chalcedonensi in causa Barsumæ referuntur in Actione IV Vid. Coleti *Concill. collect.*, IV, p. 1414.

[3]) Invertit Barhebræus ordinem rerum gestarum. Quæ enim sequuntur in Actione I concilii chalcedonensis gesta fuerunt. Vid. Coleti *Concill. collect.*, t. IV, 863, sqq.

[4]) Dioscorus, vir in concilio Chalcedonensi tanquam gravissimorum flagitiorum et hæreseos reus depositus, a Monophysitis inter sanctos recensetur eo quod unicam in Christo naturam docuit.

ܘܒܬܪ ܣܓܝܐ̈ܬܐ ܐܦܩܘܗܝ ܠܡܩܝܡܐ
ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܡܢ ܕܘܟܬܗ ܘܐܬܩܝܡܘܗܝ
ܒܡܨܥܬܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܝܬܒܝܢ ܗܢܘܢ
ܕܡܬܕܝܢܝܢ . ܘܥܠܘ ܬܐܘܕܘܪܝܛܐ
ܘܐܘܣܒܝܘܣ ܕܕܘܪܘܠܝܘܢ ܘܗܝܒܐܣ
ܕܐܘܪܗܝ . ܗܠܝܢ ܕܡܦܩܝܢ ܗܘܘ ܘܫܪܝܘ
ܫܓܘܫܝܢ . ܘܫܪܝܘ ܠܡܩܪܐ ܗܠܝܢ
ܕܣܘܢܗܕܘܣ ܕܬܪܬܝܢ ܕܐܦܣܘܣ ܐܬܥܒܕ.
ܒܦܠܒܝܢܘܣ ܕܥܠ ܕܬܪܝܢ ܟܝ̈ܢܝܢ ܐܡܪ
ܒܬܪ ܚܕܝܘܬܐ ܗܝܕܝܢ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܡܕܢ̈ܚܝܐ
ܩܥܘ ܘܐܡܪܘ ܕܕܠܐ ܨܒܝܢܗܘܢ ܐܬܥܒܕ
ܗܠܝܢ . ܘܡܨܪ̈ܝܐ ܐܡܪܘ . ܗܝܕܝܢ ܐܡܪܢܢ .
ܘܗܫܐ ܐܡܪܝܢܢ .

ܘܩܡ ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܐܡܪ ܕܒܓܠܝܘܬ ܐܡܪ ܐܢܐ .
ܕܥܠ ܕܒܬܪ ܚܕܝܘܬܐ ܬܪܝܢ ܟܝ̈ܢܝܢ ܐܡܪ
ܦܠܒܝܢܘܣ . ܐܬܦܪܫ . . ܠܝ ܕܝܢ
ܣܗܕܘܬܐ ܐܝܬ ܠܝ ܕܐܒ̈ܗܬܐ ܩܕ̈ܝܫܐ . ܕܠܐ ܙܕܩ
ܠܡܐܡܪ ܒܬܪ ܚܕܝܘܬܐ ܬܪܝܢ ܟܝ̈ܢܝܢ .
ܐܠܐ ܕܚܕ ܗܘ ܟܝܢܐ ܕܡܠܬܐ ܕܡܬܒܣܪ .
ܡܟܝܠ ܐܢܐ ܥܡ ܐܒ̈ܗܬܐ ܢܦܩ ܐܢܐ .
ܘܫܒܩ ܘܢܦܩ . ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܡܚܕܐ
ܐܩܝܡ ܥܠܘܗܝ ܢܛܘ̈ܪܐ ܕܠܐ ܢܥܪܩ . ܗܝܕܝܢ
ܫܕܪܘ ܠܘܬܗ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ . ܕܣܘܢܗܕܘܣ ܡܢ
ܡܦܝܣܐ ܠܩܕܝܫܘܬܟ ܕܬܐܬܐ ܠܘܬܗ
ܠܘܬܗ . ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܐܡܪ . ܐܢܐ ܢܛܝܪ

Post plura vero jusserunt tandem Dioscorum e loco suo surgere et in medio stare ubi sedent qui judicandi sunt. Tunc ingressi sunt Theodoretus, Eusebius Dorylææ et Ibas Edessæ[1] qui antea ejecti fuerant; cœperuntque tumultuari; et inchoarunt lectionem eorum quæ gesta fuerant in secunda synodo Ephesina in depositione Flaviani qui duas asseruerat naturas post adunationem. Episcopi autem orientales reclamarunt dicentes hæc absque eorum consensu acta fuisse. Ægyptii vero dixerunt : « quod tunc diximus et nunc dicimus[2]. »

S. Dioscorus dixit : « palam affirmo Flavianum, quia duas naturas post adunationem asseruit, depositum fuisse. Testimonia autem habeo sanctorum Patrum juxta quæ non licet dicere post adunationem duas naturas sed unam esse naturam Verbi incarnati. Igitur cum Patribus egredior. » Reliquit igitur synodum et exivit[3]. Illico autem imperator constituit illi custodes ne abiret. Deinde episcopi ad eum scripserunt : « sancta synodus rogat venerationem tuam ut ad ipsam accedat. » Dioscorus respondit : « custodior ego; si autem permittunt me

[1]) Ibas non adfuit primæ actioni concilii Chalcedonensis.

[2]) Cfr. *Concil. Chalced.*, act. I, in Coleti *Concill. coll.*, t. IV, 1011.

[3]) Quæ hic abbreviando refert Barhebræus in actione prima concilii Chalcedonensis gesta sunt (vid. Coleti *concill. coll.*, IV, 962, 970). Dioscorus autem nequaquam exivit postquam ista verba pronuntiavit, ut patet ex actis concilii.

ܡܫܬܠܛܢ ܐܢܐ. ܐܡܪܝܢ ܕܢܚܘܬ ܠܗ ܐܝܟܢܐ،
ܠܐܡܪܘܢ. ܘܩܪܘ ܒܬܪܘܗܝ، ܘܦܢܝ
ܕܐܢܐ ܡܛܝܒ ܐܢܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܩܕ. ܐܠܐ ܠܐ ܡܫܬܒܩ ܐܢܐ. ܘܒܬܪ ܗܕܐ
ܐܬܩܪܝ ܡܢ ܡܠܟܐ ܡܪܩܝܢܐ. ܒܝܕ ܝܘܚܢܢ
ܐܩܘܕܝܐ. ܕܢܫܬܠܡ ܘܢܪܫܘܡ ܐܝܟ ܬܚܘܡܐ
ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܕܐܦܠܘ ܐܢ
ܬܬܦܣܩ ܐܝܕܝ ܘܢܪܕܐ ܕܡܝ ܥܠ
ܩܪܛܝܣܐ ܗܕܐ ܠܐ ܥܒܕ ܐܢܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܦܩܘ
ܥܠܘܗܝ ܡܬܪܫܘܬܐ ܘܟܬܒܘ ܘܐܡܪܘ.
ܕܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܗܘ ܕܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ.
ܘܐܬܩܪܝ ܕܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܘܬܠܬ ܘܠܐ
ܐܫܬܡܥ. ܠܢܘܟܪܝܐ ܡܦܩܢܢ ܠܗ ܡܢ ܟܠܗ
ܐܝܩܪܐ ܕܟܘܡܪܘܬܐ ܘܕܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܘܦܩܕ
ܡܠܟܐ ܕܢܫܬܕܪ ܕܝܘܣܩܘܪܘܣ ܠܓܢܓܪܐ
ܠܐܣܘܪܐ. ܘܩܡ ܚܠܦܘܗܝ ܠܦܪܘܛܪܝܘܣ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܩܫܝܫܐ ܥܡܗ. ܘܡܛܠ
ܪܝܫܢܘܬܐ ܗܘܐ ܝܗܘܕܐ. ܘܐܝܟ ܐܒܫܠܘܡ
ܠܘܬ ܐܒܘܗܝ.

ܘܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܐܝܟ ܛܟܣܐ ܕܟܠܗܘܢ.
ܘܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ ܡܠܟܐ ܡܪܩܝܢܐ. ܗܝܕܝܢ

descendere, dicant[1]." Vocarunt eum iterum. Qui respondit: "ego paratus sum venire ad sanctam synodum, sed prohibeor." Et post hæc vocatus fuit ab imperatore Marciano per Joannem Accudæum ut assentiret subscriberetque definitioni Chalcedonensi. Ille autem respondit: "neque si abscindatur manus mea et fluat sanguis in chartam, hoc faciam." Tunc ediderunt in eum depositionem scribentes hæc: "Dioscorus qui fuit episcopus et vocatus est bis et ter et non obedivit, alienum declaramus ab omni honore sacerdotii et ministerii[2]." Jussit igitur imperator Dioscorum mitti in exilium Gangram. In ejus autem loco constitutus fuit Proterius qui fuerat presbyter cum eo quique propter principatum alter Judas factus est alterque Absalom erga patrem suum[3].

Congregatis[4] porro episcopis, unoquoque juxta ordinem suum, venit ad

[1]) Cfr. concil. Chalced., act. IIIª, in Coleti *concill. collect.*, t. IV, 1255, sqq. E tertia actione concilii Chalcedonensis patet Dioscorum, per tres vices canonice ad concilium vocatum, renuisse concilio obtemperare, nulla allata justa excusatione sed falsis dumtaxat prætextibus.

[2]) Hæc abbreviando refert Barhebræus, ut videre est in actione tertia concilii Chalcedonensis. Vid. Coleti *Concill. coll.* IV, 1302, sqq.

[3]) Fuit Proterius patriarcha Alexandriæ catholicus, unde maledictis impugnatur a Monophysitis. De eo vide Lequien, *Oriens Christ.*, II, 411. Quæ hic habet Barhebræus desumpsisse videtur e Zacharia rhetore prout hic rem refert in *Historia miscellanea* quam publici juris fecit D. Land in *Anecdotis syriacis*, t. III, p. 124. Lugdun. Batav. 1870.

[4]) Quæ sequuntur gesta sunt in actione concilii sexta. Definitio autem fidei, quæ coram imperatore recitata fuit, in actione quinta a concilio elaborata et approbata fuerat. Barhebræus hanc definitionem abbreviando, fideliter tamen, refert. Ex proposito autem abbreviat, quia si integram definitionem recitasset eo ipso evanuissent calumniæ quibus Jacobitæ orthodoxos Nestorianismi accusant. Cfr. Coleti *Concill. coll.*, t. IV, col. 1478.

ܦܣܩ ܐܠܗܘܬܗ ܐܘܣܝܡܘܢ ܕܩܘܪܠܘܣ ܘܐܡܪ.
ܡܠܟܐ ܘܩܡ ܐܛܝܘܣ ܐܪܟܕܝܩܘܢ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ:
ܘܐܡܪ ܕܒܬܪ ܨܒܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܕܡܠܟܘܬܟܘܢ.
ܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܡܚܒܝ ܐܠܗܐ. ܐܝܠܝܢ
ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܝܗܝܒ ܠܟܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܟܠ.
ܣܘܢܗܕܘܣ ܗܕܐ ܪܒܬܐ ܘܬܒܝܠܝܬܐ
ܒܦܘܩܕܢܟܘܢ ܐܬܟܢܫܬ. ܘܣܡܬ ܬܚܘܡܐ
ܬܪܝܨܐ. ܕܡܚܝܠ ܒܚܝܠܐ ܕܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ.
ܗܢܐ ܕܐܚܝܕ ܐܢܐ ܒܐܝܕܝ. ܘܐܢ ܫܦܝܪ
ܠܟܘܢ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܘܬܟܘܢ ܗܫܐ ܩܪܐ
ܐܢܐ. ܘܡܠܟܐ ܐܡܪ ܩܪܝ. ܘܟܕ ܩܪܐ.
ܘܫܡܥ ܡܠܟܐ ܗܠܝܢ ܡܠܐ ܐܡܪ.
ܕܒܚܕܐ ܡܚܫܒܬܐ ܫܘܥܝܐ ܕܛܥܝܘܬܐ ܐܦܩܢ.
ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܒܗܬܐ ܕܠܝܬ ܒܗ ܛܥܝܘܬܐ
ܚܕܬܢ. ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܩܕܡ ܚܘܝܕܐ ܬܪܬܝܢ
ܟܝܢܝܢ ܡܫܬܥܝܢ. ܚܕ ܕܝܢ ܒܬܪ
ܚܘܝܕܐ ܒܕܝܢ ܐܚܪܡܢܝܢ. ܚܕ ܗܘ ܕܝܢ
ܘܗܘ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܒܪܐ ܡܪܐ ܝܚܝܕܝܐ.
ܒܬܪܝܢ ܟܝܢܝܢ ܕܠܐ ܫܘܚܠܦܐ ܘܕܠܐ ܒܘܠܒܠܐ
ܘܠܐ ܦܘܠܓܐ. ܗܝܕܝܢ ܡܠܟܐ ܫܐܠ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ.
ܐܢ ܒܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܬܚܘܡܐ ܗܢܐ
ܐܬܬܣܝܡ. ܘܩܥܘ ܟܠܗܘܢ. ܠܗܢܐ ܟܠܢ
ܡܫܠܡܝܢ. ܠܗܢܐ ܟܠܢ ܐܬܕܝܢܢ ܘܐܪܫܡܢ
ܐܝܕܝܢ.

ܘܗܟܢܐ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܐܫܬܕܝܬ
ܕܟܠܩܝܕܘܢ. ܗܝܕܝܢ ܦܠܓܐ ܐܬܦܠܓܬ.
ܘܐܬܦܪܫܘ ܡܗܝܡܢܐ. ܘܫܒܩܘ ܡܢ
ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܗܪܛܝܩܐ ܘܐܩܝܡܘ ܚܠܦܝܗܘܢ
ܐܪܬܘܕܘܟܣܐ: ܒܐܘܪܫܠܡ ܚܠܦ ܝܘܒܢܠܝܣ
ܠܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܐܩܝܡܘ ܘܐܦ ܒܐܬܪܘܬܐ.

eos Marcianus imperator. Tunc surgens Aëtius, archidiaconus Constantinopolitanus dixit : « quoniam nutu gratiæ supernæ et zelo deo amabili Serenitatis vestræ, imperatores fidelissimi et piissimi, quibus a Deo datum est imperium super omnes, synodus hæc magna et œcumenica jussu vestro congregata est rectamque condidit definitionem, divinarum Scripturarum virtute munitam, quam manibus meis porto; si placet vobis, annuente vestra serenitate, nunc legam. » Imperator dixit : « lege. » Quum igitur legisset et audisset imperator *hæc verba*: « Communi sententia erroris commenta explosimus et patrum fidem, cui error non subest, renovavimus, eosque qui ante unitionem duas naturas fabulantur, unam autem post unitionem confingunt anathematizamus. Unus autem et idem est Christus, filius, dominus, unigenitus, in duabus naturis, sine immutatione, sine confusione et sine divisione; » tunc rogavit imperator ab episcopis an omnium consensu definitio hæc lata fuisset. Exclamarunt omnes : « huic omnes consensimus; hanc omnes decrevimus; huic omnes subscripsimus. »

Hoc igitur modo rejecta Chalcedoni vera fide, ecclesiæ divisæ sunt scissique fideles, qui recedentes a communione hæreticorum in eorum locum ordinarunt orthodoxos. Jerosolymis pro Juvenali Theodosium constituerunt, Alexandriæ pro Proterio sanctum Timotheum et sic ubique usque ad

ܘܣܠܩܘ ܕܐܪ̈ܬܘܕܘܟܣܘ ܠܟܘܪܣܝܐ ܢܬܩܒܠܘܢ
ܕܠܡܫܝܚܝܘܬܐ . ܘܗܢܘܢ ܒܡܠܟܝܢ . ܠܡܠܟܐ
ܠܡܫܬܥܒܕܘܬܐ ܡܫܬܟܚܐ . ܐܦ̈ܝܣܩܦܐ ܕܡܢ ܗܠܝܢ
ܕܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܗܦܟܘ . ܟܕ ܕܠܡܠܟܐ
ܐܪܥܢܐ ܢܫܬܥܒܕܘܢ . ܟܕ ܡܢ ܡܗܝܡ̈ܢܐ
ܗܝܟܠ ܐ̈ ܡܬܩܒܠܝܢ ܗܘܘ . ܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܘܒܣܝܦܐ ܛܪܘܢܝܐ ܠܡܪ̈ܥܝܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ . ܘܥܕܡܐ ܠܫܘܦܟ
ܕܡܐ ܡܛܝܘ . ܐܝܟܢܐ ܕܦܪܘܛܪܝܘܣ ܗܘ
ܨܒܥܝܢ ܒܨܢܝܥܘܬܐ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝܢ
ܒܢ̈ܝܢܫܐ ܕܣܓܝܐܐ ܡܢܗܘܢ ܐܦܣ̈ܩܦܐ ܘܟ̈ܗܢܐ ܘܕܝܪ̈ܝܐ
ܒܐܝ̈ܕܝ ܪ̈ܘܡܝܐ ܩܛܠ . ܘܐܬܛܢܢܘ
ܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ ܘܩܛܠܘܗܝ ܘܓܪܘܗܝ
ܘܐܘܩܕܘܗܝ ܒܛܛܪܦܘܠܘܢ ܕܡܕܝܢܬܐ .
ܗܝܕܝܢ ܟܠܩܕܘܢ̈ܝܐ ܩܝܡܘ ܚܠܦܘܗܝ
ܠܛܝܡܬܐܘܣ ܫܠܘܦܩܠܐܘܣ .
ܘܠܛܝܡܬܐܘܣ ܐܪܬܘܕܘܟܣܐ ܫܕܪܘ ܠܓܢܓܪܐ
ܠܓܠܘܬܐ .

ܘܐܬܚܡܬܘ ܬܘܒ ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܒܪܨܘܡܐ .
ܘܟܬܒܘ ܠܡܠܟܐ ܕܒܪܨܘܡܐ ܐܪܫܝܡܢܕܪܝܬܐ
ܡܓܘܫܐ ܗܘ . ܘܒܚܪ̈ܫܐ ܥܒܕ ܬܕܡܪ̈ܬܐ . ܘܕܗܒܐ
ܘܥܡܐ ܟܢܫ ܕܢܡܪܕ ܥܠ ܡܠܟܐ .
ܘܐܬܡܪܡܪ ܡܪܩܝܢܘܣ . ܘܨܒܐ ܕܢܫܕܪ ܪ̈ܘܡܝܐ
ܕܐܙܠܘ ܠܕܝܪܗ ܕܛܘܒܢܐ ܘܢܩܛܠܘܢܝܗܝ
ܠܗ ܘܠܟܠܗܘܢ ܕܥܡܗ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܗܢܘܢ ܗܘ
ܡܢ ܒܪܨܘܡܐ ܐܡܪ . ܠܬܠܬܐ ܟܠ ܡܠܬܐ

sedes simplices. Episcopi autem qui a fide deflexerant ut imperatori terrestri obtemperarent, cum a fidelibus libenter non susciperentur, auctoritate imperatoris et gladio tyrannico greges Christi obtinebant, erga eas usque ad effusionem sanguinis devenientes, quemadmodum Proterius iste fallacia imbutus viginti quatuor millia hominum, quorum multi episcopi, sacerdotes ac monachi, per manus Græcorum[1] occidit. Zelo igitur accensi Alexandrini eum interfecerunt et trahentes in civitatis tetrapylum igne combusserunt[2]. Deinde Chalcedonenses ei suffecerunt Timotheum Solofaciolum; Timotheum autem orthodoxum Gangram in exilium miserunt[3].

Quum autem rursus exardescerent in sanctum Barsumam scripserunt imperatori: „Barsumas archimandrita magus est et incantamentis patrat portenta aurumque ac populum colligit ut rebellet adversus imperatorem.“ Quod acerbe ferens Marcianus mittere volebat Græcos qui pergentes ad monasterium beati Barsumae eum omnesque qui cum eo erant interficerent.

[1]) ܪ̈ܘܡܝܐ verbotenus *Romani;* ita auctores Syri designare solent Græcos imperii Byzantini, etiam post separationem hujus imperii ab imperio Occidentis.

[2]) Cfr Zacharias Rhetor ap. Land *Anecdota syriaca* III, 137; Evagrius, *Historia eccl.* II, 8.
[3]) Cfr Zacharias, *ibid.*, p. 145.

ܘܟܕ ܫܡܥ ܐܢܐ. ܕܠܐ ܗܘܐ ܫܘܠܛܢܐ ܕܡܪܩܝܢܐ
ܥܠܝ ܘܠܐ ܗܘ ܚܙܐ ܐܦܝ. ܘܐܦܠܐ ܐܢܐ ܚܙܐ
ܐܢܐ ܦܪܨܘܦܐ ܕܡܠܗ ܠܡܣܝܒܘ. ܘܬܘܒ ܐܢܐ
ܘܫܪܝܪܐ ܠܝ ܕܒܡܘܬܝ ܥܩܪ ܐܢܐ ܠܡܪܩܝܢܐ.
ܘܗܘܐ ܗܕܐ ܒܥܒܕܐ ܗܘܬ· ܡܚܕܐ ܓܝܪ
ܛܘܒܢܐ ܒܪܨܘܡܐ ܣܒܐ ܩܕܝܫܐ ܫܟܒ
ܒܫܢܬ ܬܫܣܛ ܕܝܘܢܝܐ. ܘܒܬܪ ܬܠܬ
ܫܢܝܢ ܫܟܒ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܕܐܣܛܘܢܐ·
ܘܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܟܕ ܕܚܠܝܢ·
ܕܕܠܡܐ ܢܫܕܪ ܥܠܝܗܘܢ ܡܠܟܐ ܚܝܠܐ
ܕܝܘܢܝܐ. ܒܥܘܬܐ ܥܒܕܘ ܥܠ ܩܒܘܪܗ
ܕܩܕܝܫ. ܘܐܬܚܙܝ ܠܗܘܢ ܒܚܙܘܐ ܝܘܚܢܢ
ܡܥܡܕܢܐ ܕܩܐܡ ܒܡܨܥܬ ܗܝܟܠܐ ܘܐܡܪ.
ܡܪܩܝܢܐ ܡܠܟܐ ܡܝܬ· ܡܛܠ ܕܒܪܨܘܡܐ
ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ ܩܒܠ ܥܠܘܗܝ. ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ
ܝܘܡܬܐ· ܫܡܥܐ ܛܒܐ ܕܡܘܬܗ.

Hæc quum audisset beatus Barsumas, dixit : « Confido in cruce quam adoro nullam fore potestatem Marciani in me nec ipsum faciem meam visurum neque me execrabilem ejus personam conspecturum. Confido etiam, et res est mihi certa, morte mea Marcianum evellendum esse. » Quod revera contigit. Etenim illico beatus Barsumas, sanctus senex, obiit, anno Græcorum 769 (Chr. 458)[1]. Post tres autem annos obiit Simeon stylita[2]. Discipuli autem sancti Barsumæ timentes ne mitteret contra eos imperator exercitum Græcorum supplicationem fecerunt ad sepulcrum sancti *Barsumæ*. Tum apparuit eis in visione Joannes Baptista stans in medio templi et dicens : « Marcianus imperator mortuus est, quia[3] *Barsumas* eum apud Regem Christianorum *Christum* accusavit. Post paucos autem dies divulgatus est rumor mortis ejus[4].

[1]) Concinit auctor anonymus ejus vitæ apud Assemanum, *Bibl. orient.*, II, 8.

[2]) Auctor *Chronici Edesseni* (Assemani *Bibl. Orient.*, I, 405) scribit Simeonem stylitam obiisse anno græcorum 771 die 2a septembris, feria quarta, hora undecima, cui consentit Cosmas presbyter (*Bibl. Orient.*, I, 252). Ex his concludit Assemanus Simeonem stylitam mortuum esse anno Christi 459, quo dies 2a septembris in feriam quartam incidit. Pro more Barhebreus duobus annis numerum augens ejus mortem reponit in annum græcorum 772, Christi 461. Barhebreus hic secutus est computum Zachariæ Rhetoris ap. Land, *Anecdota syriaca*, III, 116. Chronico Edesseno et Cosmæ consentit *Hist. eccl. Joannis Jacobitæ* (ܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢܐ ܥܕܬܢܝܬܐ), citata ab Elia Nisebeno, qui hæc habet ad annum Gr. 771 (Christ. 460) : ܒܗ ܒܫܢܬܐ ܫܟܒ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܐܣܛܘܢܝܐ ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܒܬܪܝܢ ܒܐܝܠܘܠ. «*Eo anno obiit S. Simeon Stylites, feria IV, die secunda Ilul (septembris.)* »

[3]) ܡܛܠ ܕܡܠܟܐ ܟܪܣܛܝܢܐ ܩܒܠ ܥܠܘܗܝ verbotenus « *quia rex Christianus accusavit eum.* » Quæ verba cum nihil significent, putem in textu aliqua deficere et scribendum esse ܡܛܠ ܕܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ ܩܒܠ « *Quia apud regem Christianorum accusavit eum.* » Consonat Meligensis qui idem factum referens scribit Joannem Baptistam dixisse : « *Periit imperator quia Barsumas illum apud Christum accusavit.* » Vid. Asseman. *Bibl. Or.*, II, 8.

[4]) Marcianus mortuus est anno 457. Discrepat hic rursus pro more juxta computum suum Barhebræus.

ܒܬܪ ܡܟܣܝܡܘܣ . ܡܪܛܘܪܝܘܣ .
ܡܢ ܕܐܬܛܪܕ ܗܢܐ ܡܪܛܘܪܝܘܣ ܡܢ
ܐܘܪܬܕܘܟܣܘ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܩܡ ܝܘܠܝܢܘܣ .
ܘܐܦܠܐ ܗܢܐ ܐܫܬܪܪ . ܘܩܡ ܚܠܦܘܗܝ
ܐܣܛܦܢܘܣ . ܘܒܬܪ ܗܢܐ ܐܣܛܦܢܘܣ
ܐܚܪܢܐ . ܘܐܬܛܪܕ ܐܦ ܗܘ . ܘܩܡ ܚܠܦܘܗܝ
ܦܛܪܘܣ ܬܪܝܨ ܫܘ̄ . ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܩܨܪܐ .
ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܡܪܕܘ ܥܠ ܙܝܢܘܢ ܡܠܟܐ
ܠܐܘܢܛܝܘܣ ܘܐܝܠܘܣ ܘܐܘܦܪܐܣܝܒܘܣ
ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܛܪܕܘ ܠܦܛܪܘܣ . ܘܐܩܝܡܘ
ܠܩܠܢܕܝܘܢ ܒܪ ܪܥܝܗܘܢ . ܡܛܠܗܕܐ ܡܢ
ܟܕ ܒܬܪ ܬܠܬ ܫܢܝ̈ܢ ܐܬܚܒܫܘ ܗܢܘܢ
ܡܪ̈ܘܕܐ ܡܢ ܙܝܢܘܢ . ܐܬܛܪܕ ܐܦ ܗܘ
ܩܠܢܕܝܘܢ ܡܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܗܦܟ
ܦܛܪܘܣ ܬܘܒ ܒܦܘܩܕܢ ܡܠܟܐ . ܘܗܘ
ܦܛܪܘܣ ܐܣܪܡ ܠܩܕܝܫܐ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ
ܠܡܒܘܓ ܓܒܪܐ ܡܠܝܠܐ ܘܡܠܦܢܐ
ܡܬܕܡܪܢܐ . ܕܚܝܠܬܢܐܝܬ ܟܬܫ ܠܦܠܓܐ
ܕܬܪ̈ܝܢ ܟܝ̈ܢܐ . ܘܫܘܕܥ ܡܠ̈ܦܢܘܬܐ ܚ̈ܠܝܡܬܐ
ܡܛܠ ܐܘܪܚܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܝܚܝܕܝܘܬܐ . ܐܦ ܥܒܕ
ܕܝܢ ܡܐܡܪ̈ܐ ܥܠ ܥܐ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܡܫܚ̈ܠܦܬܐ
ܕܟܠܙܢ .

39. *Post Maximum*, Martyrius[1].

Postquam expulsus fuit iste Martyrius ab orthodoxis[2] Antiochiæ, sedit Julianus qui neque in side confirmatus fuit. Huic successit Stephanus et post hunc Stephanus alius; qui etiam expulsus fuit[3]. Pro isto sedit Petrus orthodoxus, cognomine Fullo. Deinde cum rebellassent adversus Zenonem imperatorem Leontius, Illus et Euphrabius Antiochiæ, ejecerunt Petrum eique substituerunt Calandion[4], ipsorum sententiæ asseclam. Quapropter, quum, post tres annos, isti rebelles a Zenone incarcerati fuissent, expulsus est etiam iste Calandion ab Antiochia et reversus est Petrus imperatoris jussu. Porro Petrus ordinavit ecclesiæ Mabugi[5] sanctum Philoxenum, virum facundum et doctorem admirabilem, qui strenue impugnavit partes Dyophysitarum[6], et sanas patefecit doctrinas de sancta monachatus professione Composuit etiam tractatus de festis sacris et scripta omnis generis.

[1]) Maximo successit, anno 456, Basilius qui sedem Antiochenam duobus annis occupavit. Basilio successit Acacius, quo defuncto, Martyrius, concilio chalcedonensi addictus, ad Antiochenam sedem promotus fuit. Basilium et Acacium patriarchas utpote orthodoxos Barhebræus silentio pressit.

[2]) Orthodoxorum nomine vocat Monophysitas.

[3]) Julianus et Stephanus uterque concilio Chalcedonensi addicti fuerunt, idcirco despiciuntur a Barhebræo.

[4]) Calandion sive Calendion, vid. Lequien, *Oriens Christ.*, II, 172.

[5]) ܡܒܘܓ *Mabug*, alio nomine Hierapolis, urbs episcopalis Syriæ Euphratesiæ. Cf. Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, vol. IV, p. 1041, sqq.

ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ Φιλοξενος, alio nomine ܐܟܣܢܝܐ *Xenaias* vocatur. Ejus gesta et scripta indicat Assemanus (*Bibl. Or.*, II, 10, sqq). Fuit is Monophysitarum defensor subtilis qui docuit in Christo *unam naturam duplicem* : ܟܝܢܐ ܚܕ ܟܦܝܠܐ quæ locutio veluti tessera est hæreseos Jacobiticæ.

[6]) Δυοφυσιται. Ita vocat Barhebræus orthodoxos fidei chalcedonensi addictos, eo quod duas naturas in Christo profitentur contra Monophysitas, duas naturas, divinam et humanam in unam, nescio quam, confundentes.

ܒܬܪ ܦܛܪܘܣ ܕܐܬܟܢܝ ܩܨܪܐ. ܦܠܠܕܝܘܣ.

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܨܒܐ ܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ
ܐܢܣܛܣܝܘܣ. ܕܐܦ ܒܩܘܣܛ̄ ܐܝܟܢܐ ܕܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܢܬܙܡܪ ܒܥܕܬܐ ܗܘ ܕܐܨܛܠܒܬ
ܡܛܠܬܢ. ܬܪ̈ܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܕܝܢ ܐܬܟܢܫܘ ܠܘܬܗ
ܘܐܡܪܘ. ܕܬܫܒܘܚܬ ܡܢ ܬܫܒܘ̈ܚܬܐ ܕܡܩܪܒܝܢ
ܡܠܐ̈ܟܐ ܠܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ
ܡܪܝܐ ܚܝܠܬܢܐ ܕܡܠܝܢ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ
ܬܫܒܘ̈ܚܬܗ ܠܐ ܙܕܩ ܕܬܡܠܟܘܢ ܠܒ̈ܢܝܢܫܐ.
ܘܡܠܟܐ ܦܢܝ ܕܡܠܐ̈ܟܐ ܫܦܝܪ ܥܒܕܝܢ.
ܘܚܢܢ ܬܘܒ ܛܒ ܬܪܝܨܐܝܬ. ܡܛܠ ܕܡܢܢ
ܐܬܒܣܪ. ܘܠܐ ܡܢ ܡܠܐ̈ܟܐ ܠܒܫ.
ܗܘܝܐ ܕܝܢ ܟܢܫܐ. ܡܛܠ ܕܬܪ̈ܝܢ ܟܝ̈ܢܐ
ܗܘܘ ܒܩܘܣܛ̄. ܙܘܥܐ ܥܒܕܘ ܘܐܬܟܪܟܘܗ
ܠܦܠܛܝܢ ܟܕ ܩܥܝܢ ܕܡܠܟܐ ܐܚܪܢܐ
ܠܪ̈ܘܡܝܐ. ܘܪܗܛܘ ܠܒܝܬ ܠܡܩܛܠܗ
ܕܡܪܝܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܕܠܡܬܟܬܫܘܬܗ. ܐܝܟ
ܕܗܘ ܡܠܟܐ ܠܡܠܟܐ ܠܗܠܝܢ ܗܘܐ. ܘܟܕ
ܥܪܩ ܐܘܩܕܘ ܢܘܪܐ ܒܒܝܬܗ. ܘܐܫܟܚܘ
ܒܒܝܬܗ ܕܝܪܝܐ ܚܕ ܡܣܟܢܐ ܣܘܪܝܝܐ
ܘܦܣܩܘ ܪܫܗ ܘܬܠܘܗ ܒܩܘܢܛܪܐ.
ܘܡܟܪܙܝܢ ܠܗ ܘܩܥܝܢ ܕܗܢܘ ܗܘ ܒܥܠ
ܐܦܝܒܘܠܘܣ. ܗܢܘ ܕܝܢ ܣܩܘܒܠܗ
ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ. ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ ܥܒܕܗ
ܕܒܝܫܐ. ܦܩܕ ܕܢܗܘܘܢ ܐܓ̈ܘܢܐ. ܘܣܠܩ
ܕܠܐ ܬܐܓܐ. ܘܟܕ ܚܙܘ ܡܟܝܟܘܬܗ ܐܬܬܘܝܘ.

40. *Post Petrum cognomine Fullonem*, PALLADIUS[1].

Hoc tempore voluit imperator fidelis[2] Anastasius ut Constantinopoli sicut in ditione Antiochena Ecclesia decantaret illud : „ qui crucifixus es pro nobis.„ Dyophysitæ autem ad eum congregati sunt dicentes : „ hymmo quem angeli offerunt Trinitati : *sanctus, sanctus, sanctus, Dominus fortis; pleni sunt cœli et terra laudibus ejus*, ut aliquid addendum suadeas hominibus minime decet.„ Imperator autem respondit : „ angeli bene agunt, et nos etiam rectissime; e nobis enim incarnatus est et non ex angelis *corpus* induit.„ Turba autem, quia Dyophysitae erant Constantinopoli, tumultum fecerunt et circuierunt palatium vociferantes : „ imperator alius Græcis !„ Et præcipites irruerunt in domum Marini Syri ut eum interficerent, quasi ille imperatorem incitasset ad hujusmodi rem, cumque ille effugisset, ignem admoverunt ad ejus domum et, invento in domo Syro aliquo monacho paupere, ipsi caput amputarunt, quod conto affixum portabant clamantes : „ iste est ἐπίβουλος, id est adversarius Trinitatis.„ Imperator autem, viso eorum facinore, jussit fieri ludos circenses et ascendit ipse absque corona. Quum autem vidissent ejus animi demissionem, eos pœnituit. Paulo post, aliis de causis, rursus fecit pópulus motus seditiosos. Iratus autem

[1]) Palladius, hæresi Monophysitarum addictus, ad sedem Antiochenam anno 490 promotus fuit. Cfr. Lequien, *Oriens Christ.*, II, 729.

[2]) *Fidelis* a Barhebræo vocatur utpote qui hæresim monophysiticam professus est.

ܘܒܬܪ ܡܠܟܐ ܟܕ ܣܓܝܐܐ ܐܣܬܠܩܬ ܠܘܩܒ
ܗܒܠܗ ܠܡܠܟܐ ܫܝܢܐ ܠܥܕܬܐ . ܘܐܬܦܝܣ
ܡܠܟܐ ܘܠܡܚܝܢܬܐ ܐܘܕܝ ܘܗܝܕܝܢ ܫܠܝܘ .

ܒܬܪ ܦܠܕܝܘܣ . ܦܠܒܝܢܘܣ .

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܟܕ ܡܠܟܐ ܐܢܣܛܣ ܠܦܠܓܐ ܕܬܪܝܨ ܫܘܒܚܐ ܡܥܕܪ ܗܘܐ . ܣܢܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܘܣܚܦ ܠܟܠܩܕܘܢܝܐ . ܟܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ . ܘܣܠܩ ܠܗ ܀ ܩܕܝܫܐ ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܕܡܒܘܓ ܠܗ ܠܡܕܝܢܬ ܡܠܟܘܬܐ ܒܦܘܩܕܢ ܡܠܟܐ: ܐܬܘ ܕܝܢ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܐܝܟ ܡܐܬܝܢ ܕܝܪܝܐ ܥܡ ܪܒܐ ܣܐܘܝܪܘܣ ܕܐܦ ܗܘ ܥܕܡܐ ܠܗܪܟܐ ܕܝܪܝܐ ܐܝܬܘ̄ ܗܘܐ . ܘܐܬܩܒܠܘ ܝܩܝܪܐܝܬ . ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ ܕܢܦܬܚܘܢ ܓܠܘܣܩܡܐ ܕܣܗܕܬܐ ܐܘܦܝܡܝܐ . ܘܢܦܩܘܢ ܡܠܘܗܝ ܠܬܘܡܣܐ ܕܬܚܘܡܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܟܠܩܝܕܘܢ ܕܡܟܬܒܢܘܬܐ ܘܢܘܩܕܘܢܝܗ . ܘܐܚܪܡܘܗ ܠܗ ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܘܠܠܐܘܢ ܕܪܗܘܡܐ . ܘܟܕ ܦܠܒܝܢܘܣ ܗܘ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܫܬܟܚ ܗܪܛܝܩܐ . ܛܪܕܗ ܡܠܟܐ ܘܐܫܕܝܗ ܠܓܠܘܬܐ .

ܒܬܪ ܦܠܒܝܢܘܣ . ܣܐܘܝܪܘܣ .

ܓܒܪܐ ܡܠܝܠܐ ܘܦܝܠܣܘܦܐ . ܡܝܬܪܐܝܬ

imperator multos perdidit, et tunc quieverunt[1].

41. *Post Palladium*, FLAVIANUS[2].

Hoc tempore Anastasius insperator, quum parti orthodoxorum faveret, Chalcedonenses vero odisset et everteret, congregavit synodum[3], ad quam ascendit sanctus Philoxenus Mabugi, in civitatem regiam jussu imperatoris accitus. Venerunt autem ex Oriente ducenti circiter monachi cum magno Severo, qui et ipse hucusque monachus erat, atque honorificentissime excepti fuerunt. Jussit autem imperator aperiri arcam martyris Euphemiæ et educi atque comburi tomum definitionis in synodo chalcedonensi latæ. Tunc anathematizarunt synodum et Leonem Romæ. Quum autem Flavianus Antiochiæ repertus fuisset hæreticus expulit eum imperator et in exilium ejecit[4].

42. *Post Flavianum*, SEVERUS[5].

Vir facundus et eruditus præsertim

1) Cfr. Evagrius, *Hist. eccl.* III, 44. Hic eventus ad finem imperii refertur ab Evagrio; a Barhebræo reponitur sub Palladio adeoque intra ann. 490-498.

2) Sedit Flavianus ab anno 498 ad annum 518. In fide sua parum constans interdum ad Monophysitarum partes deflexit, interdum vero fidem chalcedonensem professus est, donec tandem in ea moreretur. Cfr. Lequien, *Oriens Christ.*, II, 730.

3) De hac synodo vide Assemanum, *Bibl. Or.*, II, 15-16.

4) In arcem Petræ, ut notat Lequien, *loc. cit.*

5) Elias Nisibenus ad annum Græcorum 823 (Chr. 512) scribit: ܒܗ ܐܬܩܝܡ ܣܐܘܝܪܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘܒܝܐ ܒܫܬܬܥܣܪ ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ «*Eo anno Severus constitutus fuit patriarcha Jacobitarum die decima sexta Tischrin posterioris (Novembris)*.»

ܒܡܘܠܦܢܐ ܕܟܬܒܐ . ܕܥܬܝܩܬܐ ܘܚܕܬܐ
ܘܕܟܠܗܘܢ ܡܠܦܢܐ . ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܬܐܘܕܘܪܐ
ܕܓܙܐ . ܘܐܝܬ ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܝܠܗ ܚܝܬܐ
ܡܠܝܐ . ܘܥܒܕ ܟܬܒܐ ܦܝܠܠܬܝܣ ܠܫܪܝܐ
ܕܫܘܐܠܐ ܕܕܝܘܦܘܣܝܛܐ . ܘܦܫܩ ܐܦ
ܠܗܢܘܛܝܩܘܢ ܕܙܝܢܘܢ . ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܒܘܛܠܐ
ܕܣܘܢܗܘܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ .

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܒܝܬ ܦܪܣܝܐ
ܫܡܥܘܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܒܝܬ ܐܪܫܡ ܕܐܬܟܢܝ
ܕܪܘܫܐ .

ܘܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܐܦ ܡܠܦܢܐ ܢܨܝܚܐ
ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܗܘ ܕܗܘܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܠܒܛܢܢ
ܕܣܪܘܓ . ܗܢܐ ܡܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܪܘܚܐ ܩܒܠ
ܠܡܘܗܒܬܐ ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܘܠܐ ܡܢ ܕܪܫܐ
ܕܒܢܝܢܫܐ . ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܓܝܪ ܦܪܝܘܕܘܛܐ
ܕܚܘܪܐ ܕܒܣܪܘܓ . ܘܐܬܚܘܝ ܡܐܡܪܐ ܕܡܫܒܚܐ
ܡܠܝܢ ܘܡܠܦܢ ܡܫܠܡܢܐ ܕܚܝܐ ܫܪܝܪܐ .
ܘܐܬܒܚܪ ܘܐܬܩܒܠ ܨܘܪܬܐ ܠܝܘܠܦܢܗ

in ecclesiasticis veteris novique *Testamenti* et omnium doctorum doctrinis, e Theodori Gazæ monasterio. Scripta ejus doctrina vivifica referta sunt. Composuit autem librum φιλαληθῆν *(veritatis amantem)*, ad solvendas quæstiones Dyophysitarum[1], et explanavit *Henoticon* Zenonis ad exstinctionem concilii Chalcedonensis confectum.

Eodem tempore claruit inter Persas Simeon, Betharsami episcopus, qui „ Dialecticus „ cognominatus est[2].

Claruit etiam inclytus doctor Mar Jacobus, Batnarum Sarugi episcopus[3]. Hic *sancti* Spiritus largitione non autem humana industria donum scientiæ adeptus est. Erat nempe periodeutes Hauræ in agro Sarugensi, composuit autem carmina egregia et dogmatibus veræ vitæ referta. Præclara quoque ejus doctrinæ effigies explorata approbataque fuit a sancto Severo, Antiochiæ patriarcha, et ipse

1) ܕܝܘܦܘܣܝܛܐ suspicor mendum esse pro ܕܕܝܘܦܘܣܝܛܐ δυοφυσῖται.

2) Simeon ecclesiam Betharsamensem regebat ab anno 510 ad annum 525, ut tradit Dionysius in *Chronico*. Cfr. Assemani *Bibl. Orient.* I, p. 341, sqq.

3) Natus est Jacobus Curtamo ad ripam Euphratis, anno 452. Munus periodeutæ egit in Haura Sarugi. Denique creatus fuit episcopus Batnarum, anno 519. Cum autem hanc sedem occupasset per annos duos cum dimidio, e vita discessit die 29 novembris anni 521. Quod hic tradit Barhebræus ejus doctrinam a Severo laudatam fuisse, et quod addit anonymus ejus vitæ auctor in codicibus Musæi britannici eum apparatu multorum Orientis episcoporum stipatum ad Severum ascendisse non videtur admittendum. Etenim istud factum nonnisi a Jacobitis narratur qui injuria sæpe antiquos syros doctores inter suæ sectæ patronos annumerare satagunt, silentio vero premitur in panegyrica Georgii ejus discipuli oratione. Præterea non convenit cum scriptis sancti doctoris, in quibus nullum Monophysismi vestigium deprehenditur. Nec satis concordat cum iis quæ iidem Monophysitæ de S. doctore narrant. Etenim verisimile non est S. doctorem aliis episcopis stipatum ascendisse ad Severum, nisi postquam ipse jam dignitate episcopali ornatus fuit. Porro hanc dignitatem adeptus est post demum Severi e sede antiochena expulsionem adeoque nequivit tunc ad ipsum ascendere. Vid. Abbeloos, *De vita et scriptis S. Jacobi Sarugensis*. Lovanii, 1867.

ܕܡܠܦܢܘܬܗ ܡܢ ܩܕܝܫܐ ܗܘ ܐܬܩܒܠ ܘܐܫܬܒܚ
ܕܐܠܗܘܬܐ . ܘܐܬܒܩܝ ܥܠܘܗܝ ܘܐܬܒܚܢ .
ܘܐܡܪܝܢ ܐܢܫܝܢ ܕܟܕ ܚܡܫܐ ܐܦܣܩ̈ܦ
ܐܒܩܘ ܡܠܦܢܘܬܗ ܟܕ ܛܠܐ . ܟܕ ܝܬܒܝܢ
ܒܥܕܬܐ ܠܘܩܒܠ ܨܘܪܬܐ ܕܡܪܟܒܬܐ ܕܚܙܐ
ܚܙܩܝܐܝܠ ܫܐܠܘܗܝ ܕܢܐܡܪ ܥܠܝܗ̇ . ܘܫܪܝ
ܘܐܡܪ . ܪܡܐ ܕܝܬܒ ܥܠ ܡܪܟܒܬܐ
ܘܫܪܟܐ . ܘܐܦܟ ܠܡܐܡܪܐ ܥܠ ܚܘܪܒܗ
ܕܐܡܕ ܒܡܨܥܬܗ ܕܡܐܡܪܐ . ܬܘܗܘ ܕܝܢ
ܐܦܣܩ̈ܦܐ ܣܒܪܘ ܕܦܥܐ ܠܗ . ܘܟܕ ܐܫܬܪܪ
ܐܬܕܘܪ ܚܘܪܒܐ ܕܐܡܕ . ܘܝܕܥ ܟܠܗܘܢ
ܕܡܢ ܪܘܚܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܡܠܦܢܘܬܗ . ܐܦܝܣܘܗܝ
ܕܠܐ ܢܒܛܠ . ܘܗܘܘ ܠܗ ܫܒܥܝܢ ܣܦܪܝܢ
ܦܬܩܐ ܕܡܟܬܒܝܢ ܡܐܡܪ̈ܘܗܝ ܕܗܘܝܢ
ܫܒܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܣܛܪ ܡܢ ܦܘܫܩ̈ܐ
ܘܐܓܪ̈ܬܐ ܘܡܕܪ̈ܫܐ ܘܣܘܓܝ̈ܬܐ . ܘܡܐܡܪܐ
ܐܚܪܝܐ ܐܡܪ ܥܠ ܡܪܝܡ ܘܓܓܘܠܬܐ . ܘܠܐ
ܐܫܠܡܗ . ܘܐܝܬ ܠܗ ܐܦ ܦܘܫܩܐ ܕܡܐܬ̈ܐ
ܫܬ ܕܐܘܓܪܝܣ ܕܥܒܕ ܐܝܟ ܒܥܘܬܗ ܕܡܪܝ
ܓܝܘܪܓܝ ܕܥܡ̈ܡܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܬܠܡܝܕܗ .

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܫܬܒܚ ܗܘܐ ܘܐܦ
ܫܡܥܘܢ ܩܘܩܝܐ . ܒܟܘܪܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܒܩܪܝܬܐ ܕܫܡܗ̇ ܓܝܫܝܪ . ܘܗܘ ܗܢܐ

ab eodem susceptus laudatusque fuit. Traditur ejus doctrinam, quum adhuc juvenis esset, a quinque episcopis exploratam fuisse, qui sedentes in ecclesia coram imagine currus, quem vidit Ezechiel, rogaverunt eum ut de eo dissereret. Incepit igitur dicens: „Altissime, qui sedes super currum, etc.“ Medio autem carmine, orationem inflectit ad vastationem Amidæ. Episcopi autem turbati sunt, eum divagari putantes. Deinde, confirmato Amidæ eventu, manifestum omnibus fuit ejus scientiam a Spiritu sancto infusam esse. Rogarunt igitur eum ne *ab incœpto* desisteret. Habuit autem septuaginta amanuenses ad exscribenda ejus carmina quæ sunt numero septingenta et sexaginta præter expositiones, epistolas, odas et hymnos[1]. Postremum recitavit carmen de Maria et Golgotha quod imperfectum reliquit. Ejus etiam est explanatio sex Evagrii centuriarum quam fecit rogatu mar Georgii, gentium *episcopi*, ejus discipuli[2].

Eodem tempore claruit etiam Simeon Kokensis in agro Antiocheno in pago nomine Ghischir. Hic composuit cantica[3] sanæ probatæque doctrinæ,

[1]) Composuit Jacobus ܡܐܡܪ̈ܐ, id est, *sermones metricos* seu carmina, quorum singuli versus dodecasyllabi sunt. ܡܐܡܪܐ enim a Syris vocatur carmen, cujus singuli versus æquali constant numero syllabarum, absque stropharum distinctione. Composuit etiam ܡܕܪ̈ܫܐ ܘܣܘܓܝ̈ܬܐ id est, *odas* et *hymnos*. ܡܕܪ̈ܫܐ enim in poesi Syrorum ea vocantur carmina quæ strophis ad instar odarum latinarum distinguuntur. Strophæ autem versibus diversi metri constant. Inter ܡܕܪ̈ܫܐ alia vocantur ܣܘܓܝ̈ܬܐ *hymni*, alia aliis nominibus insigniuntur.

[2]) Georgii orationem panegyricam in S. Jacobum Sarugensem e codicibus vaticanis edidit Abbeloos in libro mox citato.

[3]) ܩܢܝ̈ܬܐ *cantica*. Hac voce Syri ea designant carmina quæ strophis constant. Simeonis cantica hucusque latent; nec aliam, præter hanc Barhebræi, de eo notitiam habemus.

ܐܠܝܦ ܣܘܟܠܐ ܕܟܬܒ̈ܐ . ܡܘܗܒܬܐ
ܫܠܝܡܬܐ ܘܨܒܝܢܐ . ܐܦ ܗܘ ܟܕ ܡܕܡ
ܠܗܘܐ ܕܠܐ ܕܘܪܫܐ .

ܗܘ ܕܝܢ ܡܪܝ ܣܘܝܪܐ . ܟܕ ܫܢܝ ܡܠܟܐ
ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܣܛܣ . ܘܩܡ ܝܘܣܛܝܢܝܢܐ ܕܡܢ
ܬܪܩܐ . ܘܦܩܕ ܕܬܬܩܒܠ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ . ܐܫܛ ܚܝ̈ܐ ܘܫܛ ܠܫܘܒܚܐ
ܥܠܡܢܝܐ . ܘܢܦܩ ܡܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܒܬܪ ܫܢ̈ܝܐ ܫܬ ܕܝܬܒ
ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ . ܘܒܬܪ ܕܢܦܩ ܗܘ .
ܢܦܠܬ ܢܘܪܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܐܘܩܕܬܗ̇
ܣܓܝ . ܘܝܪ̈ܚܐ ܐܫܬܐ ܗܘܬ ܢܘܪܐ ܕܝܩܕܐ
ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܦܢܝ̈ܬܗ̇ ܕܡܕܝܢܬܐ : ܘܠܐ ܐܢܫ
ܐܫܟܚ ܕܢܕܥ ܡܢ ܐܝܟܐ ܢܦܩܐ ܗܘܬ .

quam ipse divino munere absque *humano* studio acquisivit.

Defuncto autem imperatore fideli Anastasio eique succedente Justino[1] Thrace qui jussit ut reciperetur synodus Chalcedonensis, sanctus Severus, vitam despiciens et gloriam mundanum spernens ab Antiochia migravit Alexandriam, postquam annis sex sedem occupasset[2]. Exeunte autem illo, cecidit ignis super Antiochiam, qui multos ejus incolas combussit; per sex autem menses ignis undequaque exardebat nec quisquam scire potuit undenam oriebatur[3].

¹) ܝܘܣܛܝܢܝܢܐ *Justinianus*, quo nomine Barhebræus aliique scriptores Syri utrumque imperatorem, Justinum et Justinianum designant.

²) Refert Evagrius (*Hist. eccles.*, lib. III, 37 et lib. IV, 4) Severum ordinatum fuisse patriarcham anno urbis Antiochiæ 561 mense Dio seu Novembri, qui annus a kalendis Septembris incipiens anno æræ vulgaris 512 respondet; ex Antiochia autem fugisse anno urbis Antiochiæ 567 mense Gorpiæo seu Septembri, id est anno æræ vulgaris 518. Severus igitur sedem Antiochenam sex annis fere integris tenuit. Fugit autem anno primo Justini imperatoris quod testatur etiam Theophanes in *Chronographia* ad annum 511, æræ vulgaris 518, ap. Migne *Patrol. græc.*, t. CVIII, col. 383.

³) Barhebræus ad Severi discessum, tanquam in illius punitionem divinitus immissum foret, hoc incendium refert quod septimo imperii Justini anno, æræ vulgaris 526, contigit, ut constat ex testimoniis Joannis Asiæ, Evagrii (*Hist. eccles.*, l. IV, 5) et Theophanis (*Chronographia* ad. an. 518). De infelici hoc eventu ita loquitur Theophanes : «*Hoc anno* (septimo Justini, æræ vulgaris 526, Christi 518 juxta Theophanem), ***mense Octobri, indictione quarta, divinæ ultionis primitiæ Antiochenam urbem invaserunt. Magnum quippe in media urbe incendium, nec visum unde excitatum est, quod imminentem Dei vindictam portendit. Ignis siquidem in martyrio sancti Stephani accensus, usque ad prætorium magistri militum pervasit. Fuit id infaustum dolorum exordium. Incendia vero per sex menses duravere, quibus ædes multæ combustæ multique viri interempti : nec quisquam potuit dignoscere unde ignis accenderetur.*** » Joannes Asiæ (ap. Land *Anecdota Syriaca*, t. II, p. 298-299, Lugd. Batav. 1868) scribit :
ܗܠܝܢ ܥܬܝܕܬܐ ܘܐܬܟܠܝ ܘܩܡܘ : ܢܦܠܬ ܕܢܘܪܐ
ܡܢ ܫܡܝܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܗܝ ܗܘܬ ܕܐܘܩܕܬܗ̇
ܘܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܚܬ ܗܘܐ . ܐܝܟ ܕܒܘܪܟܬܐ
ܘܡܢ ܠܥܠ . ܟܕ ܡܬܚܙܐ ܢܘܪܐ ܗܘܐ ܥܠ ܗܘܕܡܐ
ܘܐܟܠܐ ܕܚܙܝܢ ܗܘܐ ܠܟܠܗ̇ . ܘܗܘܬ ܗܘܠܐ ܒܟܠ
ܕܡܢ ܡܢ ܫܡܝܐ ܐܝܟ ܐܫܝܐ ܗܘܬ ܢܘܪܐ ܒܒܬ̈ܝܐ ܕܩܪܝ̈ܬܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ : ܟܐܝܠܐ ܠܡܬܚܙܝܐ ܗܘܬ . ܗܘܝܐ ܕܝܢ
ܕܢܦܠܬ ܒܗ ܐܦܘܢ . ܟܠ ܕܘܟܐ ܕܡܬܒܠܥܐ . ܡܢ
ܠܐ ܡܬܡܨܝܢ ܗܘܘ ܒܬܪ̈ܝܢܐ ܠܡܕܥ ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܫܝܐ

ܒܬܪ ܡܪܝ ܣܘܝܪܘܣ܆ ܦܘܠܘܣ ܕܐܬܟܢܝ ܝܗܘܕܝܐ

ܗܢܐ ܐܝܟܘ ܗܘܐ ܡܐܢܐ ܕܪܘܓܙܐ. ܘܟܕ
ܫܠܡܐ ܫܢܬܐ ܕܢܦܩ ܪܒܐ ܣܘܝܪܐ ܡܢ ܥܠܡܐ.
ܗܘܐ ܝܬܒ ܘܡܟܪܙ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܠܣܘܢܗܕܘܣ
ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ. ܗܘ ܫܕܪ ܟܢܫ ܠܟܠܗܘܢ
ܐܦܣܩܘܦܐ. ܘܐܠܨ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܢܟܪܙܘܢܗ.
ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܬܪܦܝܘ ܩܘܝܘ ܒܕܘܟܝܬܗܘܢ.
ܘܐܝܠܝܢ ܕܠܐ. ܐܬܛܪܕܘ.

ܘܡܢܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܣܝܐ ܗܘ ܕܗܘܐ
ܒܬܪ ܐܢܬܝܡܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܪܬܘܕܘܟܣܘ
ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ. ܚܡܫܝܢ ܘܚܡܫܐ ܐܦܝܣܩܘܦܝܢ
ܕܫܒܩܘ ܟܘܪܣܘܬܗܘܢ ܘܠܐ ܩܒܠܘܗ
ܠܣܘܢܗܕܘܣ. ܕܡܢܗܘܢ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܗܘ
ܕܡܛܠ ܡܝܬܪܘܬܗ ܥܡ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܫܬܘܝ
ܕܢܬܩܪܐ ܒܟܠ ܡܕܒܚܝܢ. ܘܦܝܠܘܟܣܢܘܣ
ܕܗܘ ܐܟܣܢܝܐ ܡܒܘܓܝܐ.

43. *Post S. Severum,* Paulus, *cognomine Judæus.*

Hic vas iræ erat[1]. Elapso porro anno postquam magnus Severus discesserat sedit et prædicare coepit Antiochiæ synodum Chalcedonensem. Mittens igitur congregavit omnes episcopos eosque coegit synodum prædicare. Qui defecerunt remanserunt in sedibus suis; qui vero non, ejecti sunt.

Joannes Amidensis[2], Asiæ *episcopus,* qui post Anthimum fuit Constantinopoli episcopus orthodoxorum, enumerat quinquaginta quinque episcopos qui sedes suas reliquerunt ne synodum reciperent, inter quos, Constantinum, qui propter suam virtutem cum patriarchis meruit proclamari ad omnia altaria, et Philoxenum seu Xenaiam Mabugi qui Gangram

ܗܘܬ . ܗܝ ܡܢ ܡܘܬܐ ܢܦܩ ܟܠܗ ܘܟܠܟܠ :
ܫܢܬܐ ܘܫܬܐ ܫܢܝܢ ܗܘܬ ܢܘܪܐ ܀ ܘܐܝܬܝܬܐ ܗܘܬ
ܠܟܠܗܘܢ ܒܬܝܐ ܕܥܡܪܝܗ . ܘܡܛܠ ܕܡܢ ܗܘܐ
ܕܚܙܝܢ ܘܡܬܟܠܝܢ ܕܡܫܬܠܗܒܝܢ ܗܘܘ ܐܝܟ
ܚܕܐ ܙܒܢܬܐ ܘܠܬܪܬܝܢ ܘܚܡܫ ܘܫܬ .

Anno græcorum 837 *(Chr.* 526*) incendium inopinate in universa Antiochia factum est quod magnam urbis partem illico inflammavit, quasi per hoc ira divina prænuntiaret eversionem et ruinam ipsi imminentem. Hoc modo ubique derepente per omnes vicos urbis ignis exardebat per sex menses. Plurimi autem ejus incolæ perierunt cum reliquis ædificiis, nec poterant homines scire undenam iguis exarderet, quum e supernis habitaculis quinquies et sexties exardeset et consumeret omnes homines iu circuitu. Anno autem isto septimo imperii Justini qui est annus octingentesimus trigesimus septimus,* etc. Secutus est terræ motus de quo infrà Barhebraeus.

[1]) Monophysita loquitur.

[2]) Joannes, cœnobii Mar Joannis Amidæ monachus, deinde Ephesi in provincia Asiæ (unde Joannes Asiæ appellatur) episcopus, Monophysitarum hæresi addictus, scripsit *Historiam ecclesiasticam* a Theodosii junioris ætate usque ad finem imperii Justiniani, qua utitur sæpe Barhebreus in hoc Chronico. Scripsit etiam vitas eorum Orientis virorum qui a Monophysitis ut sancti venerati suo ævo floruere. Tertiam illius Historiæ ecclesiasticæ partem ex syriacis Musæi britannici codicibus edidit Cureton (Oxonii 1853, syriace, anglice vertit Payne Smith, Oxonii, 1860, germanice Schönfelder, Monaci, 1862), secundam vero partem cum ejusdem Monophysitarum insignium vitis ex iisdem codicibus edidit Land in *Anecdotis Syriacis,* t. II, Lugduni Batavorum, 1868, syriace tantum. De *Joannis Asiæ vita et scriptis* agit Land in libro cui titulus : *Johannes, Bischofs von Ephesos, der erste syrische Kirchenhistoriker,* Lugduni Batav. 1856.

ܕܐܬܦܣܪܐ ܐܬܕܪ ܠܓܠܘܬܐ . ܘܐܬܚܒܫ
ܠܥܠ ܡܢ ܒܝܬ ܡܛܒܚܘܬܐ ܕܐܟܣܢܕܘܟܝܢ.
ܘܡܝܬ ܒܬܢܢܐ ܐܬܚܢܩ . ܘܠܬܐܘܡܐ
ܕܕܪܡܣܘܩ ܗܘ ܟܠܗܝܢ ܕܥܣܪܝܢ ܘܬܡܢܐ
ܫܢܝܢ . ܠܐ ܠܚܡܐ ܐܟܠ . ܘܠܐ ܚܡܪܐ ܐܫܬܝ .
ܘܠܬܐܘܣܒܝܣ ܕܐܦܣܘܣ . ܗܘ ܕܐܪܡܝ
ܢܦܫܗ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܒ
ܒܟܝܐ ܕܢܦܘܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܠܐ ܢܬܟܬܡ
ܒܗܝܡܢܘܬܗ . ܘܠܐ ܩܡ ܥܕܡܐ ܕܫܢܝܗ ܐܠܗܐ .
ܘܠܝܘܠܝܢܐ ܕܐܠܝܩܪܢܣܘܣ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܬܪܟܢ
ܦܢܛܣܝܣܛܐ . ܘܐܚܪܢܐ ܣܓܝܐܐ . [1]

ܘܡܢ ܕܫܠܡܬ ܫܢܬܐ ܚܕܐ ܠܦܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ
ܕܟܪܣܝ ܗܘܐ ܒܐܢܛܝܘܟ . ܘܚܙܐ ܡܠܟܐ ܕܡܢ
ܥܠܬ ܛܪܘܢܘܬܗ ܕܝܠܗ ܗܘܐ ܦܠܓ ܠܥܕܬܐ
ܛܪܕܗ . ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܡܝܬ ܗܘ ܥܘܠܐ .

in exilium missus fuit ibique supra coquinam xenodochii inclusus fumo suffocatus fuit, et Thomam Damasci, ascetam illum qui per viginti octo annos nec panem manducavit nec vinum bibit, et Theosebium Ephesi, qui se projecit ante altare tribus diebus cum lacrymis orans ut exiret ex hoc mundo ne aliquam in fidei confessione maculam contraheret, nec surrexit donec eum Deus ad se migrare fecit, et Julianum Halicarnassi, qui factus est postea phantasiasta[1] aliiquemulti.

Elapso autem anno uno, ex quo Paulus Judæus in throno Antiocheno constitutus fuisset, cum animadvertisset imperator ob ejus tyrannidem scindi ecclesiam expulit eum. Paulo autem post, impius iste mortuus est[2].

[1]) Julianus, Cariæ primum, deinde Halicarnassi episcopus monophysita, postquam sede sua pulsus esset, cum Severo controversiam habuit de carne Christi quam *incorruptibilem*, hoc est, nullis affectibus naturalibus subjectam, prædicabat. Hinc caput factus est eorum Monophysitarum qui *Aphtartodocetæ*, *Docetæ* vel *Phantasiastæ* aut etiam *Julianistæ* dicti sunt. Damnatus fuit cum Anthimo et Severo a Romano Pontifice Agapito in concilio, Constantinopoli habito, anno æræ vulgaris 536, quando Mennas Anthimo suffectus fuit, quod infra etiam asserit Barhebræus.

[2]) Joannes Asiæ, quem secutus est Barhebræus, refert : ܡܢ ܕܝܢ ܠܦܘܠܐ ܫܠܡܬ ܫܢܬܐ ܚܕܐ : ܡܢ ܚܙܐ ܡܠܟܐ ܕܡܢ ܥܠܬ ܛܪܘܢܘܬܗ ܠܥܡܐ ܦܪܫ ܠܗ ܡܢ ܥܕܬܐ : ܘܝܠܦ ܟܡܐ ܒܝܫܬܐ ܣܥܪܬܐ ܕܥܒܕ : ܐܦܩܗ ܘܛܪܕܗ ܡܢ ܥܕܬܐ . ܘܡܚܕܐ ܐܦ ܡܢ ܚܝܐ . «*Elapso autem Pauli anno uno, quum animadvertisset imperator ob tyrannidem ejus populum ab ecclesia retrahi et didicisset quanta mala fecerat, ejecit eum et expulit ab ecclesia. Qui simul e vita excessit.*» Ita Joannes Asiæ in *Historiæ ecclesiasticæ parte secunda* apud Land *Anecdota syriaca*, t. II, p. 291. Lugd. Bat. 1868. In parte autem tertia ejusdem operis a Curetonio edita, Oxonii, 1853, lib. I, c. 41, ait : ܘܡܢ ܦܫܬ ܫܢܬܐ ܚܕܐ ܗܘܬ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܠܐ ܐܦܣܩܘܦܐ : ܒܚܪܬܐ ܐܬܐ ܦܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ : ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܦܪܡܘܢܪܐ ܕܒܝܬ ܣܗܕܐ ܐܘܦܝܡܝܐ ܒܟܠܩܐܕܘܢܐ . ܗܢܐ ܐܝܬܝ ܕܝܦܛܘܟܘܢ ܕܟܬܝܒܐ ܒܗ ܣܘܢܗܕܘܣ ܡܕܢܚܝܐ . ܘܡܢ ܐܝܟ ܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܐܚܝܕ ܟܘܪܣܝܐ : ܐܬܝܕܥ ܕܐܝܬܘܗܝ ܢܣܛܘܪܝܢܐ ܘܐܬܚܬ ܐܦ ܗܘ ܘܢܦܩ . «*Quum anno uno remansisset Antiochia absque episcopo, tandem advenit Paulus Judæus, qui Chalcedoni æditus erat beatæ Euphemiæ. Hic attulit dyptichon cui inscripta erat synodus orientalis* (Chalcedonensis) *et quum annis fere duobus sedem tenuisset, notum fuit ipsum Nestorianum esse. Ipse igitur etiam a sede dejectus et exire coactus fuit.*» Hæc ille Monophysita, ex more suorum Nestorianismi notam inurens iis etiam qui unam in Christo personam profitentes duas simul naturas confiten-

ܒܬܪ ܦܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ ܐܘܦܪܐܣܝܘܣ .

ܕܡܬܩܪܐ ܒܪ ܡܠܚܐ . ܘܟܕ ܢܦܩ ܦܘܩܕܢܐ ܡܢ ܡܠܟܐ ܥܠ ܥܡ̈ܐ ܕܟܠܗܘܢ ܢܫܬܡܥܘܢ ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ . ܘܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܢܬܓܪܙܘܢ . ܡܢ ܐܘܢ̈ܣ ܘܡܢ ܐܝܩܪܐ . ܗܝܕܝܢ ܐܡܢܛܝܘܣ ܦܪܐܦܘܣܛܝܣ . ܘܬܐܘܩܪܝܛܘܣ . ܘܐܢܕܪܐܘܣ ܩܘܒܘܩܠܪܐ . ܟܕ ܠܐ ܐܬܪܦܝܘ ܕܢܩܒܠܘܢ ܘܢܫܬܘܬܦܘܢ ، ܒܣܝܦܐ ܐܬܩܛܠܘ . ܘܟܕ ܐܘܦܪܐܣܝܘܣ ܐܝܟ ܦܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ ܒܝ̈ܫܬܐ ܗܘܐ ܥܒܕ ܠܡ̈ܗܝܡܢܐ . ܠܐ ܣܝܒܪܗ ܡܬܘܬܐ . ܐܠܐ ܐܙܝܥܬܗ ܠܡܕܝܢܬܐ ܒܙܘܥܐ ܪܒܐ ܘܒܗ ܐܒܕ ܗܘ ܐܘܦܪܐܣܝܘܣ ܒܫܢܬܐ ܫܒܝܥܝܬܐ ܕܪܘܫܥܗ . ܐܠܦ ܓܝܪ ܘܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫܝܢ ܓܒܪ̈ܝܢ ܒܠܚܘܕ ܐܫܬܟܚܘ ܕܫܪܟܘ ܒܟܠܗ ܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܙܘܥܐ ܕܝܢ ܠܐ ܫܠܐ ܗܘܐ ܠܐ ܒܐܝܡܡܐ ܘܠܐ ܒܠܠܝܐ ܫܢܬܐ ܚܕܐ ܘܦܠܓܗ .

44. *Post Paulum Judæum*, EUPHRASIUS, *cognomine Barmalaha*[1].

Quum igitur exiisset edictum ab imperatore ad fideles ut omnes assentirentur synodo chalcedonensi et qui non assentirentur annonis et honoribus privarentur, tunc Amantus paraphystes, Theocritus atque Andreas cubicularius, quod *synodum* suscipere et communicare renuissent, gladio necati sunt. Quia autem Euphrasius, quemadmodum Paulus Judæus, mala fidelibus inferebat, non *amplius* sustinuit eum justitia *divina*, sed commovit civitatem magno terræ motu, quo periit Euphrasius anno septimo impietatis suae. Quippe mille ducenti quinquaginta tantum viri in tota Antiochia inventi sunt qui supervixerint. Motus autem nec die nec nocte desinebat per annum integrum cum dimidio[2].

tur. Evagrius *(Hist. eccl.*, l. IV, c. 4) ait Paulum sua sponte Antiochia discessisse. Justinus imperator in epistola ad Hormisdam Papam quæ exstat tom. IV *Conciliorum* col. 1555 eum recessisse ait «*ex malæ conscientiæ testimonio; veritum insuper ne, quæstione habita, graviorem formam exitus rei posceret excusatores libellos obtulisse ut liceret ei secedere a suscepto episcopatus officio.*» Epistola data est Kal. maii 521. Vid. Lequien, *Oriens christianus*, t. II, col. 732.

¹) ܒܪ ܡܠܚܐ, id est, *filius nautæ*. Euphrasius, anno 521 ordinatus, anno 527 decessit. De eo hæc habet Theophanes : «*Euphrasius autem Antiochenus Chalcedonensis synodi patrum et ipsius papæ Romani nomina diptychis expunxit. Postmodum vero metu pœnitens redditus quatuor synodos publice promulgavit.*» Theophanes *Chronographia* ad. an. 513. Mirum non est Euphrasium, utpote veræ fidei addictum, maledictis lacerari a Barhebræo.

²) Hunc terræ motum memorant Evagrius *(Hist. eccles.*, IV, 5), Theophanes *(Chronogr.* ad an. 518), Procopius *(Persicorum* I, p. 67-68) et Joannes Asiæ (ap. Land *Anecdota syriaca* II, 299) qui sic illum describit : «*Eodem autem anno Justini septimo, qui est annus Græcorum octingentesimus septimus subversa est Antiochia magna et hæc est ejus quinta eversio. Hora porro diei septima contigit ista subversio adeo horrenda et acerba ut nemo eam describere possit. Tam violentus acerbusque fuit impetus de cœlo ut qui vim impetus, commotionis et eversionis effugerant igne apprehensi concremati sint. Flammæ autem volitantes vorabant quæcumque occurrebant eis. Terra*

ܥܠ ܐܘܦܪܐܣܝܘܣ܆ ܐܦܪܝܡ ܐܡܝܕܝܐ .

ܗܢܐ ܡܬܚܫܒ ܚܟܝܡܐ ܘܡܨܠܝܢܐ .
ܡܪܝܪ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܡܘܠܦܢܐ ܕܕܘܦܘܣ̈ܝܛܐ .
ܘܠܣܓܝ̈ܐܐ ܨܝܕ ܒܢܟܝܠܘܬܗ
ܘܒܡܘܚܡܝܬܗ ܕܡܠܟܐ ܕܣܓܝ ܡܫܬܡܥ
ܗܘܐ ܠܗ . ܘܒܟܠ ܦܢܝܢ ܐܝܬܝ ܕܒܝ̈ܫܬܐ
ܠܒܥܠܕܒ̈ܒܘܗܝ . ܘܥܘܡܪ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܚܪܒ .
ܘܡܕܒ̈ܚܐ ܗܦܟ . ܘܥܡ ܚܝܠܘ̈ܬܐ ܕܒܪ̈ܒܪܝܐ
ܟܕ ܡܟܪܟ ܗܘܐ ܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܡܕܢܚܐ . ܥܕܡܐ
ܠܦܪܣ ܡܗܝ̈ܡܢܐ . ܟܕ ܪܕܦ ܠܡܗܝ̈ܡܢܐ
ܫܢܝ̈ܢ ܬܡܢܬܥܣܪܐ . ܥܕܡܐ ܕܪܘܓܙܗ ܕܐܠܗܐ
ܐܕܪܟܗ ܘܠܡܕܝܢܬܗ . ܘܣܠܩܘ ܦܪ̈ܣܝܐ
ܘܚܪܒܘܗ .

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܟܕ ܝܗܘܕܝܐ ܚܕ ܡܠܟ
ܒܚܝܪܬܐ ܕܢܘܥܡܢ ܐܫܬܠܛ ܥܠ ܡܫܝ̈ܚܝܐ

45. *Post Euphrasium*, EPHRAEMIUS *Amidensis*[1].

Hic sapiens quidem et orationi deditus existimabatur, sed doctrina Dyophysitarum laborabat; multos astutia sua et minis imperatoris, qui plurimum ei obsequebatur, irretiit, omnimoda mala intulit suis adversariis plurimaque monasteria vastavit atque altaria evertit. Barbaris autem cum copiis perlustrans regiones Orientis usque in Persidem fideles decem et octo annis persecutus est donec ira Dei eum ejusque urbem perculit. Ascendentes quippe Persae vastarunt eam.

Hisce temporibus, quum Judæus quidam ex Hirta Naamanis[2] imperaret

vero infra ebulliens velut arena fervida comburebat quodcumque inveniebat. Fundamen'a porro cum ædificiis superpositis suspendebantur, saliebant nunc ascendentes, nunc descendentes, scindebantur, subvertebantur, cadebant, igne concremabantur. Qui autem evaserant et fugere quærebant flammis apprehensi comburebantur veluti ligna. Flammæ enim impetu vehementi accensæ terribiliter et acerbe ardebant, dum e cœlo igneus veluti imber cadebat et universa civitas quasi fornax ardebat.» Narrat deinde Joannes universam urbem hoc terræ motu funditus eversam igneque concrematam fuisse præter paucas domos ad radices montis sitas, magnam Antiochiæ ecclesiam, cui vix secunda in toto imperio græco inveniebatur, collapsam esse et igne combustam cum ceteris ecclesiis, periisse ducenta et quinquaginta hominum millia quos dies festus Antiochiam attulerat, motus terræ diebus noctibusque iteratos fuisse per annum integrum cum dimidio. Auctor *Chronici Edesseni (Bibl. Orient.*, t. I, 415) scribit:
ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܫܒܥ ܒܝܪܚ ܐܝܪ
ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܫܥܐ ܒܗ ܒܝܘܡ ܥܪܘܒܬܐ ܒܫܒܥ

ܫܥܝܢ ܗܘܐ ܙܘܥܐ ܪܒܐ ܘܢܦܠܬ ܒܗ ܦܠܓܗ̇
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܚܢܩܬ ܠܒܢ̈ܝܗ̇ ܘܩܛܠܬ
ܠܥܡܘܪ̈ܝܗ̇ . ܘܡܝܬ ܒܗܢܐ ܙܘܥܐ ܐܘܦܪܐܣܝܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܬܚܢܩ ܬܚܝܬ ܒܬ̈ܐ .
« Anno octingentesimo trigesimo septimo, vigesima nona maii, feria sexta, hora septima contigit ingens terræ motus, quo magna Antiochiæ pars corruit suosque filios et incolas oppressit. Hoc terræ motu mortuus est Euphrasius patriarcha, ædium collabentium ruinis haustus.»

1) Ephræmius, comes erat Orientis quando cives Antiocheni cum, utpote qui post urbis eversionem eis multum succurrisset, unanimi consensu in patriarcham elegerunt anno 527. Synodo Chalcedonensi addictus fuit. Obiit autem anno 545, postquam 18 annis sedem tenuisset. Cfr. Lequien, *Oriens Christ.*, II, 733.

2) ܚܝܪܬܐ ܕܢܘܥܡܢ, vel ܚܹܐܪܬܵܐ ܕܢܘܥܡܵܢ, ut scribunt Simeon Betharsamensis (Assemani *Bibl. Orient.*, I, 373) et Zacharias Rhetor (Maii *Vet. Script: nov. collect.* X, 348), id est, *ditio Naamanis*, ut Assemanus vertit. An recte? Non putem.

ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܚܡܝܪܝܐ ܡܢ ܛܝܝܐ ܡܗܝܡܢܐ ܕܒܬܝܡܢܐ. ܘܐܠܨ ܐܢܘܢ ܕܢܟܦܪܘܢ ܒܡܫܝܚܐ ܘܠܐ ܨܒܘ. ܣܓܝܐܐ ܡܢܗܘܢ ܓܒܪܐ ܘܢܫܐ ܐܬܩܛܠܘ ܒܣܝܦܐ. ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܗܘܘ ܣܗܕܐ ܢܓܪܢܝܐ.

ܘܝܘܣܛܝܢܝܢܘܣ ܙܥܘܪܐ ܫܝܢܐ ܢܛܪ ܗܘܐ ܕܥܕܬܐ ܝܬܝܪܐܝܬ ܐܠܘ ܠܐ ܚܛܝܐ ܟܠܝܘ. ܘܐܦ ܬܐܘܕܘܪܐ ܡܠܟܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ. ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܝ ܢܛܪܐ ܗܘܬ ܠܫܝܢܐ ܕܥܕܬܐ. ܘܒܚܘܒܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܡܩܒܠܐ ܗܘܬ ܠܪ̈ܕܝܦܐ. ܝܬܝܪ ܓܝܪ ܡܢ ܚܡܫܡܐܐ ܓܒܪ̈ܐ ܣܘܪ̈ܝܝܐ ܘܝܘ̈ܢܝܐ ܕܐܬܛܪܕܘ ܗܘܘ ܡܢ ܕܝܪ̈ܝܗܘܢ. ܡܬܪܣܝܐ ܗܘܬ ܘܢܛܪܐ ܒܕܪܬܐ ܪܒܬܐ ܕܦܠܛܝܢ. ܘܒܗ ܩܒܠܬ ܡܪܝ ܣܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܠܡܕܝܢ̄ܬ ܡܠܟܘܬܐ. ܘܐܦ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܘܐܢܬܝܡܘܣ ܕܡܢܗ ܕܩܘܣܛ̄ ܕܢܚܬ ܡܢ ܟܘܪܣܝܗ ܕܠܐ ܢܫܬܘܬܦ ܠܣܘܢܗܕܘܣ.

Homeritis qui erant ex genere Arabum christianorum austri eosque cogeret abnegare Christum et ipsi renuerent, multi ex eis viri et mulieres gladio necati sunt. Unde martyres Nagranenses[1].

Porro Justinianus[2] ecclesiarum pacem plurimum fovisset nisi peccatores obstitissent. Et magis adhuc pacem ecclesiarum curabat Theodora, imperatrix fidelis, in charitate et fide persecutioni obnoxios suscipiens. Amplius enim quingentos viros Syros et Græcos, monasteriis suis expulsos, alebat et servabat in aula magna palatii, in quo etiam hospitio recepit et aluit, per annos plurimos, S. Severum, Antiochiæ patriarcham, quum in urbem regiam ascendisset, et Theodosium Alexandrinum Anthimumque Constantinopolitanum qui de throno descenderat ne synodo communicaret. Familiariter igitur conver-

Etenim ܚܝܪܬܐ, ut idem Assemanus *(Bibl. or.*, III, p. 12, 756) notat, urbs est episcopalis in Eracha babylonica a Cupha seu Akula tribus passuum millibus distans. Abulpheda in *Tabulis geographicis* de urbe Hirta scribit : *« Ibi sedes erat Naamanis, filii Munderi ibique christianam religionem amplexus Munderus, magnificas ecclesias exstruxit. »* Ex quibus apparet ܚܝܪܬܐ ܕܢܥܡܢ non *ditionem*, sed *urbem* esse quæ a Naamane, Munderi filio christiano, nomen traxerit. De regibus et episcopis Hirtæ agit Assemanus *(Biblioth. Orient.*, t, III, p. 11, p. 598).

[1]) Historia martyrum Homeritarum. qui ad Nagranem, primariam hujus regni urbem, passi sunt anno Christi 524, descripta fuit a Simeone Betharsamensi in *Epistola* ad Simeonem Gabulæ abbatem, quam nobis servarunt Joannes Asiæ, Dionysius patriarcha et Zacharias Rhetor. Hanc epistolam refert Assemanus, *Biblioth. Orient.*, I, p. 359-386. Fuisse istos martyres non monophysitas, ut innuit Joannes Asiæ, sed orthodoxos, exinde colligimus quod ab episcopo regebantur quem ad ipsos miserat imperator Justinus, concilii Chalcedonensis strenuus defensor et propagator.

[2]) ܝܘܣܛܝܢܝܢܘܣ ܙܥܘܪܐ verbotenus *Justinianus minor*. Auctores Syri, ut supra dictum est, eodem Justiniani nomine, Justinum Justinianumque appellant; ad vitandam autem confusionem, ubi de Justiniano loquuntur, eum vocant *Justinianum* ܙܥܘܪܐ *minorem*, vel ܥܠܝܡܐ *juniorem*, vel ܬܪܝܢܐ *secundum*.

ܡܠܝ̈ܐ ܫ̈ܠܡܐ ܗܘ ܒܗ ܒܡܟܬܒܢܘܬܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܠܘ
ܘܡܬܒܝܐܝܢ ܘܡܒܝܐܢܐ ܕܚ̈ܕܕܐ ܗܘܘ ܬ̈ܠܬܝܗܘܢ
ܗܠܝܢ ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ ܪ̈ܕܝܦܐ .

ܐܦ ܡܪܝ ܘܩܡ ܡܪܝ ܙܥܘܪܐ ܐܣܛܘܢܝܐ .
ܕܒܪ ܥܣܪܐ ܡܢ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ ܘܐܙܠ
ܠܩܘܣܛ̄ ܘܩܘܝ ܡܣܝܐܝܬ ܡܟܣ ܗܘܐ
ܠܡܠܟܐ ܘܡܛܠ ܕܒܐܟܝܢܘܬܐ ܗܘܐ ܡܢ ܠܡܫܬܡܥܢܘܬܗ
ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܐ ܠܡܪܡܝܘ ܒܟܠܗܝ ܐܝܕܐ .
ܐܠܐ ܝܘܡܐ ܚܕ ܐܡܪ ܠܗ . ܐܢ ܐܢܬܘܢ ܫܪ̈ܝܪܐ
ܗܘܝܬܘܢ . ܡܚܘܐ ܗܘܐ ܠܝ ܐܠܗܐ ܐܬܐ
ܒܐܝ̈ܕܝܟܘܢ . ܘܐܡܪ ܙܥܘܪܐ ܦܢܐ . ܕܟܬܝܒ
ܗܘ ܕܐܬ̈ܘܬܐ ܠܡܗܝ̈ܡܢܐ ܠܐ ܡܬܒܥܝܢ .
ܘܕܫܐܠܬ ܐܬܐ ܠܒܪ ܡܢܟ ܠܐ ܥܒܕ ܐܠܗܐ .
ܘܒܬܪ ܝܘܡܐ ܐܬܢܦܚܬ ܦܐܬܗ ܘܐܬܥܘܩ
ܪܘ̈ܫܗ . ܘܦܓܥܬܐ ܡܠܟܬܐ ܠܩܕܝܫܐ ܕܢܨܠܐ
ܥܠ ܡܠܟܐ . ܘܟܕ ܐܬܐ ܐܡܪ ܗܐ ܐܬܐ
ܕܫܐܠܬ . ܘܟܕ ܨܠܝ ܡܠܟܐ ܐܬܚܠܡ .

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܣܠܩ ܣܪܓܝܣ ܐܪܟܝܐܛܪܘܣ
ܪܝܫܥܝܢܝܐ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܢܩܛܪܓ ܠܘܬ
ܐܦܪܝܡ ܠܐܣܩܘܠܣ ܐܦܣܩ ܕܪܝܫܥܝܢ . ܐܝܬܘ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܗܘ ܣܪܓܝܣ ܓܒܪܐ ܡܠܝܠܐ

sati sunt ad invicem tres illi patriarchæ persecutione vexati.

Sanctus autem Mar Zoaras[1] stylita, adductis secum decem discipulis, Constantinopoli mansit, ubi valde dure increpabat imperatorem. Quia vero sua eum modestia[2] morigerum reddebat, illi imperator manus injicere non poterat. Attamen quodam die dixit ei : « si vos veri essetis *fideles* ostenderet mihi Deus signum per manus vestras. » Mar autem Zoaras respondit : « scriptum est signa fidelibus non sunt necessaria ; quia tamen petisti signum, nullum extra te efficiet Deus. » Sequenti autem die intumuit facies ejus vultusque deformis effectus est. Regina tum advocavit sanctum *virum* ut super imperatorem oraret. Qui, cum venisset, dixit : « ecce signum quod quæsisti. » Cum igitur oravisset, imperator convaluit[3].

Eodem tempore ascendit Sergius, archyater Rhesinensis[4], Antiochiam ut accusaret, apud Ephræmium, Ascolium, urbis Rhesinae episcopum. Erat iste Sergius vir eloquens et in lec-

[1]) ܙܥܘܪܐ, id est, *parvus*, quia statura pusillus erat, ut tradit Joannes Asiæ, qui fuse historiam hujus viri prætensaque miracula describit, ap. Land, *Anecdota syriaca*, t. II, p. 12-22.

[2]) ܡܟܝܟܘܬܐ a Joanne Asiæ exprimitur per ܦܪܗܣܝܐ ܠܟܠܗܘܢ.

[3]) Joannes Asiæ, a quo Barhebræus hanc historiam mutuatus est, tradit Justinianum hoc morbo mentem amisisse, quod cum a nemine memoriæ traditum sit, non levis exinde suspicio oritur totam narrationem commentitiam esse.

[4]) ܪܝܫܥܝܢܐ *Rischaina*, alias *Resæna*, *Rhesina*, vel *Risina*, id est *caput fontis*, eo quod tercentum et amplius fontes inde emanant, ex quibus fluvius Chaboras coalescit, ut affirmat Abulfeda qui eam bidui iter ab Haran distare scribit. Cfr. Assemanus, *Dissert. de Monophys.*, p. 9 ; Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, th. XI band, VII, 2e abt., p. 375, sqq.

ܕܡܠܠܝܬ ܒܣܦܪܐ ܕܝܘܢܝܐ ܡܘܬܪܐ ܘܣܘܪ̈ܝܐ.
ܘܡܬܚܟܡܢܐ ܕܦܓܪ̈ܐ ܐܣܝܘܬ ܡܗܝܪ ܗܘܐ.
ܘܒܪܥܝܢܗ ܡܗܝܡܢ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܣܗܕ
ܦܪܠܓܘܣ. ܒܪܡ ܒܕܘܒܪ̈ܘܗܝ ܣܢܝܐ ܘܡܣܪܝܚ
ܗܘܐ ܘܙܠܝܠ ܘܠܐ ܢܟܦ. ܘܪܚܡ ܗܘܐ
ܒܪܫܝܥܘܬ ܣܓܝܐ. ܠܗܢܐ ܐܫܬܘܕܝ ܐܦܪܝܡ.
ܕܟܠ ܕܫܐܠ ܢܥܒܕܝܘܗܝ. ܐܢ ܠܪܘܡܝ
ܢܘܒܠ ܐܓܪ̈ܬܐ ܠܘܬ ܐܓܐܦܝܛܘܣ. ܘܩܒܠ
ܥܠܘܗܝ ܣܪܓܝܣ ܘܐܙܠ ܠܪܘܡܝ. ܠܐܓܐܦܝܛܘܣ
ܘܐܝܬܝܗ ܠܩܘܣܛܢܛܝ. ܘܟܠܗ ܣܘܢܩܠܝܛܘܣ
ܢܦܩ ܠܐܦܢܛܐ ܕܝܠܗ. ܘܟܕ ܚܙܝܗ
ܡܠܟܐ ܪܘܪܒܐܝܬ ܩܒܠܗ ܡܛܠ. ܕܓܒܪ
ܡܠܠܐ ܗܘܐ. ܘܐܠܨܗ ܠܡܠܟܐ. ܠܡܟܬܒ
ܕܢܬܚܪܡܘܢ ܠܘܩܒܠ ܟܠ ܕܠܐ ܡܫܬܘܬܦ
ܠܟܠܩܕܘܢܝܐ. ܕܐܢ ܦܠܚܐ ܗܘ ܢܫܬܪܐ.
ܘܠܐ ܬܬܩܒܠ ܣܗܕܘܬܗ. ܘܠܐ ܢܘܪܬ.
ܘܐܡܪ ܠܘܬ ܠܡܠܟܐ ܡܛܠ ܛܘܒܢܐ
ܙܥܘܪܐ. ܕܡܛܠܡܢܐ ܫܒܩܬ ܗܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܗܢܐ
ܡܛܥܝܢܐ ܗܪܟܐ. ܘܡܠܟܐ ܐܡܪ. ܘܡܢܐ
ܐܥܒܕ ܠܗ ܕܓܒܪܐ ܗܘ ܥܫܝܢܐ. ܐܠܐ ܡܠܝܟ
ܠܗ. ܗܝܕܝܢ ܫܕܪ ܠܗ ܐܓܐܦܝܛܘܣ. ܕܡܠܟܐ
ܘܦܛܪܝܪܟ ܦܩܕܘ ܕܬܐܬܐ ܘܐܠܐ ܐܢܬ ܬܚܙܐ. ܡܛܠ
ܕܨܘܡܐ ܗܘܐ ܦܢܐ ܛܘܒܢܐ. ܕܢܡܘܣܐ
ܣܝܡ ܠܢ ܕܢܬܚܒܫ. ܡܛܠܗܢܐ ܕܐܦ ܬܪܥܐ
ܐܚܝܕ ܠܢ. ܐܠܐ ܩܘܐ ܥܕܡܐ ܠܚܡܫܐ ܕܐܪ̈ܙܐ.
ܕܢܦܬܚܝܘܗܝ ܬܪܥܐ. ܘܗܘ ܫܕܪ ܕܢܦܩ ܠܟܘܐ

tione librorum græcorum et syrorum versatus doctissimusque corporum medicus; affectu quidem fidelis erat, ut testatur Prologus, moribus vero admodum corruptis et turpibus et luxuriæ vitio atque avaritia inquinatis. Huic Ephræmius promisit se omne quod poscebat facturum, si modo Romam litteras pertulisset ad Agapetum. Quod quum in se recepisset, Sergius Romam perrexit, Agapetum incitavit eumque Constantinopolim adduxit. Totus porro urbis senatus exivit in occursum ejus[1]. Imperator autem statim ac eum vidisset magnifice excepit, quia vir eloquens erat. *Agapetus* porro coegit imperatorem edictum ferre adversus omnes qui non communicarent synodo *Chalcedonensi*, qui, si milites forent, solverentur eorumque testimonium non admitteretur atque hæredes instituere non valerent. De beato autem Zoara dixit imperatori : „ cur hic reliquisti hunc Syrum deceptorem?„ Respondit imperator : „ quid faciam ei? Vir enim vehemens est, sed age cum illo.„ Tunc misit ad eum Agapetus *dicens* : „ imperator et patriarcha præceperunt ut venias, et si non, tu videris.„ Quia vero jejunium erat respondit Beatus : „ lex nobis imposita est qua recludimur; idcirco porta nobis occlusa est; sed expecta usque ad feriam quintam mysteriorum[2], ut aperiamus fores,

[1]) ܐܦܢܛܝܐ, ἀπάντησις, *occursus*. Deest in *Thesauro syriaco*, R. D. Smith, ubi solum occurrit ܐܦܢܛܐ.

[2]) *Feria quinta mysteriorum* ea est quam vocamus *feriam quintam in cœna Domini*.

ܘܕܐܠܐ ܗܘ ܝܕܥ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܘܐܠ ܢܥܒܕ . ܘܟܕ ܚܡܬ
ܠܡܓܝܣܛܪܝܢܘܣ ܕܒܫܫܠܬܐ ܢܝܬܝܘܗܝ .
ܘܟܕ ܦܩܕܗ ܐܠܐ ܠܡܓܝܣܛܪܐ ܠܦܪܘܐܣܛܝܘܢ
ܕܢܪܟܒ ܗܘܐ ܒܐ · ܘܡܛܐ ܠܡܥܒܪܐ
ܕܦܘܪܩܝܘܢ . ܕܥܠܝܐ ܗܘܐ ܠܦܪܘܐܣܛܝܘܢ
ܘܟܡܕܡ . ܘܗܘܐ ܠܥܠ ܡܢ ܟܐܦܐ . ܘܟܕ
ܐܬܢܒܠ ܡܓܝܣܛܪܝܢܘܣ ܥܡ ܕܝܠܗ ܘܥܠܥܠܐ .
ܘܗܦܟܘ ܕܡܢ ܐܝܟܐ ܕܐܬܘ . ܘܟܕ
ܪܓܙ ܡܓܝܣܛܪܐ ܥܠ ܡܚܬܘܦܐ . ܘܡܫܪܝܘ ܠܡܚܬ
ܒܚܝܠ ܢܦܩ ܒܪܩܐ . ܘܐܬܡܚܝܬ ܣܦܝܢܬܐ
ܘܫܩܠܗ ܡܢ ܥܠܡܐ . ܘܒܫܥܬܐ ܗܝ ܕܟܠܗ ܡܢ ܪܝܫܗ
ܘܡܢ ܪܝܫܐ . ܘܟܡܐ ܕܐܬܚܙܝܬ ܠܗܘܢ ܡܓܝܣܛܪܐ
ܘܐܝܟܢܐ ܕܫܡܥ ܐܠܗܐ ܠܨܠܘܬܗ . ܘܐܬܒܝܢܘ ܘܐܬܛܢܦ
ܘܫܪܝ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܬܡܚܝ ܐܓܐܦܝܛܘܣ ܒܠܫܢܗ
ܘܐܟܠܗ ܬܘܠܥܐ ܐܝܟ ܕܚܙܐ ܐܢܫ ܒܐܘܪܚܐ ܘܗܘܐ .
ܘܡܬܝ ܒܚܡܫܐ ܒܪܙܐ . ܘܡܛܠ ܕܐܝܟ
ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܛܘܒܢܐ ܙܥܘܪܐ . ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܘܡܢ
ܘܐܒܗܬ ܘܐܒܝܫ ܠܟܠܗܘܢ ܡܥܕܪܢܘܗܝ .
ܘܐܦܪܫ ܘܐܚܪܡܗ ܠܣܘܝܪܘܣ · ܘܐܠܐ ܕܢܡܘܬ .
ܘܡܢ ܩܕܡ ܕܢܡܘܬ ܗܘ ܐܓܐܦܝܛܘܣ ܡܢ ܣܘܝܪܘܣ .

et quod scit Deus oportere ipse faciet.» Iratus autem Agapetus præcepit magistro *militi[illegible]* ut catenis ferreis vinctum eum adduceret[1]. Qui, cum in navigio (?) pergeret ut transiret in suburbanum ubi sanctus *vir* commorabatur et jam pervenisset ultra molem (?), ventus sustulit navigium et scapham (καραβιον) (?) et *magister cum suis* reversus est eo unde venerat. Quum autem irasceretur magister in remigantes iique cœpissent vi accedere, exiens fulgur percussit naviculam et avulsit trabem ex ea ab una extremitate ad alteram. Tunc intellexerunt infelices illi et qui miserat eos Deum exaudivisse preces sancti viri. Iisdem autem diebus percussit Dominus Agapetum in lingua, qui vermibus corrosus fœtensque ac contabescens protraxit cruciatus suos usque ad feriam quintam mysteriorum sicut beatus Zoaras prædixerat et vitam finivit, rubore afficiens omnes suos fautores[2]. Antequam autem moreretur infelix iste Agapetus separavit a se atque anathematizavit sanctum Seve-

[1]) In narrando prætenso illo Zoaræ miraculo de quo nullibi mentionem invenimus sive apud auctores Græcos sive in libro Pontificali, Barhebræus abbreviando sequitur Joannem Asiæ in *Vita Zoaræ*, ap. Land, *Lib. cit.*, p. 18. Locus quem Barhebræus transcripsit sic se habet ap. Joannem :
ܘܦܩܕ ܠܡܓܝܣܛܪܝܢܘܣ . ܕܥܡ ܐܣܟܘܒܝܛܘܪܐ
ܘܫܫܠܬܐ ܢ . ܘܢܝܬܐ ܠܛܘܒܢܐ ܠܛܘܒܢܐ . ܘܟܕ ܕܝܢ
ܗܘ ܐܝܟ ܕܐܬܦܩܕ ܥܒܕ ܒܫܫܠܬܐ ܘܢܬܒ ܒܡܪܟܒܐ
ܥܡ ܦܠܚܐ ܕܐܙܠܘ ܕܢܝܬܘܢ ܠܛܘܒܢܐ : ܘܟܕ ܡܛܝܗ
ܠܥܒܪܐ ܕܠܗܠ ܕܢܦܩ : ܒܕܡܘܬ ܥܠܥܠܐ
ܫܩܠܗ ܠܡܪܟܒܐ . ܘܐܗܦܟܗ ܠܗܕܐ ܦܢܝܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܐܝܟܐ ܕܢܦܩܘ .
«*Et præcepit Magistro ut cum excubitoribus et vinculis adduceret Beatum. Magister igitur jussa exequens, vinculis munitus in navigio (?) sedit cum militibus qui iverunt Beatum adducturi. Quum autem magister pervenisset ad partem ulteriorem et egressurus esset, turbinis quædam species navigium (?) sustulit et retrovertit ita ut esset in hac urbis parte unde exierant.*»

[2]) Obiit Agapetus 6 vel 22 april. 536. Cfr. Hefele, *Concilien gesch.*, II, 741, sq.

ܘܡܢ ܡܕܒܪܐ ܠܡܕܒܪܐ ܡܫܢܐ ܗܘܐ
ܒܐܣܟܡܐ ܕܕܝܪܝܐ ܡܣܟܢܐ ܘܠܒܝܫ ܟܘܣܝܬܐ
ܘܣܐܢ ܡܣܐܢܐ ܕܠܐ ܢܬܝܕܥ ܡܢ ܪ̈ܕܘܦܐ.

ܗܝܕܝܢ ܣܒܐ ܝܘܠܝܢܐ ܕܐܠܝܩܪܢܣܘܣ ܕܩܐܪܝܐ.
ܟܕ ܡܢ ܗܘ ܕܠܐܡܘܕܐ ܒܬܪܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܐܦ ܗܘܐ
ܐܝܟ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܟܠܩܕܘܢܝ̈ܐ. ܒܗܪܣܝܣ
ܐܚܪܬܐ ܢܦܠ. ܘܠܐ ܡܝܘܬܐ ܘܠܐ ܚܫܘܫܐ ܡܢ
ܩܕܡ ܩܝܡܬܐ ܐܡܪ ܠܦܓܪܗ ܕܡܪܢ. ܘܕܚܙܘ
ܕܚܫ ܘܡܝܬ ܐܝܟ ܕܒܦܢܛܣܝܐ ܡܢ ܫܪܪܐ ܠܐ
ܚܫ ܐܦܠܐ ܡܝܬ. ܩܕ ܕܝܢ ܣܘܝܪܐ ܟܕ ܦܝܣ
ܐܪܓܝܗ ܣܓܝ ܒܡܚܘ̈ܝܬܐ ܕܡܢ ܟܬ̈ܒܐ ܩܕ̈ܝܫܐ
ܘܣܗܕ̈ܘܬܐ ܕܡ̈ܠܦܢܐ ܘܠܐ ܦܝܣ ܐܚܪܡܗ.
ܗܘ ܕܝܢ ܐܚܝܕ ܠܗ ܓܒܐ. ܘܐܦܩ ܛܒܐ
ܕܣܘܝܪܐ ܐܡܪ ܚܒܝܠܐ ܟܠܗ ܦܓܪܗ
ܕܡܪܢ. ܘܠܚܒܠܐ ܕܐܬܚܒܠ ܘܣܪܝ ܒܩܒܪܐ.
ܘܒܗܠܝܢ ܠܣ̈ܓܝܐܐ ܐܬܡܗ ܘܐܙܝܥ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܫܢܝ ܡܢ ܚ̈ܝܐ ܐܢܫܝ̈ܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܣܘܝܪܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܒܕܘܟܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܟܘܬܐ ܒܬܡܢܝܐ ܒܫܒܛ
ܫܢܬ ܦ̈ܢܕ ܕܝ̈ܘܢܝܐ.

rum et Theodosium et Anthimum et Zoaram. Egressus igitur Constantinopoli, sanctus Severus de deserto in desertum transmigrabat in habitu pauperis monachi portans cucullum et sandalia ut non agnosceretur a persecutoribus.

Tunc senex Julianus Halicarnassæ Cariæ, qui, quod duas naturas confiteri recusaret, etiam Chalcedonensium persecutioni obnoxius erat, in hæresim aliam incidit et immortale atque impassibile ante resurrectionem asseruit corpus Domini nostri, hoc quidem se ostendisse veluti in phantasia passum et mortuum, in rei autem veritate nec passum nec mortuum esse. S. autem Severus, quum plurimum eum commonuisset argumentis ex Scripturis sanctis et ex testimoniis doctorum, quin acquiesceret Julianus, eum anathematizavit. Julianus tamen efformavit sibi sectam ac sparsit rumorem a Severo corruptibile asseri corpus Domini nostri hocque prædicari corruptioni et fœtori in sepulchro fuisse subjectum. Hisce multos in stuporem adduxit et valde commovit.

Hoc autem tempore migravit e vita mortali patriarcha Mar Severus Alexandriæ in loco *Csutha*[1] appellato, die octava mensis Schebat (Februarii) anno Græcorum 854 (*Chr.* 543)[2].

[1]) ܟܘܬܐ vel ܟܘܬܬܐ, ut scribitur a Joanne Asiæ.

[2]) Joannes Asiæ (ap. Land, *Anecdota syriaca*, II, 246-249) in *Historia* Severi, Anthimi, Theodosii, Sergii et Pauli, patriarcharum, postquam narravit Severum Constantinopoli duobus annis pro Monophysitis laborasse et deinde ex urbe egressum fuisse, finem ejus sic refert : ܗܟܢ
ܠܐܬܪ̈ܘܬܐ ܒܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܘܡܢ ܡܕܒܪܐ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܟܢܘܫܬܐ ܘܒܕܝܪ̈ܐ ܕܒܩ̈ܘܢܐ ܕܐܚ̈ܘܬܐ
ܐܡܝܢ ܗܘܐ. ܘܡܫܢܐ ܗܘܐ ܘܡܬܪܚܩ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܗܘܐ

ܥܠ ܕܒܬܪ ܣܐܘܝܪܐ ܪܒܐ . ܣܪܓܝܣ ܡܫܒܚܐ .

ܡܢ ܕܢܚ ܡܪܝ ܣܐܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܛܘܒܢܐ . ܥܒܕܘ ܐܪܬܘܕܘܟܣܐ ܚܠܦܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܟܘܪܣܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܠܣܪܓܝܣ ܩܫܝܫܐ ܬܠܝܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܒܝܬ ܩܪܬܝܐ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܚܘܠܐ . ܘܣܡ ܠܗ ܐܝܕܐ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ܕܐܢܙܪܒܐ . ܘܡܛܠ ܕܐܦܝܣ̈ܩܘ ܐܪܬܘܕܘܟܣܘ ܕܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܘܚܕܢܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܐܙܕܥܪܘ ܗܘܘ . ܡܢܗܘܢ ܓܝܪ ܥܢܝܘ ܗܘܘ ܐܝܟ ܬܐܘܡܐ ܕܕܪܐ . ܘܝܘܚܢܢ ܕܬܠܐ . ܘܐܢܛܘܢܝܢܐ ܕܚܠܒ .

45. *Post mortem Severi magni*, Sergius *eximius*[1].

Defuncto beato Mar Severo patriarcha, orthodoxi suffecerunt in ejus locum patriarcham sedis Antiochenæ Sergium, presbyterum Telensem, cognomine Beth Carthensem, ex monasterio Holæ, cui manum imposuit Joannes Anazarbæ[2]. Porro episcopi orthodoxi in cunctis Romani imperii urbibus imminuti erant: alii enim ex eis mortui erant, ut Thomas Daræ, Joannes Telæ[3], Antoninus Halepi[4], Sergius Suræ, Petrus Rhesinæ, Thomas

ܡܫܬܪܝܬ . ܘܡܢ ܩܠܝܠ ܠܗ ܐܣܛܐ ܕܬܫܥܝܬܐ ܒܪܕܘܦܝܐ ܢܦܠ ܒܟܘܪܗܢܐ . ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܡܢ ܡܕܒܪܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܡܨܪܝܢ ܕܡܬܩܪܝܐ ܩܣܘܐ . ܘܬܡܢ ܫܠܡ ܪܗܛܗ ܘܐܓܘܢܗ ܘܐܬܢܝܚ ܠܘܬ ܡܪܢ .

«Exivit in loca ad austrum Alexandriæ sita. In deserto perseverabat, in silentio, in ascetica vivendi ratione et in lectione librorum sacrorum durum laborem et abstinentiam perfecte adimplens. Transactis autem in persecutione aliquot annis, in morbum incidit. Deinde de deserto translatus fuit in civitatem Ægypti* Csua *appellatam ubi cursum suum certamenque finiens ad Dominum migravit.»*

Dionysius autem in *Chronico* (ap. Assemanum, *Bibl. Orient.*, II, 54) mortem Severi ad annum Græcorum 849 refert his verbis : ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܫܥ ܢܚ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܣܐܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܒܬܡܢܝܐ ܒܫܒܛ .

«Anno (Græcorum) octingentesimo nono migravit ex hoc sæculo Sanctus Mar Severus, patriarcha Antiochiæ, die octava februarii.»

[1]) Circa annum 542. A Sergio Barhebræus, omissis patriarchis Antiochiæ orthodoxis, seriem prosequitur patriarcharum monophysitarum. Post Ephræmium orthodoxi Antiochiæ patriarchæ fuerunt: Domnus III, ab an. 545-567; Anastasius I, ab an. 567-569; Gregorius, ab an. 569-584; Anastasius I, *iterum*, ab an. 590-599; Anastasius II, ab an. 600-606. Deinde sedes Antiochena sæpius vacavit. Cfr. Lequien, *Oriens Christ.* II, 732, sqq.

[2]) In vita Jacobi Baradæi (Land, *Anecdota syriaca*, II, 256) traditur Sergium ordinatum fuisse a Jacobo Baradæo, quod videtur non esse admittendum. Jacobus enim nonnisi postea episcopos creavit.

[3]) Joannes, monasterii mar Zachæi in urbe Callinico monachus, deinde ex monacho episcopus, ecclesiam Telensem regebat anno Christi 512, quo eum Sidoniæ synodo interfuisse refert Dionysius in chronico. Anno 519 in exilium, Justini jussu, pulsus fuit, quod synodum Chalcedonensem reci pere detrectaret. Quum autem in exilio annos decem egisset, interfectus est Antiochiæ sub Ephræmio Antiochiæ patriarcha. Vid. Land, *Anecdota syriaca*, II, 169.

Joannes Telæ scripsit canones ecclesiasticos quorum priorem partem edidit T. J. Lamy in *Dissertatione de Syrorum fide et disciplina in re eucharistica*, Lovanii, 1859; altera pars reconditur in bibliotheca parisiensi.

[4]) Cod. in magine habet : ܐܢܛܘܢܝܢܐ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܚܠܒ : *«Antoninus metropolita civitatis Halepi.»*

ܘܣܘܝܪܘܣ ܕܡܘܬܐ . ܘܦܠܓܐ ܕܬܪܬܝܢܟܝܢܝܐ .
ܘܐܬܩܦܬ ܕܐܦܝܠܟܣܝܢܘܣ. ܘܐܬܩܦܬ ܕܕܝܘܦܘܣܝܛܐ.
ܙܥܘܪܐ ܒܪ ܚܬܗ ܕܗܘܐ ܒܓܢܓܪܐ . ܘܡܛܠܗܘܢ
ܐܬܛܠܩ ܠܐܦܝܣܩ ܕܕܝܘܦܘܣܝܛܐ . ܐܝܟ
ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܐܚܪܢܐ . ܒܪ ܚܬܗ
ܕܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܕܡܒܘܓ . ܗܘ ܕܡܢ ܒܬܪ
ܡܝܬܬܗ ܒܓܢܓܪܐ . ܗܘ ܒܟܢܘܫܝܐ ܕܚܠܩܐ ܐܦܐ
ܠܟܠܩܕܘܢ ܐܬܢܝܚ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܘܗܘܐ
ܒܩܘܦܪܘܣ . ܘܐܚܪܢܐ ܒܠܚܘܕ ܕܠܐ ܐܬܬܪܝܡܘ
ܡܢ ܬܪܥܝܗܘܢ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܗܘܘ .
ܘܐܦ ܡܬܚܫܒܝܢ ܠܡܠܟܐ ܘܡܬܒܥܝܢ
ܠܡܠܟܬܐ ܡܛܠ ܡܗܝܡܢܐ . ܐܝܟ
ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܕܠܐܕܝܩܝܐ . ܘܝܘܚܢܢ
ܡܨܪܝܐ . ܘܦܛܪܘܣ ܘܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܘܐܢܬܝܡܘܣ .
ܘܩܠܝܠ . ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܚܪܢܐ ܒܚܕ ܩܣܛܪܐ
ܚܒܝܫܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܢܛܪܝܢ .
ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܒܛܢܢܐ ܬܪܝܨܐ . ܣܡܘ ܐܝܕܐ ܥܠ ܝܥܩܘܒ
ܐܢܫ ܦܫܝܛܐ ܕܐܫܬܟܚ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ . ܗܘ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܩܫܝܫܐ ܒܕܝܪܐ ܕܦܣܝܠܬܐ . ܡܢ
ܓܡܘܥܐ ܩܪܝܬܐ ܕܒܛܘܪܐ ܕܐܝܙܠܐ . [a] ܠܘܬ
ܩܣܛܪܐ ܚܕܬܐ ܕܩܪܝܒ ܠܪܝܘܦܐ ܩܪܝܬܐ .
ܘܐܩܝܡܘܗܝ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܬܒܝܠܝܐ . ܗܘ ܕܝܢ

Germaniciæ[1], Thomas Damasci et magnus Severus nuper defunctus; alii vero adhæserant hæresi Dyophysitarum, ut Philoxenus[2] minor, Philoxeni Mabugensis e sorore nepos, qui, mortuo in Gangra avunculo suo, ob causam quam tacitus prætermitto, consensit synodo *Chalcedonensi* et vixit in Cypro; pauci tantum a proposito suo non recedentes Constantinopoli degebant et satagebant imperatorem delinire atque imperatricis studium excitare erga fideles, ut Constantinus Laodiceæ, Joannes Ægyptius, Petrus, Theodosius et Anthimus; et pauci alii episcopi qui in castro quodam sub custodia servabantur[3]. Isti ergo justo zelo accensi manum imposuerunt Jacobo, viro simplici, qui Constantinopoli tunc aderat. Is presbyter erat in monasterio Phasiltæ e Gamua, pago montis[4] Izlæ, juxta castrum novum prope pagum Riuphæ. Ordinarunt autem eum metropolitam œcumenicum. Illico ubique adfuit prompto animo agens et *fideles* adhortans. Erat quippe vir austerus et abstinens, laboris patiens, operosus, bene accinctus, pedibus celer, quasi alius Azael am-

a) Voces ܕܡܢ ܡܠܟܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܥܠ ܩܣܛܪܐ ܚܕܬܐ desunt in *Bibl. Or.*, II, 326.

[1]) Thomas ille differt a Thoma Heracleensi, qui et ipse sed postea Germaniciæ episcopus fuit. Thomas, Germaniciæ episcopus in exilio actus ab imperatore Justino, obiit Samosatæ. Vid. Assemani *Bibl. Orient.*, t. II, 92.

[2]) Is est Dulichii episcopus, quem in collatione sub Justiniano imperatore anno 533 habita, a monophysitarum secta ad catholicam ecclesiam rediisse testatur etiam Innocentius, Maroniæ episcopus. Ita Jos. Sim. Assemanus, *Biblioth. Orient.*, II, 327.

[3]) Præter hos, tres solummodo episcopi monophysitæ remanebant: unus Mardino, alter in Perside, tertius in Ægypto, ut asseritur in vita Jacobi Baradæi ap. Land, *Anecdota syriaca*, II, 369.

[4]) Izla mons est prope urbem Nisibin. Cfr. supra, nota ad pp. 87-88.

ܒܟܠܝܘܡ ܐܬܚܒܫ ܡܬܬܟܣܝܐ ܡܢ ܦܠܚܐ
ܘܡܬܟܠܟܠ . ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܨܒܝܢ ܪܚܝܢܐ
ܦܫܝܛܘܬܐ ܘܡܚܡܪܘܬܐ ܘܠܐܬܐ ܘܡܚܒܠܐ ܕܠܟ
ܣܠܝܢ ܘܡܚܒܠܐ ܒܪ̈ܫܢܘܬܐ ܘܡܢܬܠܢ ܐܝܟ
ܠܚܡܬܐ . ܘܦܢܝ ܡܬܟܫܦܝܢ ܒܐܬܪܘܬܐ
ܕܡܕܢܚܐ . ܘܡܢܗܘܢ ܫܡܥܘܢ ܐܒܝܐ ܠܐܬܪܘܬܗܘܢ .
ܡܢ ܒܐܣܛܘܝܐ ܕܣܒܪܐ ܡܬܚܝܢܐ ܗܘܐ .
ܘܡܬܬܪܐܡܝܢ ܒܐܘܪܚܬܐ ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܪܕܘܦܐ .
ܡܛܠܗ ܗܘܐ ܨܒܝܢ ܗܘܝܘ ܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܩܘܝܡܐ
ܩܘܪܝܐ ܐܬܪܘܬܗܘܢ . ܘܫܠܛ ܡܢ ܡܪܝܣ
ܐܠܐ ܐܦܣܩ ܕܣܓܪ ܕܟܗܢ ܩܘܪܝܐ ܠܟܠ
ܗܘܐ . ܟܗܢܐ ܕܢܩܘܡ ܗܢܐ ܡܟܗܢ ܘܗܘܝܢ
ܣܓܝܘ . ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܒܫܡܗ ܡܬܩܪܝܢ
ܝܥܩܘܒܝܐ .

ܐܦ ܫܪ̈ܒܬܐ ܟܠܗܝܢ ܕܛܝ̈ܝܐ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ
ܕܒܡܕܒܪܐ . ܥܩܬ ܒܣܢܗܕܘܣ ܗܘܘ
ܟܠܩܕܘܢܝܣ . ܘܐܦܠܐ ܠܚܡܐ ܥܡ

bulans. Cœpit autem lustrare regiones Orientis, manus impositionem præbens orthodoxis, sub habitu mendici latens præsertim in itineribus præ timore persecutoris. Orbatus enim tunc erat Oriens pontificibus orthodoxis, ac præter Carim[1] quemdam Sigaræ episcopum, nemo erat qui sacerdotes ordinaret, antequam surrexisset Jacobus. Tunc autem multiplicati sunt; eamque ob causam ex ejusdem nomine „Jacobitæ" nuncupati fuere[2].

Omnes etiam tribus Arabum Christianorum in deserto commorantes synodo valde offensæ erant et passem cum Chalcedonensibus non manduca-

[1]) Vocatur is ܡܪܝܣ *Maris* in Assemanj *Biblioth. Orient.*, II, 326.

[2]) Celeberrimi hujus viri, a quo Jacobitæ nomen trahunt, vita describitur in Landii *Anecdotis syriacis*, t. II, pp. 249-257, 364-383, ubi hæc traduntur. Jacobus, Tela oriundus, in monasterio Phasiltæ litteris græcis et syriacis eruditus propter hæresin monophysiticam, cui adhærebat, Constantinopolim ascendit ubi ab imperatrice Theodora honorifice exceptus vitam monasticam duxit per 15 annos. Deinde, anno Christi 543, favente Theodora, ad episcopatum urbis Edessæ cum potestate in universam Syriam et Asiam promotus fuit a Theodosio patriarcha Alexandrino. Tunc cœpit perlustrare Syriam, Armeniam, Cappadociam, Ciliciam, Isauriam, aliasque Asiæ provincias usque Constantinopolin ubique ordinans innumeros sacerdotes. Postea cum licentia Theodosii, patriarchæ Alexandrini monophysitæ, tunc Constantinopoli detenti, perrexit Alexandriam, ubi ordinavit Cononem, episcopum Tarsi et Eugenium Seleuciæ Isauriæ, cum quibus perlustrans Syriam ordinavit metropolitas et episcopos : nempe, Dimatum Laodiceæ, Joannem Kennesrin, et Sergium Haranæ. Hisce peractis, ascendens Constantinopolim ibi ordinavit patriarcham Antiochiæ Sergium Telensem ejusque successorem Paulum, metropolitam autem Amidæ Eunomium; et de licentia Theodosii duodecim episcopos pro diversis Ægypti locis. Deinde bis perlustrans Asiæ provinciam ordinavit episcopos : Ephesi Joannem, historiarum scriptorem, Smyrnæ Petrum, Pergami Joannem alium, Trallæ Petrum, aliosque alibi episcopos : in summa 27 (alibi 87) episcopos, et innumeros clericos quos ad centum millia exaggerat Joannus Asiæ. Gravia habuit dissidia cum Conone, Eugenio, aliisque, de quibus agunt Joannes Asiæ et Barhebræus infra. Tandem, annis gravatus obiit anno 578.

ܡܠܟܘܬܐ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ . ܘܟܕ ܐܬܬܘܬܒ
ܚܐܪܬ ܒܪ ܓ̈ܒܠܐ ܡܠܟܗܘܢ ܒܩܘܣܛܢ
ܐܫܟܚ ܬܡܢ ܠܬܐܘܕܘܪܐ ܕܝܪܝܐ ܓܒܪܐ
ܚܦܝܛܐ . ܘܩܪܒܗ ܠܘܬ ܦܦܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ
ܘܒܝܕ ܡܥܕܪܢܘܬܐ ܕܡܠܟܬܐ ܬܐܘܕܘܪܐ ܐܣܪܚܗ
ܠܐܘܪܗܝ . ܟܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܠܟܠܩܝܕܘ̈ܢܝܐ ܒܐܘܪܗܝ ܐܡܙܘܢ ܐܦܝܣܩ
ܕܒܢܐ ܘܨܒܬ ܠܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܒܗ .

ܒܙܒܢܗ ܕܝܢ ܕܝܘܣܛܝܢܝܢܘܣ ܙ̈ܪܥܐ .
ܗܪ̈ܣܝܣ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܢܒܥܘ . ܗܝ ܕܝܢ
ܕܒܪܒܘܪ̈ܝܢܐ . ܕܡܬܩܪܝܢ ܒܣܘܪܝܝܬ
ܡ̈ܠܝܘܢܝܐ . ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܢܨܒܐ ܡܢ
ܡܐܢܝ̈ܟܝܐ . ܗܠܝܢ ܦܪܣ ܕܝܢ ܐܬܛܪܕܘ ܐܬܘ
ܠܐܪܡܢܝܐ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܠܣܘܪܝܐ . ܘܐܫܟܚܘ
ܕܝܪ̈ܬܐ ܕܝ̈ܪܝ ܘܚܛܦܘ ܒܗܘܢ . ܠܒܫܝܢ
ܕܝܢ ܗܢܘܢ ܘܢܫܝܗܘܢ ܐܘܟܡܐ ܐܝܟ ܕܝܪ̈ܝܐ .
ܘܥܒܕܝܢ ܥܐܕܐ ܟܠ ܫܢܬܐ ܝܘܡܐ ܚܕ
ܝܕܝܥܐ . ܘܒܠܠܝܐ ܟܕ ܡܬܟܢܫܝܢ ܟܠܗܘܢ

bant. Porro cum Hareth, filius Gabalæ, eorum regis, Constantinopoli versaretur, invenit ibi Theodorum monachum, virum studiosum, et adduxit eum ad papam Theodosium[1], qui, favente Theodora imperatrice, ordinavit eum Edessæ[2] episcopum, quum Chalcedonenses Edessæ episcopum haberent Amazunum qui ædificavit et ornavit magnum hujus urbis ecclesiam.

Porro tempore Justiniani[3] hæreses plurimæ scaturierunt : nempe, *hæresis* „Barburianorum" qui syriace vocantur „Maliunaie[4]" et sunt surculus Manichæorum; isti e Perside expulsi venerunt in Armeniam et exinde in Syriam, ubi quæ invenerunt monasteria invaserunt et inhabitarunt. Deferunt autem ipsi et eorum uxores vestes nigras sicut monachi et quotannis die quadam fixa festum celebrant. Noctu autem congregati omnes, viri simul et mulieres, extinguunt

[1]) Theodosius, patriarcha Alexandrinus monophysita, Constantinopoli tunc procul ab usurpata sede detinebatur.

[2]) Iste Theodorus non Edessæ sed Hirtæ in Arabia episcopus ordinatus fuisse dicitur ap. Land, *Anecdota syriaca*, II, 254. *Ibid.*, p. 369, Joannes Asiæ tradit eumdem Theodorum Bostrarum in Arabia episcopum fuisse.

[3]) Mendose codex habet ܝܘܣܛܝܢܝܢܘܣ pro ܝܘܣܛܝܢܘܣ.

[4]) In codice ad marginem hæc nota habetur : ܗܠܝܢ ܫܡܫܢ̈ܝܐ ܐܝܬ ܠܝ ܣܒܪܐ: ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܥܝܕܐ ܕܝܠܗܘܢ ܩܕܡܝܐ . ܘܡܟܝܠ ܒܛܝܠ ܗܘܐ ܡܢܗܘܢ ܘܐܙܠ . „ *Hos esse puto* SCHEMSCHANAIE. *Talis erat eorum antiquus usus qui apud eos hodie in desuetudinem abiit.* „ Ill. D. Bartatar, archiepiscopus Seerdensis, a nobis de „ schemschanaie „ interrogatus haec rescripsit : „ ܫܡܫܢ̈ܝܐ adhuc existunt, et in provincia Kurdistani sunt innumerabiles. Originem ducunt a ܡܐܢܝ̈ܟܝܐ *Manichaeis*. Sunt Yazidites qui etiam adorant solem ܫܡܫܐ; hinc dicti sunt ܫܡܫܢ̈ܝܐ, *solares*. Et hi varias habent sectas. Adorant diabolum et solem et ignem. Praecari nefas habent. Item legere et discere nefandum ipsis est. Jejunium non servant. Gallum, pavonem aeneum, adorant; denotat enim Satanam superbum. Amant membratim occidi, potius quam Satanae renuntiare aut maledicere. Omnia illis licent. Non negant Deum, sed diabolum magis honorant, etsi sciant eum esse a Deo exulem. „ De Yaziditibus docte agit P. Martin, *La Chaldée*. Rome 1867. Pag. 35-44.

ܐܚܝܕܐ ܫܪ̈ܓܐ ܘܢ̈ܫܐ ܦܓܪܚܝܢ ܥܡܗܝܢ .
ܘܐܢܫ ܥܡܗ ܚܕܐ ܐܢܫܐ ܕܬܬܦܓܠܚ . ܘܐܦܢ
ܐܡܗ ܐܘ ܚܬܗ . ܘܛܠܝܐ ܩܕܡܝܐ ܕܡܬܝܠܕ
ܡܢ ܙܘܘܓܐ ܗܘ ܛܢܦܐ ܡܢܩܒܝܢ
ܠܗ ܒܡܚܛܐ . ܘܒܕܡܐ ܕܢܛܦ ܡܢܗ ܥܠ
ܣܡܝܕܐ ܠܫܝܢ ܩܘܪܒܢܗܘܢ . ܡܬܐܡܪܐ
ܕܐܦ ܕܡܐ ܕܒܪܢܫܐ ܓܒܪܐ ܘܕܬܪܢܓܘܠܬܐ
ܚܘܪܬܐ ܡܚܠܛܝܢ ܒܗ . ܘܡܟܝܠ ܡܢ ܐܪ̈ܙܐ
ܕܚܪܫܘܬܐ ܡܠܦܘܗ ܠܗܕܐ . ܘܠܥܐܕܗܘܢ
ܦܪ̈ܣܝܐ ܩܪܝܢ ܡܫܘܫ . ܒܟܬܒܐ ܕܝܢ
ܕܐܒܘܪܚܝܢ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܒܝܪܘܢܝܐ
ܐܫܟܚܬܗ ܠܬܫܥܝܬܐ ܗܕܐ . ܘܐܦ ܥܕ̈ܬܢܝܐ
ܕܝܠܢ ܟܬܒܝܢ ܠܗ̇ ܕܟܪܘܗ̇ .

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܦ ܐܣܛܦܢܐ ܒܪ ܨܘܕܝܠܝ
ܢܨܚ ܒܐܘܪܗܝ ܒܐܣܟܡܐ ܕܝܪܝܐ . ܘܦܫܩ
ܟܬܒ̈ܐ ܡܢ ܢܦܫܗ . ܘܫܘܠܡܐ ܐܡܪ
ܠܬܫܢܝܩܐ . ܘܡܙܕܕܩܝܢ ܚܛܝ̈ܐ ܒܪܡܐ
ܕܐܦ ܫܐܕ̈ܐ . ܘܥܠ ܗܝ ܕܢܗܘܐ ܐܠܗܐ
ܟܠ ܒܟܠ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܦܘܠܘܣ . ܣܡ
ܫܬܐܣܬܐ ܕܡܠܦܢܘܬܗ .

ܐܬܝܕܥ ܕܝܢ ܬܘܒ ܐܦ ܝܚܝܕܝܐ ܕܫܡܗ
ܝܘܚܢܢ ܕܡܢ ܐܘܦܡܝܐ . ܗܢܐ ܠܘܬ

lucernas, et sumit unusquisque unam cum qua conjungatur etiamsi mater aut soror ejus sit. Puerulum autem, qui primus nascitur ex fœdo isto concubitu, acubus pungunt et sanguine exinde stillante super farinam conficiunt oblationem suam. Fertur etiam ipsos in eam miscere sanguinem hominis adulti et gallinæ albæ. Quod fortasse ex magiae arcanis didicerunt. Festum autem eorum Persæ vocant Maschusch. In libro Aburahian[1], sapientis Persæ Bairunensis hanc historiam inveni, cujus etiam meminerunt scriptores nostri ecclesiastici.

Eodem tempore Stephanus Barsudailus innotuit Edessæ, professione monachus, qui propria mente Scripturas interpretatus, finem pœnarum asseruit, justificandos esse peccatores, imo ipsos dæmones; atque in eo : „ *ut fiat Deus omnia in omnibus* „, ut ait Paulus[2], fundamentum doctrinæ suæ posuit.

Inclaruit etiam monachus nomine Joannes ex Euphemia[3]. Hic Alexan-

1) Quisnam sit iste Aburahian, aut a quanam urbe dictus sit ܒܝܪܘܢܝܐ, incompertum nobis est.

2) *I Cor.* XV, 28. — Præfatum Stephani Barsudaïli errorem oppugnavit S. Jacobus Sarugensis in epistola ad ipsum directa, cujus magnam partem edidit Abbeloos, *De vita et scriptis S. Jacobi*, etc., pp. 125 sq. Impugnatus etiam fuit Stephanus a Philoxeno Mabugensi, Monophysitarum primipylo, in *Epistola* ad duos presbyteros Edessenos, quam recitat S. J. Assemanus in *Bibl. Or.*, t. II, p. 30-32, ubi Stephani errores doctus Maronita exponit.

3) „ܐܘܦܡܝܐ, *Euphemia*, Mesopotamiæ urbs, quam Josue stylites (fortasse per errorem ut notat Smith in Thes. syr. ad h. v.) *Euphediam*, Abulpheda *Phamiam* appellat, a priscis temporibus episcopos Jacobitas habuit.„ Ita Assemanus in *Dissert. de Monoph.*, p. 81, qui hanc urbem diserte distinguit ab ܐܦܡܝܐ, *Apamæa*, olim *Hemat*, urbe Syriæ, non procul ab Emesa. Vid. *Dissert. de Monoph.*, p. 64 et 81 et *Bibl. Or.*, t. II, p. 276, 324, 377, 348 et 478. Nonnullos hujus urbis episcopos hic et infra memorat Barhebræus : nempe Joannem, Eliam, qui fuit patriarcha anno. 709, Athanasium sub Joanne III, et Sergium qui patriarchatum est adeptus anno 965.

ܠܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ ܘܐܬܪܕܝ ܒܡܪܕܘܬܐ ܕܒܪ̈ܝܐ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܫܪܝ ܡܠܦ . ܕܠܦܘܬ ܚܘܫܒܐ ܩܕܡܝܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܠܛܝܒܘܬܗ . ܗܘܢܐ ܚܕ ܦܫܝܛܐ ܐܬܒܪܝ . ܘܡܢ ܚܘܫܒܗ ܕܗܢܐ ܐܚܪܢܐ . ܘܡܢ ܐܚܪܢܐ ܐܚܪܢܐ . ܥܕܡܐ ܠܥܣܪܐ . ܘܡܢ ܥܣܝܪܝܐ ܠܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܪܕܘܝܐ ܘܡܬܚܒܠܢܐ ܐܬܒܪܝ .

ܢܒܥܬ ܕܝܢ ܐܦ ܗܪܣܝܣ ܕܬܪ̈ܝܬܐܝܬܐ . ܡܢ ܝܘܚܢܢ ܐܣܩܘܣܢܐܓܝܣ ܕܡܬܦܫܩ ܥܩܪܐ ܕܙܩܐ . ܗܢܐ ܕܝܢ ܬܠܡܝܕܗ ܗܘܐ ܕܫܡܘܐܝܠ ܦܛܪܘܣ . ܕܡܢ ܪܝܫܥܝܢܐ ܕܡܣܘܦܘܛܡܝܐ . ܓܒܪܐ ܡܝܬܪܐ ܕܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܦܘܠܝܣ ܐܪܕܝ ܟܠܗ ܡܪܕܘܬܐ ܕܝܘܢ̈ܝܐ . ܘܡܢ ܕܡܝܬ . ܦܛܪ ܗܢܐ ܝܘܚܢܢ ܩܡ ܕܘܟܬܗ . ܘܟܕ ܥܠ ܠܘܬ ܡܠܟܐ . ܘܟܕ ܫܐܠܗ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܗ ܐܡܪ ܕܒܡܫܝܚܐ ܟܝܢܐ ܚܕ ܕܡܠܬܐ ܕܡܬܓܫܡ ܡܘܕܐ ܐܢܐ . ܒܬܠܝܬܝܘܬܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܡܢܝܢܐ ܕܩܢ̈ܘܡܐ . ܟܝ̈ܢܐ ܘܐܘܣ̈ܝܐ ܘܐܠܗܘ̈ܬܐ ܡܢܐ ܐܢܐ . ܘܟܕ ܐܬܚܡܬ ܡܠܟܐ ܛܪܕܗ . ܐܡܪ ܕܝܢ ܝܘܚܢܢ ܕܐܣܝܐ . ܕܚܠܦ

drinos adiit et eruditus fuit in doctrina exterorum *philosophorum*, ac sicut illi cœpit docere secundum primam cogitationem Dei (cujus gratiæ laus esto) intellectum unum simplicem fuisse creatum, ex hujus cogitatione alium, et ex hoc rursum alium usque ad decem, ex decimo vero creatum mundum hunc fluxum et corruptioni subjectum.

Prorupit etiam hæresis Tritheitarum auctore Joanne Ascusnaghes, quod „ utris fundum „ significat. Is porro discipulus fuit Samuelis[1] Petri, Syri ex Rhesina Mesopotamiæ, viri eximii qui per viginti annos Constantinopoli universam Græcorum eruditionem didicit. Defuncto autem Petro, Joannes ejus locum occupavit. Quum aliquando, ad imperatorem ingressus esset et imperator eum interrogasset de sua fidei professione respondit : „ in Christo unam naturam Verbi incarnati profiteor ; in trinitate autem secundum numerum personarum, naturas, essentias deitatesque supputo. Iratus autem imperator eum *in exilium* depulit. Asserit porro Joannes Asiæ[2] nos ejus causa præcipue fuisse

[1]) Hic notat Assemanus *(Bibl. Or.*, II, 477) : „non unum sed duos scriptores fuisse, Samuelem scilicet et Petrum, ex Gennadio ostensum est t. I, p. 259. Itaque vel nomen Petri hic redundat, vel corruptus ab amanuensi locus sic restituendus : „Is porro, hoc est Joannes Ascosnaghus, *Samuelis et Petri syri*, etc. Samuelem autem, anno Christi 467, in vivis fuisse et multa adversus Nestorianos, Eutychianos atque Timotheanos Constantinopoli scripsisse, diserte refert Gennadius in catalogo cap. 82. „

[2]) Liber, in quo Joannes Asiæ de hac re agebat, nondum repertus est, sed eum legit Elias Nisibenus, quippe qui hæc adnotat ad annum Gr. 868 (Chr. 557), ܐܟܠܣܝܣܛܝܩܘܣ ܕܝܘܚܢܢ ܝܥܩܘܒܝܐ *historia ecclesiastica Joannis Jacobitæ :* ܒܗ ܫܢܬܐ ܐܬܐ ܝܥܩܘܒܝܐ ܣܘܪܝܝܐ . ܡܢ ܐܦܘܡܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܥܩܪܐ ܕܙܩܐ ܘܐܦܩ ܡܠܬܐ.... ܣܪܝܩܬܐ . ܗܢܘ ܕܝܢ ܕܐܝܟ ܡܢܝܢܐ ܕܩܢܘ̈ܡܐ ܗܘܐ ܐܦ ܕ...„ *Eo anno prodiit quidam Jacobita Syrus, ex urbe Euphemia* (?), *qui nomen sortitus est ab utris fundo ; protulit vanam hanc opinionem, scilicet juxta numerum personarum esse et (naturarum numerum).* „

ܡܛܪܦܐܝܬ ܐܫܬܘܕܝ ܗܘ ܡܛܠ ܕܡܢܢ
ܘܠܘ ܡܢ ܬܪ̈ܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܗ̇ܘܐ ܠܢܦܫܗ . ܐܝܬ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܡܠܟܬܐ ܬܐܘܕܘܪܐ ܒܪ ܒܪܬܐ
ܕܫܡܗ ܐܬܢܣܝܘܣ ܗܘ̇ ܕܠܘܬ ܐܡܢܛܝܘܣ
ܕܝܪܝܐ ܐܘܪܗܝܐ . ܘܠܘܬ ܣܪܓܝܣ ܩܫ̄ܫ
ܕܡܟܢ ܕܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟ ܠܐܪ̈ܬܕܘܟܣܐ ܐܬܪܒܝ .
ܘܠܐ ܡܫܬܘܬܦ ܗܘܐ ܠܟܠܩܕܘܢܝܐ . ܐܦ
ܗܘ ܐܬܬܚܠܛ ܒܗܕܐ ܗܪܣܝܣ ܟܕ ܐܝܬܘ̄
ܐܚܐ ܦܫܝܛܐ ܘܗܘܐ ܠܛܥܝܘܬܗ ܐܦ ܩܘܢܘܢ
ܕܛܪܣܘܣ ܘܐܘܓܢܝ ܕܣܠܘܩܝܐ ܕܐܝܣܘܪܝܐ .

ܘܐܦ ܝܘܚܢܢ ܓܪܡܛܝܩܘܣ
ܦܝܠܘܦܘܢܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܬܝܕܥ
ܗܘܐ ܒܝܕܥܬܐ ܕܥܕܬܢܝܬܐ ܘܕܒܪ̈ܝܐ ܐܬܢܓܕ
ܠܗܕܐ ܬܪܥܝܬܐ ܗܝ . ܘܡܢ ܗܕܐ ܥܡܐ ܙܥܘܪܐ
ܕܝܠܢ ܠܬܪ̈ܝܢ ܦ̈ܠܓܘܢ ܐܬܦܠܓ . ܘܣܓܝ̈ܐܐ
ܡܢܢ ܠܟܠܩܕܘܢܝܐ ܢܩܦܘ ܟܕ ܐܡܪܝܢ
ܕܛܒ ܕܠܗܠܝܢ ܕܬܪ̈ܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܐܡܪܝܢ
ܢܩܦ . ܘܠܐ ܠܗܠܝܢ ܕܐܪܒܥܐ . ܘܟܕ ܡܟܝܠ
ܝܘܚܢܢ ܕܙܩܐ ܐܬܟܣܝ ܡܢ ܪܒܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ
ܘܠܐ ܗܦܟ ܡܢ ܫܢܝܘܬܗ . ܐܬܚܪܡ ܡܢ
ܥܕܬܐ . ܘܠܐ ܐܚܪ ܫܢܝ ܘܡܝܬ . ܗܝܕܝܢ
ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܝܪܝܐ . ܟܢܫ ܠܡܐܡܪ̈ܐ
ܕܟܬܒ ܗܘܐ ܝܘܚܢܢ ܕܙܩܐ . ܘܣܡ ܐܢܝܢ

infamatos, quandoquidem ille ex nobis et non e Dyophysitis se esse professus est. Erat autem imperatrici Theodoræ nepos ex filia, nomine Athanasius, qui apud Amantium monachum Edessenum et apud Sergium presbyterum, qui fuit *Antiochiæ* patriarcha orthodoxorum, educatus fuerat. Hic quoque, Chalcedonensium communione rejecta, ea hæresi infectus fuerat quando erat simplex frater, habuitque in errore socios Cononem Tarsensem et Eugenium e Seleucia Isauriæ[1].

Sed et Joannes grammaticus, cognomento Philoponus[2], Alexandrinus, scientia rerum ecclesiasticarum et profanarum clarus, in eamdem opinionem declinavit. Deinceps populus noster parvus in duas partes scissus fuit; atque e nostris quamplurimi Chalcedonensibus adhæsere quum dicerent: " potius utique nobis est illis adhaerere qui duas naturas asserunt quam illis qui quatuor. " Demum, quum Joannes, " utris fundus ", a magno Theodosio *Alexandrino* reprehensus, a suo delirio non recederet, anathematizatus fuit ab Ecclesia et paulo post obiit. Tunc Athanasius monachus collegit dissertationes ab

[1]) Conon et Eugenius ordinati fuerant a Jacobo Baradæo (Land, *Anecd. syr.*, II, 370), a quo postea defecerunt ut errori Tritheitarum nomen darent. Conon porro, Tarsi episcopus, caput sectæ videtur fuisse. Hoc enim titulo illum exornat Joannes Asiæ, qui Tritheitas Cononitarum nomine frequenter designat. Athanasius sectæ Tritheitarum se adjungens ejus dilatationi plurimum per suas divitias suasque cum aula regia relationes contulit. Historiam Tritheitarum describit Joannes Asiæ in 3a part. Hist. Eccl. a Curetonio syriace edita. Vid. Curetonius, *The third part of the eccles. history of John bishop of Ephesus*. Oxonii. 1853. Lib. V, c. 1-12.

[2]) In nostro codice mendose hic scribitur ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ *Philoxenus* pro ܦܝܠܘܦܘܢܘܣ quod habetur in B. O., t. II, 328, aut potius ܦܝܠܘܦܘܢܘܣ *Philoponus*, ut legitur infra p. 227.

ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܠܘܬ ܝܘܚܢܢ ܓܪܡܛܝܩܘܣ
ܕܐܬܟܢܝ ܦܝܠܘܦܘܢܘܣ . ܘܗܢܐ ܥܠ ܗ̇ܝ
ܟܬܒܗ ܕܬܪܥܝܬܐ . ܘܫܕܪܗ ܠܩܘܣܛܢܛܝ-
ܢܘܦܘܠܝܣ . ܘܟܕ ܐܪܓܫܘ ܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ
ܐܚܪܡܘܗܝ ܠܟܬܒܗ . ܘܟܕ ܚܙܘ ܬܠܬܐܝܬܐ
ܕܟܠܗ ܒܢܝ̈ ܣܢܐܝܢ ܠܗܘܢ . ܐܬܟܫܦܘ ܠܡܠܟܐ
ܕܢܬܕܝܢܘܢ ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܡܬܟܣܝܢ . ܘܡܠܟܐ
ܐܫܠܡ ܕܝܢܗܘܢ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܟܠܩܝܕܘܢܝܐ
ܘܦܩܕܗ ܕܟܠ ܟܠܗ ܒܡܠܦܢܘܬܐ
ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܬܪ̈ܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܠܐ ܢܬܚܫܚ . ܐܠܐ ܡܢ
ܣܐܘܝܪܐ ܘܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܘܐܢܬܝܡܘܣ
ܒܠܚܘܕ . ܗܝܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܩܪܐ
ܠܕܝܩܪܝܢܘܡܢܘܣ ܐܘܟܝܬ ܠܦܠܝܓܝ ܪ̈ܥܝܢܐ .
ܕܗܢܘܢ ܕܝܠܢ ܕܡܘܕܝܢ ܒܟܝܢܐ ܚܕ . ܘܩܡܘ
ܬܪ̈ܝܗܘܢ ܓܒ̈ܐ ܠܘܩܒܠ ܚܕ̈ܕܐ . ܩܘܢܘܢ ܡܢ
ܘܐܘܓܝܢܐ ܒܦܘܬ ܬܠܬܐܝܬܐ . ܘܝܘܚܢܢ
ܕܐܣܝܐ ܘܦܘܠܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܬܪ
ܣܪܓܝܣ ܒܦܘܬ ܕܬܪ̈ܝܨܝ ܫܘ̈ܒܚܐ . ܘܐܬܕܪܫܘ
ܐܪܒܥܐ ܝܘܡܝܢ ܩܕܡ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܟܠܩܝܕܘܢܝܐ . ܘܒܝܘܡܐ ܕܪܒܥܐ ܐܝܬܝܘ
ܬܠܬܐܝܬܐ ܟܪܛܝܣܐ ܕܒܗ ܟܢܫܘ ܗܘܘ
ܣܗܕܘ̈ܬܐ ܡܢ ܡ̈ܠܐ ܕܪܒܐ ܣܐܘܝܪܐ . ܕܐܦ ܗܘ
ܬܠܬܐ ܟܝ̈ܢܐ ܘܬܠܬ ܐܠܗܘ̈ܬܐ ܐܡܪ . ܘܟܕ ܩܪܐ

„ utris fundo „ compositas, easque Alexandriam ad Joannem grammaticum, cognomine Philoponum, misit. Hic de ea opinione tractatum conscripsit quem Constantinopolim ad ad Athanasium misit. Re cognita, Alexandrini auctorem ejusque librum anathematizarunt. Quum autem cernerent Tritheitæ omnium odium in se concitatum imperatori supplicarunt ut de quibus reprehendebantur judicarentur. Imperator porro eorum judicium commisit patriarchæ[1] Chalcedonensium, ei injungens ut nullatenus doctrina patrum Dyophysitarum uteretur, sed Severi, Theodosii et Anthimi tantum[2]. Tunc patriarcha citavit διακρινομένους *(hæsitantes)*[3], nostros scilicet qui unam naturam confitentur in Christo Domino nostro. Et stetit unaquæque pars contra alteram : Conon quidem et Eugenius pro Tritheitis, Joannes vero Asiæ et Paulus qui post Sergium constitutus est patriarcha pro orthodoxis ; disceptarunt autem per quatuor dies coram patriarcha Chalcedonensium[4]. Die autem quarta, Tritheitæ attulerunt chartam in qua coacervarant e verbis magni Severi testimonia, quibus ipse tres naturas

1) Joannes is erat.

2) Severus Antiochiæ, Theodosius Alexandriæ, Anthimus Constantinopoleos sedes ex parte Monophysitarum occupaverant.

3) Initio omnes Monophysitæ διακρινόμενοι seu *hæsitantes* vocati sunt, ut asserit Timotheus presbyter *(De receptione hæret. Patrol. gr.* LXXXVI, 51, sqq), eo quod hæsitarent communicare Ecclesiæ catholicæ propter synodum Chalcedonensem. Divisi sunt in sectas duodecim, quarum hæc sunt nomina : Eutychianistæ, Acephali, Julianistæ, Julianistæ alii, Severitæ seu Agnoitæ, Severitæ, qui Condobauditæ, Severitæ alii seu Theodosiani ipsique Paulianistæ, Severitæ alii qui Damianitæ, Severiatæ, Petritæ, Severiani qui et Cononitæ, Severiani qui et Philoponiaci, tandem Severiani qui etiam Niobitæ.

4) Acta hujus disputationis memorat Photius *Biblioth.*, *cod.* 24.

ܕܠܗ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܗܘ ܡܪܝ. ܐܠܐ ܕܟܠܚܕ ܡܢ
ܩܢܘܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܢ ܐܡܬܝ ܕܡܬܕܥ
ܠܗ ܡܬܦܪܫ ܒܗܘܢܐ ܦܪܝܫܐܝܬ. ܠܐܠܗܐ
ܘܟܝܢܐ ܘܐܘܣܝܐ ܡܘܕܐ ܐܢܐ. ܦܘܠܐ ܕܝܢ
ܐܝܬܝ ܦܢܩܝܬܐ ܕܡܠܝܐ ܣܗ̈ܕܘܬܐ
ܕܐܒܗ̈ܬܐ. ܘܟܕ ܩܪܝܢ ܗܘܘ. ܐܬܘ ܠܗܘ
ܡܟܬܒܐ ܕܟܬܒ ܗܘܐ ܦܘܠܐ ܕܐܡܪ. ܕܡܛܠ
ܕܠܝܬ ܐܠܗܐ ܒܐܝܣܪܝܠ. ܐܙܠܝܬ ܠܘܬ
ܒܥܠܙܒܘܒ ܐܠܗܐ ܕܥܩܪܘܢ. ܘܦܛܪܝܪܟ
ܕܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܥܠܘܗܝ ܢܣܒܗ ܠܡܠܬܐ.
ܘܐܘܚܪܗ ܠܩܪܘܝܐ. ܘܟܠܝܗܝ ܕܠܐ ܬܘܒ
ܢܬܟܢܫܘܢ. ܘܗܟܢܐ ܕܥܟܬ ܗܕܐ ܗܪܣܝܣ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܩܫ̄ ܚܕ ܬܪܝܨ ܫܘ̄ ܕܫܡܗ
ܝܘܠܝܢܐ. ܕܐܝܬܘܗ̄ ܗܘܐ ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܦܦܐ
ܬܐܘܕܘܣܝܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܒܩܘܣܛܢܛ̄. ܗܢܐ
ܛܢܢܐ ܚܐܫ ܠܥܡܐ ܐܘܟܡܐ ܕܢܘܒܕܝܣ.
ܗܘ ܕܒܬܚܘܡܐ ܥܠܝܐ ܕܬܐܒܐܝܣ. ܕܚܢܦܐ
ܐܢܘܢ ܥܠ ܡܛܠ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܗܘܘ. ܘܟܕ
ܡܥܩܝܢ ܗܘܘ ܠܐܬܪܘ̈ܬܐ ܕܪ̈ܘܡܝܐ. ܘܟܕ

tresque deitates asseruisset; ast sanctus vir revera non sic loquitur, sed *ait* : « unamquamque personam trinitatis sanctæ, si quando seorsim et distincte mens eam apprehendat, Deum et naturam et essentiam profiteor. » Paulus autem obtulit chartam testimoniis refertam Patrum. Quum igitur perlegeretur perventum est ad locum ubi scripserat Paulus, « *An quia non est Deus in Israel vadis ad Beelzebub, Deum Accaron*[1] *?* » At patriarcha Chalcedonensium hoc de se dictum assumens lectorem moratus est et prohibuit ne iterum congregarentur. Sic exstincta fuit ista hæresis[2].

Eodem tempore presbyter quidam orthodoxus[3], nomine Julianus, Constantinopoli ministerio addictus papæ Theodosii Alexandrini, zelum habuit convertendi ad veram fidem nigrum Nubiæ[4] populum qui est in confinio superiori Thebaidis. Erant quippe ethnici et multum divexabant Græcorum terras. Quum igitur suum consi-

1) *IV Reg.*, I, 3.

2) Non statim extincta fuit hæresis. Conon et Eugenius in Palæstinam exules missi fuerunt. Solutus deinde ab exilio Conon Constantinopolim rediit et suæ sectæ dilitandæ multum allaboravit. Quum autem Joannes Philoponus duos libros edidisset in sensu Tritheitarum et in posteriori resurrectionem negasset, divisi sunt Trithæitæ in *Cononitas* et *Philoponianos* qui resurrectionem negabant. Ita Joannes Asiæ, *Hist. Eccles.*, part. III, l. V, capp. 1-12, De Tritheitis docte agit Schönfelder, *Die kirchen geschichte des Johannes von Ephesus.* Monaci, 1862, p. 272, sqq.

3) Monophysita. Hanc historiam narrat Joannes Asiæ, *Hist. eccl.*, part. III, lib. IV, capp. 6-7; quem fere de verbo ad verbum, abbreviando tamen, exscribit Barhebræus.

4) ܢܐܒܕܝܣ vel ܢܐܒܐܕܝܣ *Nabadis*, ut scribit Assemanus, regio est quam habitabant ܢܘܒܝܐ Nubii, id est *Nubia*, sub quo vocabulo etiam Æthiopiam auctor intellexit ut constat ex contextu narrationis. Nam infra dicitur universum populum ܕܟܘܫܝܐ *Æthiopum* a Juliano conversum fuisse. Quod tamen nescio an verum sit. Nam constat Æthiopes a S. Frumentio fidem christianam edoctos fuisse. Sub Justiniano autem pluries episcopos ab imperatore postularunt, ut narrat Dionysius ap. Assemanum, *Bibl. Orient.*, I, 382, sqq. Nec recenter conversi tum erant Æthiopes quando a Justiniano episcopum postulabant ut patet ex historia martyrum Homeritarum. Plura videsis apud Lequien, *Or. Christ.* II, 641, sqq.

ܐܘܕܥ ܠܡܠܟܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ ܬܐܘܕܘܪܐ ܘܚܕܝܬ
ܣܓܝ ܘܦܫܝܛܐܝܬ ܐܘܕܥܬ ܠܡܠܟܐ
ܘܒܥܬ ܕܢܐܙܠ ܥܡܗ ܕܢܫܕܪ ܝܘܠܝܢܐ.
ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܨܒܐ ܕܐܦܣܩ̄ ܟܠܩܝܕܘܢܝܐ
ܢܫܕܪ. ܘܛܝܒ ܐܦܣܩ̄ ܐܫܓܪܝܪܐ ܥܡ ܕܫ̈ܢܐ
ܘܐܝܩܪܐ ܠܡܠܟܐ ܕܢܘܒܝܐ. ܗܝܕܝܢ
ܡܠܟܬܐ ܟܕ ܐܫܬܘܕܥܬ ܫܕܪܬ ܠܝܘܠܝܢܐ.
ܘܟܬܒܬ ܐܦ ܐܓܪܬܐ ܠܕܘܟܣ ܕܬܐܒܝܐ.
ܕܐܢܐ ܠܝ ܘܡܠܟܐ ܐܬܚܫܒܢ ܕܢܫܕܪ ܠܘܬ
ܥܡܐ ܕܢܘܒܕܝܐ. ܘܗܐ ܩܫܝܫܐ ܝܘܠܝܢܐ
ܡܢ ܠܘܬܝ ܫܕܝܪ. ܘܡܠܟܐ ܐܚܪ̈ܢܐ
ܥܡ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܫܕܪ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܚܘܪ ܕܗܘܐ
ܕܝܠܝ ܩܕܡܝܐ ܢܥܘܠ. ܘܠܐܚܪ̈ܢܐ ܐܘܪܚܐ
ܢܟܫܠܘܗܝ. ܘܕܘܟܣ ܕܝܢ ܟܕ ܩܪܐ ܠܐܓܪܬܗ
ܕܡܠܟܬܐ ܥܒܕ ܐܝܟܢܐ ܕܦܩܕܬ ܠܗ. ܘܟܠܝ
ܠܐܝܓܪ̈ܐ ܕܡܠܟܐ ܥܕܡܐ ܕܝܘܠܝܢܐ ܡܛܐ.
ܘܚܘܝ ܠܐܓܪܬܐ ܕܡܠܟܬܐ. ܘܐܠܦܢ ܘܐܥܡܕ
ܠܡܠܟܐ ܘܠܪ̈ܘܪܒܢܐ. ܘܐܘܕܥ ܠܗܘܢ ܣܕܩܐ
ܕܗܘܐ ܒܟܠܩܝܕܘܢܝܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܠܩܕ̈ܝܫܐ
ܫܘܝܛܘ. ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܚܕܬܐ ܣܡܘ ܠܒܪ ܡܢ ܗ̇ܝ
ܕܢܝܩܝܐ ܚܪܘ. ܘܟܕ ܡܛܘ ܐܫܓܪ̈ܝܪܐ
ܕܡܠܟܐ ܥܡ ܐܓܪ̈ܬܐ ܘܩܘܪܒܢ̈ܐ. ܘܐܦܝܣܘ
ܠܢܘܒܝܐ ܕܠܐ ܢܩܒܠܘܢ ܠܚܪ̈ܡܝܐ ܘܡܫܬܕ̈ܝܐ.
ܦܢܝ ܡܠܟܐ ܕܢܘܒܝܐ ܘܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ.
ܕܩܘܪܒܢܗ ܕܡܠܟܐ ܡܩܒܠܝܢܢ. ܘܐܥܦ̈ܐ
ܚܠܦܝܗܘܢ ܡܦܪܥܝܢܢ. ܐܠܐ ܠܪ̈ܕܘܦܐ
ܘܡܓ̈ܕܦܢܐ ܠܐ ܢܩܒܠ. ܐܦ ܓܝܪ ܩܒܠܢܢ
ܗ̇ܝ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܡܢ ܠܘܬ ܓܒܪܐ ܗܢܐ ܡܫܒܚܐ

lium aperuisset imperatrici fideli Theodoræ, illa lætabunda *rem* indicavit imperatori, postulans ut secum de mittendo Juliano curaret. Imperator autem mittere volebat, episcopum Chalcedonensem et paravit episcopus legatos cum donis magnificis ad regem Nubiorum. Qua re intellecta, imperatrix Julianum ablegavit, et simul scripsit duci Thebaidis in hæc verba: « mihi quidem et imperatori visum est legationem decernere ad populum Nubiæ, et ecce presbyter Julianus e parte mea missus est, imperator vero alios[1] cum muneribus misit. Tu interim cura ut meus primus ingrediatur et viam aperiat aliis. » Dux, perlecta imperatricis epistola, fecit sicut ei præceperat et legatos imperatoris remoratus est donec advenisset Julianus, cui imperatricis litteras ostendit. *Julianus* igitur docuit Nubios, et regem ac magnates baptizavit, eisque indicavit schisma a Chalcedonensibus factum, et quomodo, spretis viris sanctis, novam aliamque a Nicæna fidem stabilierint. Quum vero legati imperatoris cum litteris et donis pervenissent Nubiosque hortati essent ne ejectos damnatosque sequerentur, Nubiæ rex optimatesque responderunt: « munera imperatoris suscipimus et duplum pro eis reddimus; sed persecutores et blasphemos non sequimur. Etenim sanctum baptisma a viro isto eximio jam suscepimus et rursum non suscipiemus. » Hoc igitur

1) *Biblioth. Orient.*, II, 330, legitur in numero singulari ܐܚܪܢܐ «alium.»

ܡܫܠܡܝܢ · ܘܐܣܝܪܬܐ ܠܐ ܡܬܡܫܠܡܝܢ · ܘܗܟܢܐ
ܐܬܬܠܡܕܘ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܟܘܫܝܐ ܠܬܘܕܝܬ
ܬܪܝܨܬ ܗܘ · ܘܠܟܘܪܣܝܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܐܫܬܥܒܕܘ . ܦܫ ܕܝܢ ܬܡܢ ܝܘܠܝܢܐ ܫܢ̈ܝܐ
ܕܐܪܬܝܢ ܫܢ̈ܝܐ ܐܡܪܝܢ . ܡܬܐܡܪܐ ܗܘܐ ܕܡܢ
ܠܬܫ̈ܥܝܢ ܥܪܛܠ܆ ܠܟܬܢܐ ܡܢ ܡܠܒܫ
ܘܩܐܡ ܗܘܐ ܒܡܥܪ̈ܬܐ ܕܡ̈ܠܝܢ ܡ̈ܝܐ
ܩܐܡ ܗܘܐ ܘܡܥܡܕ . ܟܕ ܠܐ ܡܬܓܠܝܢ ܗܘܐ
ܠܥܠ ܡܢ ܦ̈ܓܪܐ ܐܠܐ ܦܠܓܘܬܗ ܥܠܝܐ.

ܣܪܓܝܣ ܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟ . ܟܕ ܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ
ܚܝܐ ܒܪܥܝܘܬܐ ܫܢܝ . ܘܒܟܬܒ̈ܐ ܐܫܟܚܢ
ܕܬܠܬ ܫܢ̈ܝܢ ܚܝܐ .

modo universus Æthiopum populus fidem orthodoxam edoctus et sedi Alexandrinæ subjectus fuit. Porro Julianus ibi per biennium commoratus est. Fertur eum ab hora tertia usque ad horam decimam, nudum et sindone cinctum in speluncis aqua plenis stetisse et baptizasse, superiori tantum corporis parte extra aquas elevata[1].

Sergius autem patriarcha, quum brevi tempore vixisset in munere pastorali obiit. In codicibus invenimus eum tribus annis sedem occupasse[2].

ܒܬܪ ܣܪܓܝܣ ܆ ܦܘܠܐ ܕܒܝܬ ܐܘܩܡܐ

ܗܢܐ ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ .
ܘܐܬܬܠܡܕ ܒܕܝܪܐ ܕܓܘܒܐ ܒܪܝܐ .
ܘܟܕ ܩܘܐ ܠܘܬ ܬܐܘܕܘܣܝܣ ܦܦܐ . ܘܦܫܛ
ܫܡܫ ܐܚܪܐ ܡܢ ܝܥܩܘܒ ܘܐܘܓܢ ܠܟܘܪܣܝܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܒܬܪ ܕܡܝܬ ܣܪܓܝܣ ܬܠܝܐ .
ܘܒܟܬܒ̈ܐ ܐܫܟܚܢ ܕܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܡܝܛܪܘܦ
ܕܐܘܪܗܝ ܣܡܟ ܠܟܘܗܝ ܐܝܕܐ . ܘܟܕ ܫܡܫ
ܗܘ ܦܘܠܐ ܙܒܢܐ ܡܕܡ ܐܬܟܪܟ ܠܟܘܪܣܝܐ

47. *Post Sergium*, PAULUS *Beth-Ucamensis*.

Paulus, Alexandriæ oriundus et in monasterio Gubæ baraiæ[3] eruditus, postquam apud papam Theodosium Alexandrinum commoratus esset, a Jacobo et Eugenio throno Antiocheno ordinatus fuit post mortem Sergii Telensis[4]. In codicibus autem invenimus Mar Thomam Edessæ metropolitam ipsi manum imposuisse. Quum autem *Paulus* aliquo tempore *sacro* ministerio functus esset

[1]) Deinde Julianus ipsis constituit episcopum nomine Theodorum, quem ex Thebaide adduxerat, et ipse Constantinopolim reversus est. Ita Joannes Asiæ, *loc. cit.*

[2]) Joannes Asiæ in *Hist. eccl.* et in *Vita Severi* (Land, *Anecdota syriaca*, II, 249) scribit Sergium tribus annis sedem occupavisse; Dionysius vero tradit Sergium undecim annis patriarchatum gessisse.

[3]) ܓܘܒܐ ܒܪܝܐ · *Guba baraia* seu *Guba exterior*. Situm erat istud monasterium in Mesopotamia ad ripas Euphratis, ut docet Assemanus *Bibl. Orient.*, II, 74.

[4]) Joannes Asiæ scribit sedem Antiochenam tribus annis vacasse post mortem Sergii. Vid. Land, *lib. cit.*, II, 249. Idem Joannes in *Hist. eccl.*, l. IV, c. 15, asserit Paulum a Jacobo Baradæo ordinatum fuisse.

ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܕܝܢ
ܠܐܬܢܣܝܘܣ ܕܝܪܝܐ ܒܪ ܚܬܗ ܕܬܐܘܕܘܪܐ
ܡܠܟܬܐ ܫܐܠܝܢ ܗܘܘ. ܦܘܠܐ ܕܝܢ ܟܬܒ
ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܓܪܬܐ ܥܠ ܐܬܢܣܝܘܣ. ܗܘ
ܕܡܢ ܐܪܓܫ ܗܦܟ ܒܥܩܒ ܥܠ ܕܘܒܪܘܗܝ
ܕܦܘܠܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܕܣܢܝܢ ܗܘܘ
ܠܦܘܠܐ ܟܬܒܘ ܥܠܘܗܝ ܩܛܓܘܪܝܐ ܕܨܘܪ̈ܢܝܬܐ
ܡܠܝܐ ܣܢܝܬܐ ܘܒܬܘܩܦܐ ܘܒܬܚܘܝܬܐ. ܡܛܠ
ܕܒܪ ܡܕܝܢܬܗܘܢ ܗܘܐ. ܘܝܬܝܪ ܡܢ
ܐܚܪ̈ܢܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܘܗܘ ܐܬܢܣܝܘܣ
ܗܠܝܢ ܐܘܕܥ ܠܡܠܟܐ. ܦܘܠܐ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ
ܕܐܬܨܥܪ. ܥܪܩ ܠܘܬ ܚܐܪܬ ܒܪ ܓܒܠܐ
ܡܠܟܐ ܕܛܝܝ̈ܐ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܘܩܒܠܗ. ܘܦܩܕ
ܕܢܬܩܪܐ ܫܡܗ ܒܥܕ̈ܬܐ ܕܕܡܬܦܠܓܝܢ.

ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܠܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܗܘ ܒܦܘܠܐ
ܡܬܟܫܠܝܢ ܗܘܘ. ܐܠܐ ܘܒܝܥܩܘܒ ܛܘܒܢܐ
ܡܛܠ ܕܐܣܪܡܗ ܕܠܐ ܨܒܝܢ ܡܕܝܢ̈ܬܐ
ܕܟܠܗܝܢ ܗܦܪ̈ܟܝܘܬܐ. ܘܡܢ ܗܕܐ ܥܠܬܐ
ܗܘܐ ܡܬܟܫܠܝܢ ܗܘܘ ܐܪܬܕܘܟܣܘ ܠܚܕ̈ܕܐ
ܣܓܝ. ܐܦ ܕܩܘܢܘܢ ܘܐܘܓܢܝܘܣ ܡܟܪܟܝܢ
ܗܘܘ ܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܣܘܪܝܐ. ܘܡܟܪܙܝܢ ܕܐܘܣ̈ܝܐ
ܘܩܢܘܡ̈ܐ ܒܬܠܝܬܝܘܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܛܘܒܢܐ
ܝܥܩܘܒ ܟܢܫ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܕܣܘܪܝܐ.
ܘܦܪܣܘ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܘܚܪܡܘ ܠܩܘܢܘܢ ܘܠܐܘܓܢܝܘܣ
ܠܚܘܪ. ܘܐܦ ܕܩܘܢܘܢ ܘܐܘܓܢܝܘܣ. ܚܪܡܘ
ܠܝܥܩܘܒ ܘܠܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ. ܟܬܒܘ
ܠܡܕܢܚܝ̈ܐ ܕܩܒܠܘ ܠܗܘܢ ܡܠܘܬܐ

sedem Alexandrinam ambiit, Alexandrini vero Athanasium[1] monachum, imperatricis Theodoræ ex sorore nepotem, postularunt. Paulus autem scripsit ad Alexandrinos epistolam convitiis plenam contra Athanasium, qui, re cognita, in Pauli mores inquirendum curavit. Tunc Alexandrini Paulum odio habentes scripserunt contra eum accusationem (πρᾶξιν) flagitiis odiosissimis refertam et argumentis confirmatam; quippe urbis eorum proles erat et præ ceteris apprime eum cognoscebant. Athanasius vero ipse hæc imperatori detulit. Paulus autem videns se ignominiose notatum divertit ad Hirath, filium Gabalæ, Arabum christianorum regis, qui suscepit eum et præcepit ut legeretur nomen ejus in ecclesiis „Hæsitantium"[2].

Interim Alexandrini offensi erant non solum ipsi sed etiam piissimo Jacobo, quod illum absque consensu omnium provinciarum ordinasset; cum igitur hac de causa orthodoxi mutua offensione laborarent, quumque præterea Cononis et Eugenii asseclæ varia circumirent Syriæ loca, voces substantiarum et essentiarum *in trinitate* prædicantes, piissimus Jacobus congregavit episcopos Syriæ, et elatis manibus anathema dixerunt Cononi et Eugenio. Cononitæ vero et Eugenianistæ anathematizantes Jacobum ejusque sectatores scripserunt ad Orientales, qui eos

[1]) Athanasius ille hæresi Tritheitarum addictus erat. Vid. supra p. 227 228.

[2]) Id est Monophysitarum. Cfr. supra p. 228, *nota* 3a.

ܠܡܬܝܣܐ ܘܠܐ ܐܬܦܝܣܘ. ܘܡܛܠܗܕܐ ܐܦܝܣܘ
ܠܡܠܟܐ ܕܢܒܥܐ ܕܡܛܠܡܢܐ ܐܬܚܪܡܘ ܡܢ
ܝܥܩܘܒ. ܘܡܠܟܐ ܬܘܒ ܐܫܠܡ ܠܝܘܚܢܢ
ܦܛܪܝܪܟ. ܕܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܐܬܟܢܫܘ ܠܘܬܗ.
ܘܟܕ ܠܘܬܗ ܡܬܕܪܫܝܢ ܐܚܕ ܕܠܬܪܘܢܗܘܢ.
ܒܨܥܪܐ ܘܒܚܣܕܐ ܠܚܕܕܐ ܨܥܪܘ. ܡܢ
ܕܦܘܠ ܕܝܢ ܘܝܥܩܘܒ ܠܩܘܢܘܢ ܘܠܗܝ
ܘܐܘܓܢܝܣ ܬܪܝܬܐܝܛܐ ܩܪܝܢ ܗܘܘ. ܘܗܢܘܢ
ܠܗܠܝܢ ܣܒܠܝܢܐ· ܘܦܠܝܓܝܢ ܐܝܟ
ܡܫܟܚ ܠܐ ܫܘܐ ܐܬܡܨܝ. ܘܗܟܢܐ ܠܬܪܝܗܘܢ ܡܢ
ܒܫܝܛܘܬ ܢܦܩܘ ܫܝܛܐ. ܘܐܦ ܡܢ
ܡܠܟܐ ܐܬܫܝܛܘ. ܘܟܕ ܒܥܝܢ ܗܘܘ
ܫܝܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. ܕܐܝܟܢܐ ܐܫܝܢܟܘܢ
ܥܡ ܐܚܪܢܐ ܕܟܕ ܠܐ ܚܕܐ ܒܦܠܝܓܝܢ ܐܢܬܘܢ.
ܘܟܕ ܗܕܐ ܦܠܓܘܬܐ ܐܫܟܚ ܐܝܟ ܡܠܟܐ
ܝܘܣܛܝܢܝܢܘܣ ܒܓܘܙܡܐ ܘܡܘܥܕܐ
ܐܬܦܝܣܘ ܠܫܘܬܦܘܬ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ.
ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܝܘܚܢܢ ܕܐܣܝܐ ܘܦܘܠܐ ܗܢܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܒܚܪܬܐ ܐܬܬܘܝܘ· ܝܘܚܢܢ
ܕܝܢ ܐܡܪ ܕܐܢܐ ܟܕ ܡܠܟܬܘܢ ܕܐܫܬܘܬܦܬ
ܠܟ ܕܟܕ ܚܕܐ ܙܒܢ ܐܫܬܘܬܦ ܠܣܘܢܗܕܘܣ
ܬܫܪܘܢܗ ܐܫܬܘܬܦܬ. ܘܠܐ ܩܒܠܬܗ
ܦܠܠܗ. ܘܡܛܠܗܕܐ ܪܓܙ ܥܠܘܗܝ ܡܠܟܐ
ܘܐܦܩܗ· ܦܘܠܐ ܕܝܢ ܥܪܩ ܠܣܘܪܝܐ. ܘܝܗܒ
ܠܟܬܒܐ ܕܬܝܒܘܬܐ. ܒܬܪ ܬܠܬ ܫܢܝܢ
ܐܬܩܒܠ ܡܢ ܣܒܐ ܝܥܩܘܒ ܒܒܥܘܬܐ
ܕܡܘܢܕܪ ܒܪ ܓܒܠܐ.

non audierunt. Quamobrem rogarunt imperatorem ut inquireret qua de causa a Jacobo anathematizati fuissent. Imperator autem rursus judicium commisit Joanni, patriarchæ Chalcedonensium. Quum igitur advenissent coram eo disputaturi, injuriis et conviciismutuo se affecerunt, Paulianis et Jacobitis Cononitas et Eugenianistas „tritheitas“ vocantibus hisque vicissim Paulianos et Jacobitas „sabellianos“ vocantibus. Eos autem inter se conciliare Joannes nullo modo potuit. Hoc igitur modo utraque pars contempta exiit, atque pariter reprobata fuit ab imperatore. Quum autem pacem peterent, respondit imperator : „quomodo possim vos conciliare cum aliis, cum inter vos divisi sitis?“ Favente igitur hoc dissidio, imperator Justinianus eos illexit minis et promissionibus ut communicarent cum synodo Chalcedonensi. *Quod fecerunt* etiam ipse Joannes Asiæ et Paulus Antiochiæ, qui tandem pœnituerunt. Joannes dixit : „equidem, quia promisistis mihi, cum semel synodo communicassem, vos eam abolituros, communicavi, minime vero suscepi eam cum fide.“ Qua de re iratus imperator ejecit eum. Paulus autem aufugit in Syriam et dedit libellum pœnitentiæ. Tres autem post annos susceptus fuit a sene Jacobo rogatu Mundari, Gabalæ filii[1].

[1]) Mundar Hirathi seu Arethae, Gabalæ filii, filius erat, ut ex supra dictis constat. Differt iste Mundar a Mundare, Naamanis filio, de quo agit Barhebræus in prima parte *Chronici*, p. 85. Quæ hic narrantur a Barhebræo ex Joannis Asiæ *Hist. eccles*,, part. III, lib. IV, c. 15 mutuata sunt.

ܠܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥܘ ܕܐܬܩܒܠ
ܦܘܠܐ ܨܒܘ ܕܢܦܠܓܘܢ . ܘܡܛܠܗܕܐ ܐܬܐܠܨܘ
ܝܥܩܘܒ ܘܣܘ̈ܪܝܐ ܫܪܝܘ ܘܦܪܫܘܗܝ
ܠܦܘܠܐ . ܘܐܬܥܝܪܘ ܓܒܐ ܕܦܘܠܐ ܘܢܩܦܘ
ܠܗܘܢ ܐܦܝ̈ܣܩܘܦܐ ܘܕܝܪ̈ܬܐ ܘܥܘܡܪ̈ܐ .
ܘܗܟܘܬ ܠܓܒܗ ܝܥܩܘܒ . ܘܡܚܣ̈ܕܐ
ܫܩܠܝܢ ܗܘܘ ܚܘ̈ܣܕܐ ܘܦܠܓܝܢ ܠܥܡܐ
ܟܕ ܒܨܒܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘ ܚܕ ܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ
ܡܦܠܓܘܬܐ ܒܝܢܬܗܘܢ . ܘܟܕ ܗܟܢ ܗܘܝܐ
ܚܣܝܢܐܝܬ ܡܬܬܓ̈ܪܫܢ ܗ̈ܘܝ . ܫܕܪ
ܦܘܠܐ ܠܝܥܩܘܒ · ܕܠܡܢܐ ܟܠܗ ܗܢܐ
ܕܘܘܚܐ ܒܥܕܬܐ . ܢܬܟܢܫ ܠܘܬ
ܚܕ̈ܕܐ ܘܢܬܒܨ̈ܐ ܗܠܝܢ ܕܒܝܢܬܢ
ܒܩܢܘܢܐ . ܘܐܢ ܐܢܐ ܡܬܚܝܒ ܐܢܐ ܠܚܕ
ܚܕ ܕܝܢܐ ܬܠܬܐ ܡܩܒܠ ܐܢܐ .
ܘܐܢ ܠܘܬܟ ܩܘܪܐ ܚܛܝܬܐ . ܐܢܐ ܡܨܒܝܢ
ܡܩܒܠ ܐܢܐ ܡܫܬܥܒܕܢܘܬܐ ܚܠܦܝܟ
ܝܥܩܘܒ ܕܝܢ ܣܒܐ ܡܛܠ ܕܬܡܝܡܐ ܗܘܐ
ܘܦܫܝܛܐ . ܘܟܕ ܡܛܠ ܠܣܝܒܘܬܐ ܢܓܝܪܬܐ
ܘܡܛܠ ܕܫܓܝܫ ܗܘܐ . ܘܐܦ ܕܠܡܚܙܐ
ܦܘܠܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܠܗ ܗܠܝܢ ܕܩܪܝܒܝܢ . ܠܐ

Porro Alexandrini, audito quod Paulus susceptus esset, schisma facere voluerunt; idcirco coacti fuerunt Jacobus et Syri ut Paulum deponerent. Excitatis autem Pauli partibus adhæserunt episcopi, monasteria et cœnobia. Similiter actum est in Jacobi partibus. Se igitur mutuis convitiis lacerantes populum scindebant, quamvis nullum prorsus in re fidei discrimen eos separaret[1]. Cumque hæc ita violenter agerentur, misit Paulus ad Jacobum dicens: „quid sibi vult omnis hæc in ecclesia turbatio? Conveniamus et examinentur nostra dissidia juxta canonem. Quod si ego reus sum, pœnam triplicem sustinebo; si vero reatus in te remanet ego sponte pro te recipiam pœnam". Jacobus autem senex, quippe qui sincerus erat et candidus, atque ob provectam ad quam pervenerat senectutem nimis simplex, negotio præterea ab iis qui ipsi assidebant perturbato, renuit Paulum videre et cum eo pacem inire[2]. Impulsus porro a discipulis suis divertit ad Alexandrinos; Alexandrini vero

Narrat Joannes Paulum, in episcopio detentum, inde se surripuisse, in Syriam se recepisse, libellum pœnitentiæ bis obtulisse synodo Orientis et tandem post tres annos a Jacobo ejusque synodo in communionem receptum fuisse. Quam rem Jacobus, datis epistolis, omnibus notificavit.

[1]) Hæc fusius Joannes Asiæ (*Hist. eccl.*, part. III, lib. IV, capp. 16-19) a quo sequentia discimus: Petrus, illegitimus Alexandriæ patriarcha, deposuit Paulum et schisma exortum est inter Alexandrinos et Syros. Jacobus ab osoribus Pauli impulsus Alexandriam se contulit, ubi, facta unione cum Petro, consensit, invitus tamen, depositioni Pauli. Hæc, ubi in Syria nota fuerunt, gravissimas divisiones excitarunt, aliis Paulo, aliis Jacobo adhærentibus. Schisma illico per Ciliciam, Isauriam, Asiam, Cappadociam, Armeniam et usque in urbem regiam se extendit.

[2]) Cfr. Joannes Asiæ, *Hist. eccl.*, part. III, lib. IV, c. 20, quem fere verbotenus exscripsit Barhebreus. In capp. 21 et 22 narrat Joannes Arabes monophysitas hac occasione etiam divisos fuisse, aliis Paulo, aliis Jacobo, adhærentibus, inanesque fuisse conatus Mundari, eorum regis, qui eos inter se conciliare nitebatur.

ܐܟܪܙܘ ܕܢܬܚܪܡܘܗܝ ܐܝܟܢܐ ܕܢܦܩܘܢ ܠܟܠܗ .
ܐܠܐ ܐܟܚܕܐ . ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܬܪܘܗܝ ܘܐܦܠܐ
ܠܐܟܡܣܠܝܩܐ . ܘܐܟܒܪܘ ܒܗ ܠܐܟܡܣܠܝܩܐ
ܘܣܓܐ ܡܢ ܕܪܡܐ ܠܩܘܣܛܢܛ ܕܦܘܠܐ . ܘܗܦܟ
ܠܟܠܗܐ ܐܦܣܩܘ ܠܩܘܪܒܐ . ܘܗܦܟܘ ܘܐܓܪܘ
ܣܢܩܠܘܣ ܕܝܥܩܘܒ ܠܟܠ ܦܘܠܐ . ܗܢܘܢ
ܦܘܠܐ ܡܢ ܚܕܐ ܕܐܝܬܠܗ ܒܩܘܪܒܐ ܘܡܩܪܒܝܢ
ܣܓܦ ܠܡܘܥܝܗ . ܘܣܓܦܘ ܟܠ ܣܘܦܐ
ܕܡܠܘܟ . ܣܢܝܩܘܬ ܘܡܘܟܠܐ ܐܦܝܩܘ .
ܘܐܟܠܐ ܕܗܠܟܐ ܡܟܢܗ : ܕܟܪܐ ܘܩܠܝܬܐ
ܐܠܝܢ ܗܘܘ ܚܬܝܪܐ . ܠܝܡܐ ܕܗܘܝܢ
ܚܣܕܐ ܠܩܢܐܝܢ ܡܟܣܝܢܐ .

ܠܒܢܝܐ ܕܝܢ ܪܘܪܒܐ ܕܡܕܢܚܐ ܘܡܥܪܒܐ .
ܐܬܦܠܓܘ ܐܝܟܢܐ ܕܩܛܠܐ ܢܬܥܒܕܘܢ
ܒܝܢܬܗܘܢ ܘܣܓܝܐܐ ܡܢ ܕܝܪܝܐ ܡܢ ܐܣܝܪܝܢ
ܒܟܒܠܐ ܘܡܬܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܠܒܝܬ ܕܝܢܐ . ܘܡܬܒܥܝܢ
ܕܡܬܚܫܒܝܢ ܐܝܟ ܩܛܘܠܐ . ܐܢܫܐ ܣܒܐ
ܕܐܪܝܟܝܢ ܕܩܢܝܗܘܢ . ܘܡܫܪܚܦܝܢ
ܟܢܦܝܗܘܢ ܕܪܡܝܢ ܒܩܘܠܪܐ . ܡܢ ܠܐ
ܕܒܟܐ ܥܠ ܗܠܝܢ ܐܒܝܠܬܐ . ܘܢܝܠܠ ܐܝܟ

effecerunt *suis* in eum *artibus* ut, renovata Pauli depositione, miserit in Syriam tres episcopos, qui circuierunt prædicantes ubique Pauli depositionem. Tunc Paulus, videns se in Syria et Ægypto reprobatum, ascendit Constantinopolim; ascenderunt etiam syncelli Jacobi, Sergius et Julianus episcopi, et anno uno integro injurias et convitia in invicem spargebant ita ut opprobrium fieremus inimicis nostris Chalcedonensibus.

Cœnobia autem magna in Oriente et Occidente ita divisa fuere ut cædes inter ea perpetrarentur et multi[1] e monachis vinculis ligati ad tribunal ducerentur, et *culparum* rationem redderent, velut homicidæ, viri senes promissis barbis, prolixisque limbis, qui vincti collo conjecti sunt in *carceres*. Quis tam flebilia non fleret et ululatus, ut canis sylvestris[2] emitte-

[1]) Joannes Asiæ, *Hist. eccl.*, part III, lib. IV, c. 31, quem abbreviat Barhebræus ita scribit : ܘܣܓܝ ܕܝܪܝܐ ܘܡܬܩܪܒܝܢ ܒܟܠ ܩܛܠܐ . »*Et multi a judicibus comprehensi, vinculis ligati, compedibus constricti, Antiochiam ducebantur et in carcere projiciebantur. Et venerabilis (monachi) habitus decenter non servatus contemnebatur et despiciebatur a gentibus, Judaeis et haereticis, quum vinculis ligati, compedibus constricti ducerentur ad tribunal ut culparum rationem redderent ac si essent homicidae. Viri senes, monachi promissae barbae, prolixisque limbis vincula in collo ferentes stabant coram judicibus et de cæde interrogabantur.*« ܘܣܓܝܐܐ ܡܢ ܕܝܢܐ ܐܬܬܚܕܘ . ܘܒܩ ܐܣܝܪܝܢ ܒܟܒܠܐ ܘܡܬܩܪܒܝܢ ܒܩܝܡܬܐ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܒܝܬ ܐܣܝܪܝܢ ܐܬܪܡܝܘ . ܘܣܟܡܐ ܐܣܟܡܐ ܕܝܪܝܐ ܠܐ ܢܛܝܪ . ܘܐܣܬܒܠ ܡܒܣܪܐ ܕܡܬܒܣܪܐ ܠܐ ܐܟܝܢ . ܠܚܢܦܐ ܘܠܝܗܘܕܝܐ ܡܢ ܚܢܦܐ ܘܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܘܗܪܛܝܩܐ . ܡܢ ܐܣܝܪܝܢ ܒܟܒܠܐ ܘܡܬܩܪܒܝܢ ܒܩܘܡܬܐ ܘܡܬܒܥܝܢ ܒܬܒܥܬܐ ܕܩܛܠܐ . ܘܡܬܚܫܒܝܢ ܕܡܣܬܒܪܝܢ ܐܝܟ ܩܛܘܠܐ . ܐܢܫܐ ܣܒܐ ܕܐܪܝܟܝܢ ܕܩܢܝܗܘܢ ܘܡܫܪܚܦܝܢ ܟܢܦܝܗܘܢ . ܘܩܝܡܝܢ ܒܩܘܠܪܐ ܘܡܬܒܥܝܢ

[2]) ܝܪܘܪܐ ea sunt animalia quae vocamus gallic *chacals*.

ܐܝܟ ܕܡܠܚܐ . ܟܠ ܡܟܝܠ . ܕܠܐ ܒܠܚܘܕ
ܐܬܛܦܫ ܐܠܐ ܐܦ ܣܪܝ ܘܐܬܒܚܪ ܘܐܬܕܝܫ.

ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܐܬܐ ܝܥܩܘܒ ܗܘ ܣܒܐ
ܠܣܘܪܝܐ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܪ̈ܝܫ ܕܝܪ̈ܐ ܒܥܘܡܪܐ
ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ . ܘܓܒܘ ܬܠܬܐ ܓܒܪ̈ܝܢ
ܕܡܬܝܬܪܝܢ ܕܢܩܝܡܘܢ ܠܗܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ .
ܗܢܘܢ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܐܦܣܩ̈ܦܐ ܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ
ܕܥܕ ܦܘܠܐ ܚܝ ܘܩܢܘܢܐܝܬ ܠܐ ܐܬܚܪܡ .
ܢܬܩܝܡ ܐܚܪܢܐ ܒܕܘܟܬܗ . ܘܗܟܢܐ ܒܛܝܠ
ܘܐܫܬܪܝ ܟܢܘܫܝܐ ܗܘ . ܣܒܐ ܕܝܢ ܝܥܩܘܒ
ܬܘܒ ܐܬܥܝܪ ܒܛܢܢܐ ܕܝܠܗ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܘܟܕ ܕܒܪ ܥܡܗ ܐܦܣܩ̈ܦܐ ܘܣܘܢܩܠ̈ܐ
ܕܝܠܗ . ܘܡܛܝܗ ܠܥܘܡܪܐ ܪܒܐ ܕܡܪܝ ܪܘܡܢܐ
ܕܡܬܩܪܐ ܕܩܣܝܢܘܣ . ܕܒܬܚܘܡܐ
ܕܡܨܪܝܢ . ܬܡܢ ܡܝܬ ܝܘܚܢܢ ܕܩܪܬܡܝܢ
ܕܐܦܣܩܘܦܐ . ܓܒܪܐ ܡܝܬܪܐ . ܕܗܘ ܫܝܢ
ܠܐܘܪ̈ܗܝܐ ܕܡܬܚܪܝܢ ܗܘܘ ܡܛܠ ܫܡܗܐ
ܕܐܘܣ̈ܝܐ . ܘܒܬܪܗ ܡܝܬ ܣܪܓܝܣ ܣܘܢܩܠܐ
ܕܝܠܗ ܕܝܥܩܘܒ . ܘܒܬܪ ܬܠܬܐ ܝܘܡ̈ܝܢ
ܗܘ ܣܒܐ ܝܥܩܘܒ ܫܢܝ . ܒܬܠܬܝܢ

ret super sal, qui non solum infatuatus fuerit sed computruerit et nauseabundus conculcandusque factus fuerit?

Post hæc venit senex Jacobus in Syriam. Congregati autem archimandritæ in monasterio Mar Ananiæ[1] elegerunt tres viros præstantes ut constituerent sibi patriarcham. Quidam autem ex episcopis non consenserunt ut, Paulo vivente et canonice non condamnato, alius in ejus locum substitueretur. Hoc igitur modo irrita et soluta fuit hæc synodus[2]. Senex autem Jacobus zelo suo rursus impulsus fuit ut iret Alexandriam. Assumptis igitur *secum* nonnullis episcopis[3] et syncellis suis, pervenit cum eis ad magnum Mar Romani monasterium, Cassiani etiam appellatum, in confinio Ægypti. Ibi mortuus est Joannes episcopus cœnobii Cartaminensis, vir præcellens qui paci restituerat Edessenos de «essentiarum» denominatione disputantes. Post eum mortuus est Sergius, Jacobi syncellus, et, post tres dies, ipse senex Jacobus obiit die trigesima Tamuz (*Julii*) anni Græcorum 889[4]

[1]) Situm erat istud monasterium in deserto inter Balas et Callinicum.

[2]) Cf. Joannes Asiæ, *Hist. eccl.*, part. III, lib. IV, 1-32.

[3]) Secum habebat decem episcopos. Ita Joannes Asiæ ap. Land, *Anecdota syriaca*, II, 382.

[4]) Id est die 30 julii anni æræ vulgaris 578. Hoc anno mortuum esse Jacobum narrat etiam Dionysius in *Chronico* ap. Assem. *Bibl Or.*, t. I, p. 424. Concinit fere *Liber Calipharum* (Land, *Anecd. syr.*, I, 14): ܗܠܝܢ ܙܒ̈ܢܐ ܫܢܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܒܪܕܥܝܐ ܕܐܘܪܗܝ ܒܬܡܘܙ ܒܬܠܬܝܢ ܘܚܕ ܒܗ: «*Anno* 888, *Ind. XI, die* 31 *Tamuz* (an. D. 577, 31 julii) *obiit Jacobus episcopus Phasiltæ.*»

Joannes Asiæ (ap. Land, *Anecd. syr.*, II, 382) asserit Jacobum per quadraginta annos episcopatum gessisse et pervenisse usque ad regnum Tiberii (578-582). Consonat igitur cum auctoribus citatis. Sed in *Hist. eccl.*, part. III, lib. IV, c. 45 supponit eum jam mortuum ante annum Græcorum 882 (*Chr.* 571). Elias Nisibenus, ad annum 879 (*Chr.* 568), ex *Chronico Simeonis Jacobitae* (ܡܢ ܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒ̈ܢܐ ܕܫܡܥܘܢ ܝܥܩܘܒܝܐ) refert ܗܕܐ ܫܢܬܐ ܝܥܩܘܒ ܫܢܝ ... ܕܐܣܪܚ ܡܐܐ ܗܘܐ ... «*Eo anno defunctus est Jacobus archi... qui ordinavit centum et...*»

ܬܠܬܝܢ ܗܠܟ ܦܫܩܗ ܕܡܩܪܝܐ . ܫܡܫ
ܕܝܢ ܙܒܢܐ ܒܗܠܘܬܐ ܡܢܝܢܐ ܫܟܠܚܝܢ
ܘܫܠܡ . ܘܐܣܪܚ ܩ̈ܫܫܐ ܡ̈ܘܢܐ ܘܡ̈ܘܢܐ
ܘܩܠܡܣ ܕܒܪܐ ܒܟܬܒܐ ܕܟܬܒܐ ܐܝܟ ܕܐܫܬܟܚ
ܒܦܢܩܝܬܗ . ܘܒܬܪܗ ܡܝܬ ܡܫܡܫܢܗ
ܕܝܠܗ . ܗܠܝܢ ܒܓܘ ܥܣܪܐ ܝܘܡܝܢ .
ܡܘܬܐ ܕܠܐ ܡܣܟܝܐ ܐܕܪܟ ܐܢܘܢ . ܘܗܝܕܝܢ
ܣܓܝ ܐܬܬܘܣܦ ܬܘܩܠܐ . ܟܕ ܕܦܘܠܘܣ
ܕܝܢ ܦܘܠܐ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ . ܕܡܛܠ ܕܒܪ
ܕܝܬܐ ܒܪܥܝܢܗ ܐܝܟ ܕܢܬܒܥ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܒܕܘܟܬ ܦܘܠܐ ܢܣܒܗ ܡܪܝܐ . ܘܣܘܢܩܠܐ
ܕܝܥܩܘܒ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ . ܕܡܛܠ ܕܗܘܐ ܠܗ
ܪܥܝܢܐ ܕܢܗܦܟ ܠܦܘܠܐ ܠܟܘܪܣܝܐ . ܢܣܒܗ
ܡܪܝܐ . ܕܠܐ ܢܬܠܘܬܦ ܒܣܘܪܚܢܐ . ܘܢܬܚܣܪ
ܢܦܫܗ ܕܓܒܪܐ ܛܘܒܢܐ .

ܕܡܝܢܐ ܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ .
ܟܬܒ ܠܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܕܣܘܪܝܐ ܐܓܪܬܐ ܕܒܘܝܐܐ .
ܘܟܬܝܒ ܗܘܐ ܒܗ̇ ܒܬܪ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܒܗ̇ ܗܕܐ . ܕܥܠܝܗ
ܕܝܢ ܦܘܠܐ ܗܘ ܕܒܝܬ ܐܘܩܡܐ ܕܢܟܬܘܒ
ܠܟܘܢ ܠܐ ܐܠܝܨܝܢ ܐܢܚܢܢ . ܕܬܗܦܟܘܢ
ܐܦ̈ܝܟܘܢ ܡܢܗ . ܐܝܟ ܣܘܢܗܕܝܩܝܐ ܕܝܠܟܘܢ
ܘܕܝܠܢ . ܠܗ ܓܝܪ ܐܝܟܢܐ ܐܘܝܒ ܠܥܕ̈ܬܐ
ܕܡ̈ܗܝܡܢܐ . ܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ

(*Chr.* 578). Pontificatum gessit annis tribus et ordinavit episcopos, sacerdotes et diaconos ad centum usque millia sicut inventum est in ejus schedis. Post eum mortuus est ejus diaconus. Hæc intra decem dies evenere, morte eos derepente apprehendente. Tunc multum crevit scandalum, Pauli fautoribus dicentibus Dominum eum abstulisse quia mente proposuerat patriarcham in locum Pauli ordinare, syncellis Jacobi e contra reponentibus: « quia mens ipsi fuerat reducere Paulum ad sedem, sustulit eum Dominus ne divus ille vir tanti sceleris particeps fieret et animam suam perderet[1]. »

Damianus autem, patriarcha Alexandrinus[2], episcopis Syriæ epistolam scripsit consolatoriam, in qua post alia plurima hæc habebat. « De Paulo autem Bethucamensi scribere vobis ut avertatis facies vestras ab eo, juxta synodicas vestras et nostras *epistolas*, non est necesse. Ipsum quippe non parum impugnavisse ecclesias fidelium vos bene scitis. Hoc enim modo pax

[1]) Cf. Joannes Asiæ, *lib. cit.*, c. 33-34. In capitibus 35-40 narrat Joannes tribus Arabum divisas remansisse inter Paulum et Jacobum etiam post ejus mortem ac frustra Mundarum, Arabum regem, allaborasse ut eos uniret, eumdem Mundarum perrexisse Constantinopolim anno 580, ubi a Tiberio imperatore magnifice exceptus scissas Monophysitarum partes, congregata synodo, reconciliavit, ut infra dicetur.

[2]) Tunc temporis res Monophysitarum in Ægypto valde turbatae erant. Post Theodosium, in exilio mortuum, constitutus fuit patriarcha quidam Theodorus, contra quem tumultuantes clerici Alexandrini monophysitæ contra canones patriarcham sibi præfecerunt Petrum. Quo defuncto, ordinatus fuit Damianus, rursus contra canones, quum Theodorus adhuc in vivis esset. Vid. Joan. Asiæ, *lib. cit.*, c. 11 et 41.

ܐܠܗܝ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܫܝܢܐ ܕܒܝܢܬܢ. ܠܐ
ܡܬܕܠܚܢܐܝܬ ܡܬܢܛܪ. ܘܪܘܚܗ ܕܗܘ ܕܥܡ
ܩܕ̈ܝܫܐ ܡܬܒܣܡܐ. ܗܘ ܕܠܐ ܫܠܐ ܡܢ
ܕܩܥܐ ܒܩܠܐ ܥܡ ܐܢܚ̈ܬܐ. ܕܬܬܒܥܝܢܝ
ܡܪܝܐ ܡܢ ܦܘܠܐ. ܘܒܬܪܟܢ ܗܘ ܕܕܡܝܢܐ
ܦܪܨܘܦܐܝܬ ܐܬܐ ܠܣܘܪܝܐ. ܘܢܚܙܐ ܠܗ
ܠܐܚܘܗܝ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܗܘܦܪܟܐ ܕܐܘܪܗܝ.
ܘܐܬܚܫܒ ܕܢܥܒܕ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܟܕ
ܚܝ ܦܘܠܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܗܘܐ ܗܘ ܥܠ ܦܛܪܐ ܟܕ ܚܝ
ܬܐܘܕܘܪܐ. ܘܐܫܬܠܡܘ ܠܗ ܐܢܫܝܢ ܡܢ
ܐܦܝ̈ܣܩܘܦܐ. ܘܟܕ ܓܒܘ ܚܕ ܘܬܪܝܢ ܘܬܠܬܐ
ܘܠܐ ܐܨܛܒܝ ܕܢܗܘܐ ܠܐ ܩܢܘܢܐܝܬ. ܠܒܪܬܐ
ܐܫܟܚܘ ܐܢܫ ܦܪܣܢܐ ܡܟܝܟܐ ܕܫܡܗ ܣܐܘܝܪܐ.
ܘܕܒܪܘܗܝ ܕܡܝܢܐ ܘܬܪܝܢ ܐܦܝ̈ܣܩܘܦܐ ܘܐܬܘ
ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܠܥܕܬܐ ܕܩܣܝܢܐ. ܘܝܗܒܘ
ܠܩܢܘܡܛܪܐ ܬܡܢܬܥܣܪ ܕܝܢܪ̈ܐ.
ܐܝܟ ܕܒܠܠܝܐ ܢܦܬܚܘܢ ܠܗܘܢ ܠܥܕܬܐ
ܘܢܣܪܚܘܢܝܗܝ ܬܡܢ. ܘܟܕ ܐܪܓܫ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܢܐ ܕܟܠܩܝܕܘܢܝ̈ܐ ܡܟܝܢܘܬܐ. ܫܕܪ
ܠܘܬܗܘܢ ܓܒ̈ܪܐ ܠܝܬ ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ. ܘܐܚܕܘ
ܡܢܗܘܢ ܬܠܬܐ ܕܝܪ̈ܝܐ. ܘܕܡܝܢܐ ܘܐܦܝ̈ܣܩ
ܘܗܘ ܓܒܝܐ ܢܚܬܘ ܠܒܝܬܐ ܬܚܬܝܐ. ܘܟܕ
ܐܬܕܚܠܘ ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܢܚܬܘ ܠܡܒܠܟܝ ܕܒܝܬܐ
ܗ̄ ܠܐܦܕܪܐ. ܘܢܦܩܘ ܒܟܘܬܐ ܕܥܒܝܕܐ ܗܒܝܢ̈ܝܬܐ
ܠܥܠܘ. ܟܕ ܝܬܝܪܘ ܒܗܬܘ ܕܐܬܦܠܫܘ
ܒܩܒܬܐ. ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܘ ܕܐܬܒܛܠ

inter nos imperturbata servabitur, et mens illius qui *nunc* est inter sanctos lætabitur; qui non cessabat voce magna cum gemitibus clamare: „ Domine, vindica me a Paulo. „ Deinde ipse Damianus personaliter venit in Syriam fratrem suum, Edessæ præfectum, invisurus et cogitavit de creando Antiochiæ patriarcha, vivente Paulo, sicut contigerat pro ipso et Petro, dum adhuc Theodorus vivebat. Ipsi assenserunt nonnulli episcopi. Quum igitur unum, alterum tertiumque elegissent et contra canones *episcopus* fieri nemo voluisset, tandem invenerunt virum quemdam imbecillem, nomine Severum, quem *secum* assumentes Damianus et alii duo episcopi venerunt Antiochiam ad ecclesiam Cassiani[1] et dederunt aedituo octodecim daricos ut nocte aperiret eis ecclesiam et ordinarent eum ibi. Patriarcha autem Chalcedonensium, quum fraudem cognovisset, misit in eos illuc, ubi diversabantur viros, qui apprehenderunt ex eis tres monachos. Damianus autem, episcopi et electus descenderunt in domum infimam *(planum terræ)* et timore perculsi descenderunt in sentinam domus seu cloacam, indeque per fenestellam quæ conductui suberat exierunt, magis erubescentes quod stercore conspersi essent quam quod irritum redditum esset ipsorum facinus.

[1]) Joannes qui hanc historiam refert, *lib. cit.*, cap. 41, narrat Damianum, Sergium Hanaphitur, Georgium Sarcabinum aliosque episcopos et monachos, Antiochiam nocte ingressos esse et secreto misisse ad æedituum ecclesiæ Cassiani (ܩܣܝܢܐ), eique promisisse 18 daricos, etc.

ܕܝܠܗܘܢ. ܗܝܕܝܢ ܕܡܝܢܐ ܣܠܩ
ܠܩܘܣܛ. ܘܐܫܬܟܚ ܬܡܢ ܡܘܢܕܪ ܒܪ
ܚܐܪܬ. ܘܟܘܢܗ ܠܕܡܝܢܐ ܐܦ ܐܦܝܣܗ
ܕܢܦܩܘܢ ܡܢ ܦܠܓܘܬܐ ܘܢܫܬܠܡܘܢ ܥܡ ܦܘܠܐ.
ܘܝܡܐ ܕܡܝܢܐ ܠܡܘܢܕܪ ܕܡܟܠܐ ܠܗ ܠܟܫܠܐ
ܕܥܠ ܦܘܠܐ ܡܢ ܠܘܬ ܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ. ܟܕ
ܢܚܬܘ ܕܡܝܢܐ ܘܩܠܝܪ̈ܝܩܘ ܕܝܠܗ
ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܗܦܟܘ ܐܕܓܠܘ ܐܝܟ ܐܒ̈ܗܝܗܘܢ.
ܘܫܪܝܘ ܕܢܪܫܘܢ ܠܦܘܠܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܡ.
ܡܘܢܕܪ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܗܕܐ ܟܬܒ ܠܘܬܗܘܢ
ܘܟܐܢ ܐܢܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܢ ܒܗܬܬܗܘܢ.
ܘܠܐ ܕܢܩܒܠܘܢ ܟܬ̈ܒܘܗܝ ܐܡܪܚܘ. ܘܐܦܠܐ
ܕܐܢܛܝܓܪܦܘܢ ܢܟܬܒܘܢ ܠܗ. ܗܟܘܬ
ܒܩܘܣܛ̈ ܐܫܬܟܚܘ ܐܢܫܝܢ ܕܒ̈ܝܫܐ
ܕܡܠܝܢ ܡܢ ܚܣܡܐ ܕܒܝܫܬܐ. ܕܫܓܫܘ.
ܘܠܐ ܪܚܡܝ ܫܠܡܐ. ܘܥܒܕܘ ܟܢܘܫܝܐ.
ܘܥܟܪܘ ܕܝܠܗܘܢ ܠܟܠܗ ܣܘܪܝܐ ܘܠܡܨܪܝܢ

Deinde Damianus[1] ascendit Constantinopolim, ubi *tunc* aderat etiam Mundar, Hirathi filius, qui, reprehenso Damiano, ei persuasit ut a schismate desinerent pacemque cum Paulo inirent. Juravit porro Damianus Mundaro se compesciturum scandalum de Paulo apud Alexandrinos. Quum autem descendissent Damianus et clerici ejus Alexandriam, iterum mentiti sunt sicut eorum patres et cœperunt Paulo detrahere ut antea[2]. Quod quum didicisset Mundar scripsit ut eos compesceret. Illi autem præ confusione sua neque ejus libellos accipere neque responsionem (ἀντίγραφον) rescribere ausi sunt. Similiter Constantinopoli inventi sunt viri quidam perturbatores scelere et invidia pleni pacisque inimici, qui conventum fecerunt et scriptis perturbarunt Syriam et Ægyptum.

ܥܠ ܦܘܠܐ . ܦܛܪܘܣ ܩܠܝܢܝܩܝܐ .

48. *Post Paulum*, PETRUS CALLINICENSIS.

ܗܝܕܝܢ ܐܦܝ̈ܣܩܦܐ ܕܣܘܪܝܐ ܐܬܟܢܫܘ ܥܡ
ܕܝܪ̈ܝܐ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ ܒܡܕܒܪܐ.
ܒܝܬ ܒܠܫ ܘܩܠܝܢܝܩܘܣ. ܘܓܒܘ

Tunc episcopi Syriæ cum monachis congregati in monasterio Mar Ananiæ in deserto inter Balas et Callinicum[3] elegerunt juvenem quemdam,

[1]) Joannes Asiæ, *loc. cit.*, hæc ita narrat :
ܕܡܝܢܐ ܕܝܢ ܟܕ ܥܪܩ: ܣܠܩ ܠܗ
ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܦܘܠܝܣ ܒܛܘܫܝܐ: ܩܕܡ ܕܢܗܘܐ ܗܘ
ܟܢܘܫܝܐ ܗܘ ܕܚܝܕܘܬܐ. ܘܐܬܐ ܒܠܠܝܐ ܠܘܬ ܢܨܝܚܐ
ܡܘܢܕܪ ܒܝܕ ܚܦܝܛܘܬܐ ܕܐܢ̈ܫܐ ܪ̈ܚܡܝ ܗܘܘ ܫܠܡܐ.
«*Damianus autem cum fugisset ascendit Constantinopolim occulte antequam fieret synodus unionis, et nocte adiit clarissimum Mundarum, studio et ope nonnullorum pacis amantium.*».

[2]) Damianus direxit in Syriam et ad cetera loca epistolam encyclicam contra Paulum. Ita Joannes Asiæ, *lib. cit.*, c. 43.

[3]) ܒܠܫ *Balas* sive Balis, urbs Euphratesiæ in via Alepi ad Callinicum. ܩܠܝܢܝܩܘܣ *Callinicum*, hodie *Rakka*, urbs in Osrhoena ad ripas Euphratis sita, non procul ab eo loco ubi fluvius Beliscus in Euphratem defluit. Vid. Ritter *Erdkunde West-Asien*, X theil., III abt., p. 1065-1074; 1125, sqq.

ܠܐܢܫ ܟܠܝܡܐ ܕܫܡܗ ܦܛܪܘܣ ܒܪ ܦܘܠܐ
ܕܡܢ ܩܠܝܢܝܩܘܣ. ܘܐܩܪܝܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟ
ܠܟܘܪܣܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ
ܡܝܛܪܦܘ̄ ܕܐܡܝܕ. ܠܗܢܐ ܕܝܢ ܦܛܪܘܣ.
ܝܥܩܘܒ ܬܪ̈ܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܗܘܐ ܡܟܫܦ
ܕܢܣܪܣܝܘܗܝ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܠܐ ܐܬܬܦܝܣ.
ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܗܘܐ. ܕܐܢܐ ܠܚܠܦ ܡܢ ܓܒܪܐ
ܕܠܐ ܢܡܘܣܐܝܬ ܐܬܚܝܒ ܕܗܘܐ ܠܐ ܡܬܚܝܒܐ.
ܘܗܢܐ ܡܢ ܕܡܝܢܐ ܐܬܦܝܣ. ܗܝܕܝܢ
ܦܘܠܐ ܟܕ ܚܙܐ ܕܡܛܠܬܗ ܥܫܢܬ ܥܠܥܠܐ.
ܐܠܐ ܐܬܛܫܝ. ܘܐܢܫܝܢ ܣܒܪܘ ܕܒܛܘܪ̈ܐ
ܕܐܝܣܘܪܝܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܠܚܪܬܐ ܐܬܝܕܥ ܥܠܘܗܝ
ܕܒܛܘܪܐ ܕܩܘܣܛ̄ ܠܩܘܒܠ ܗܘܐ ܐܪܒܥ ܫܢܝܢ
ܫܢܝܢ. ܘܟܕ ܐܬܟܪܗ ܥܠ ܠܩܘܣܛ̄
ܒܛܘܫܝܐ. ܘܬܡܢ ܢܚ ܘܐܬܩܒܪ ܒܠܠܝܐ
ܒܥܘܡܪܐ ܕܢܫ̈ܐ. ܘܗܟܢܐ ܚܫܟܬ ܗܘܬ
ܡܦܩܢܐ ܕܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܓܒܪ̈ܐ ܕܬܕܡܘܪܬܐ
ܝܥܩܘܒ ܘܦܘܠܐ.

ܦܛܪܘܣ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܡܠܝܠܐ ܗܘܐ
ܘܚܟܝܡ ܒܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܠܫܢ̈ܐ. ܐܦ ܒܕܘܒܪ̈ܘܗܝ
ܫܦܝܪ ܗܘܐ. ܐܬܟܪܝ ܥܠ ܬܐܪܬܗ ܕܩܡ ܡܢ
ܚܝ ܦܘܠܐ. ܘܐܙܠ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܘܐܫܒܩ
ܠܟܘܪܣܝܐ. ܘܐܟܦܬ ܐܢܘܢ ܕܢܩܒܠܘܢ
ܦܘܠܐ. ܗܢܘܢ ܠܘ ܒܠܚܘܕ ܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ
ܠܗ. ܐܠܐ ܘܒܚܡܬܐ ܐܦܩܘܗܝ ܡܢ
ܠܘܬܗܘܢ. ܘܡܚܕܐ ܡܛܬ ܫܡܥܐ ܕܡܘܬܗ
ܕܦܘܠܐ. ܘܐܢܫܝܢ ܣܒܪܘ ܕܙܝܦܐ ܗܘܐ

nomine Petrum, Pauli filium, ex Callinico, et proclamarunt eum patriarcham sedis Antiochenæ. Imposuit ei manum metropolita Amidæ[1]. Hunc Petrum Jacobus duabus jam vicibus quæsierat sedi Antiochiae ordinare, Petrus autem non assenserat; dicebat quippe se nolle constitui loco hominis legaliter non condemnati. A Damiano vero persuasus fuit. Tunc Paulus, videns tempestatem ipsius causa aggravari, aufugit seque abscondit. Quidam arbitrati sunt eum in montibus Isauriæ degere; donec tandem innotuit ipsum in monte prope Constantinopolim quatuor annis habitavisse. Quum autem ægrotaret, ingressus est Constantinopolim occulte, ubi mortuus est; noctu vero in cœnobio mulierum sepultus fuit. Sic igitur obscurus factus est exitus duorum istorum virorum mirabilium, Jacobi et Pauli[2].

Petrus, utpote qui tum facundus tum utriusque linguæ (*syriacæ et græcæ*) peritus, tum moribus probus erat, conscientia sua adurebatur quod, vivente Paulo, in ejus locum suffectus fuisset. Abiit igitur Alexandriam, abdicavit sedem eisque suadere *conatus est* Paulum suscipiendum esse. Illi autem non solum non acquieverunt ei, sed illum a se cum indignatione rejecerunt. Illico autem advenit rumor obitus Pauli. Quidam porro putarunt

[1]) Ordinatus autem fuit anno 578, ut ex Dionysio docet Assemanus *Bibl. Orient.*, t. II, p. 69.

[2]) Cfr. Joannes Asiæ, *lib. cit.*, c. 47, 54, 57 et 58, a quo discimus Paulum duobus vel tribus annis post Jacobum obiisse.

ܦܛܪܘܣ ܒܡܘܬܗ ܕܦܘܠܐ . ܘܐܡܛܠܬܗ ܐܙܠ
ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܛܘܠ ܕܢܚܘܐ ܫܘܠܬܗ .

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܕܐܙܠ ܦܛܪܘܣ ܟܠܘܢܝܩܝܐ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܐܙܠ ܥܡܗ ܝܘܚܢܢ ܪܝܫܕܝܪܐ ܒܪܒܘܪ ܘܦܪܘܒܘܣ ܓܒܪ̈ܐ ܡ̈ܠܝܠܐ . ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܗܝܕܝܢ ܒܗ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܓܒܪܐ ܚܕ ܣܘܦܝܣܛܐ ܕܫܡܗ ܣܛܦܢܐ . ܕܡܠܠ ܗܘܐ ܘܐܡܪ ܕܐܦ ܚܕ ܟܝܢܐ ܘܳܠܐ ܠܡܘܕܝܘ ܒܡܪܢ . ܠܐ ܙܕܩ ܕܢܐܡܪ ܕܢܛܝܪ ܗܘ ܫܘܚܠܦܐ ܗ̇ܘ ܕܡܫܘܕܥܢܘܬܐ ܟܝܢܝܬܐ . ܐܠܐ ܢܛܝܪ ܗܘ ܫܘܘܕܥܐ ܕܫܘܚܠܦܐ ܟܝܢܝܐ ܬܪܝܢ ܟ̈ܝܢܝܢ ܘܠܗ ܡܢ ܐܝܬܘܗܝ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ . ܩܡ ܕܝܢ ܦܪܘܒܘܣ ܘܟܬܒ ܡ̇ܟܬܒܢܘܬܐ ܕܣܬܪܐ ܠܣܘܪܟܒܬܗ ܕܣܘܦܝܣܛܐ ܗܘ . ܘܟܕ ܣܒܪܐ ܗܘܐ ܢܬܥܒܕܘܢ ܗܢܘܢ ܝܘܚܢܢ ܘܦܪܘܒܘܣ ܕܢܗܘܘܢ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܘܠܐ ܨܒܐ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟ . ܦܪܫܘ ܡܢܗ · ܘܠܐ ܢܦܩܘ ܥܡܗ ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܟܕ ܢܦܩ . ܐܠܐ ܦܫܘ ܬܡܢ . ܘܐܬܚܠܛܘ ܥܡܗ ܕܣܘܦܝܣܛܐ ܘܢܦܠܘ ܒܣܘܪܟܒܗ . ܘܟܕ ܙܡܪ ܕܡܪܐ ܟܠܐ ܬܪ̈ܬܝܢ ܡܫ̈ܩܘܗܝ ܡܚܓܪ ܗܘܐ . ܦܪܘܒܘܣ ܒܓܠܝܘܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܣܬܪ ܡܬܚܦܛ ܗܘܐ ܕܢܒܢܐ . ܘܟܕ ܐܛܪܕܗ ܡܢ ܕܡܝܢܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܘܐܬܐ ܠܡܕܢܚܐ

Petrum rescivisse mortem Pauli et de industria perrexisse Alexandriam ut abdicationem suam ostentaret[1].

Quo tempore Petrus Callinicensis Alexandriam ivit, iverunt cum eo Joannes Barbur archimandrita et Probus, viri facundi. Erat autem tunc Alexandriæ sophista quidam, nomine Stephanus, qui prædicabat oportere quidem unam naturam in Domino nostro confiteri, nefas autem esse dicere servatum esse discrimen significationis naturalis[2]; servata enim discriminis notione, jam non unam sed duas fore naturas in Domino nostro. Restitit Probus et libellum conscripsit ad confutandam Stephani opinionem. Ast quum tandem Joanni et Probo spes esset ut episcopi fierent, renuisset autem Petrus patriarcha, ab eo se separarunt et, discedente eo ab Alexandria, non discesserunt, sed remanserunt in urbe et cum sophista conversati in ejus opinionem lapsi sunt. Porro, dum archimandrita utroque, *ut aiunt*, pede claudicaret, Probus aperte quae destruxerat reædificare satagebat. Quum autem a Damiano Alexandrino expulsus in Orientem venisset et doctrinam sophistæ disseminare quæreret, ab ecclesia ejectus est et cum eo etiam Joannes Barbur, qui apologiam pro eo fecerat[3]. Abe-

[1]) Cfr. Joannes Asiæ, *lib. cit.*, c. 60.

[2]) Clarius Dionysius qui eamdem historiam refert ap. Assemanum, *Bibl. Orient.*, II, 72 : ܫܘܚܠܦܐ ܕܡܫܘܕܥܢܘܬܐ ܟܝܢܝܬܐ ܕܗܠܝܢ ܕܡܢܗܘܢ ܡܫܝܚܐ ܒܬܪ ܡܠܬܐ ܕܚܘܝܕܝܬܐ . « *Discrimen significationis naturalis earum rerum ex quibus est Christus post rationem unionis.* »

[3]) Dionysius, quem sequitur Barhebræus, rem fusius narrat hisce verbis : «*Probus itaque Alexandriæ moras cum Sophista ac reliquis veritatis hostibus ducens, turbas plurimas data opera excitabat,*

ܘܩܒܠܘ ܬܪܝܗܘܢ ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܗܘ .
ܐܬܚܪܡ ܡܢ ܥܕܬܐ . ܘܡܛܠܗ ܐܦ ܦܘܠܘܣ
ܩܘܪܒܘܣ ܕܢܦܫ ܗܘܐ ܪܘܚܐ ܡܠܒܫܘܗܝ .
ܘܐܙܠܗ ܢܦܩܗ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܦܘܠܝܣ. ܘܫܟܒ ܩܪܘܒܐ
ܠܟܠܩܝܕܘܢ . ܘܐܬܟܪܗ ܐܦܣܩ ܠܟܠܩܝܕܘܢܝܐ.
ܘܟܕ ܡܟܝܠ ܐܬܟܪܗ . ܘܐܪܓܫ ܕܗܐ ܡܐܬ .
ܩܪܐ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܦܩܕ ܕܢܦܩܘܢ
ܠܐܘܪܚܬܐ . ܘܠܐܬܪܘܬܐ ܕܩܪܝܒܝܢ
ܘܢܝܬܘܢ ܐܢ ܡܫܟܚܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܐܘ ܩܫܝܫܐ
ܐܘܪܬܕܘܟܣܐ ܐܝܢܐ ܕܢܫܪܐ ܠܗ . ܘܟܕ
ܒܥܘ ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ . ܐܠܨ ܐܢܘܢ ܕܐܦܢ ܐܚܐ
ܦܫܝܛܐ ܐܘ ܥܠܡܝܐ ܢܝܬܘܢ ܠܗ . ܘܐܡܪ
ܠܗ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܕܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚ
ܐܚܐ ܠܐܦܣܩ . ܘܐܡܪ ܗܘ . ܐܝܢ ܐܝܢ .
ܡܫܟܚ ܐܚܐ ܐܪܬܕܘܟܣܐ ܫܪܐ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܗܪܛܝܩܐ .

untes igitur *ambo* adhæserunt synoditis (*Chalcedonensibus*). Ascendit autem Probus Constantinopolim et factus est Chalcedonis episcopus. Paulo autem post æger factus, sensit se jamjam moriturum. Tunc pœnitentia ductus rogavit discipulos ut vias et urbes vicinas perlustrantes adducerent, si possent, episcopum aut presbyterum orthodoxum (*Monophysitam*) qui eum absolveret. Postquam autem quæsiissent nec invenissent, coëgit eos ut, modo simplicem dumtaxat fratrem sive sæcularem invenissent, adducerent eum ad se. Dixit ei unus ex discipulis : « quomodo simplex frater absolvere possit episcopum? » Ille autem respondit : « ita, ita, absolvet frater orthodoxus episcopum hæreticum. » Replicarunt ejus discipuli :

et qua sermonibus, qua scriptis epistolis, id impudenter stabilire satagebat quod antea ad terram dejecerat. Archimandrita vero, utroque pede, ut aiunt, claudicans, huc et illuc ferebatur, mentemque mutabat, prout eos sentire videbat, quos obvios haberet, excusans se rationemque adducens, cur aliorum dementiam rejiceret. Quum autem Probus a Damiano pulsus in Orientem se contulisset, doctrinam Sophistæ ubique disseminabat.» Pergit Dionysius et narrat Joannem, postquam anceps hæsisset, tandem Probi sententiam palam suscepisse et pro eo apologiam scripsisse, quam coram episcoporum synodo legi et responsum sibi ab eadem per litteras dari rogabat. «*Congregata est igitur ejus causa synodus in Guba baraia ad quam et archimandrita Joannes evocatus fuit. Venit ille et Probum secum adduxit ut sibi in synodo præsidio esset. Verum synodus Probum admittere noluit, utpote qui jam depositus fuerat et ab ecclesia segregatus.*» Prosequitur Dionysius et narrat Joannem, quum a proposito recedere nollet, una cum Probo ceterisque eadem propugnantibus damnatum et depositum fuisse. Addit Dionysius : «*Petrus patriarcha nomine totius synodi librum conscripsit, in quo Sophistae quidem et Probi opinionem confutabat; Doctorum vero testimoniis ostendebat reipsa existere et remanere differentiam naturarum, ex quibus est Christus, etiam post rationem unitionis, absque numero tamen, et sine divisione earundem naturarum. Misit autem hunc librum ad cuncta monasteria et ecclesias fidelium ditionis orientalis, hoc est, totius Syriæ cui præerat. Tunc Archimandrita et Probus segregatos se ab universa Orthodoxorum ecclesia cernentes, relicta Sophistæ opinione, pro qua tam acre certamen subierant, Chalcedonensis synodi fidem amplexi sunt, et ad Anastasium Antiochiæ patriarcham profecti ei adhæserunt et ab eodem suscepti fuere. Mox Archimandrita e suo monasterio ejectus in aliud cœnobium perrexit quod S. Eusthathii in Artach dicebatur, ubi ipsum sibi in abbatem et rectorem monachi illi constituerunt. Atque ita res eorum se habuit, donec Mar Petrus in vivis esse desiit. Complures vero eorundem causa et integra etiam regionis Antiochenæ oppida a vera fide et ad Chalcedonensium partes transiere,* etc.» Ap. Asseman. *Bibl. Or.*, t. II, p. 72 77.

ܘܐܡܪܘ ܠܐܟ̈ܣܢܝܘܗܝ ܡܟܝܠ ܗܪ̈ܛܝܩܘ ܚܢܢ܀ ܘܐܡܪ ܚܪܝܪܐܝܬ ܗܟܢܐ ܐܝܬܝܗ. ܘܡܝܬ ܒܗ ܒܬܝܒܘܬܗ. ܘܝܘܚܢܢ ܪܝܫܕܝܪܐ ܒܪܒܘܪ · ܟܕ ܡܢ ܕܝܪܗ ܐܬܕܚܝ ܐܙܠ ܥܡܪ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܐܘܣܛܬܝܣ ܕܐܪܬܚ ·

ܘܒܬܪ ܡܬܦܪܫܢܘܬ ܕܝܘܚܢܢ ܘܦܪܘܒܐ ܐܬܥܒܝܕܬ ܒܥܬܐ ܒܝܬ ܕܡܝܢܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܘܦܛܪܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ · ܟܕ ܐܢܫܝܢ ܛܪ̈ܝܬܐܝܬܐ ܟܬܒܘ ܪ̈ܫܐ ܡܕܡ ܘܫܕܪܘ ܠܘܬ ܕܡܝܢܐ ܘܒܥܘ ܦܘܢܝ ܦܬܓܡܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܟܬܒ ܠܗܘܢ ܫܪܝܐ. ܘܫܕܪܗ ܠܟܬܒܐ ܠܘܬ ܦܛܪܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܢܒܩܝܘܗܝ · ܘܢܬܪܨ ܒܗ ܐܝܟܢ ܕܘ̈ܠܐ. ܘܟܕ ܩܪܝܗ ܦܛܪܘܣ ܐܫܟܚ ܒܗ ܕܠܕܝ̈ܠܝܬܐ ܩܢܘ̈ܡܝܬܐ ܕܩܢܘ̈ܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܩܢܘ̈ܡܐ ܩܪܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ܀ ܘܠܐ ܨܒܐ ܗܘ ܦܛܪܘܣ ܕܡܢ ܪܫܗ ܕܗܘܝܐ ܢܟܣܝܘܗܝ ܠܕܡܝܢܐ. ܐܠܐ ܟܬܒ ܠܘܬܗ ܟܕ ܪܡܙܐ ܕܡ̈ܠܐ ܕܡܕܡ ܡܕܡ ܐܫܟܚ ܒܟܬܒܐ ܕܐܬܟܣܝܘ ܠܗ. ܘܒܥܐ ܐܝܟܢܐ ܕܢܦܫܩ ܠܗ ܡܠܬܗܘܢ. ܕܡܝܢܐ ܕܝܢ ܟܕ ܩܒܠ ܠܟܬܝܒܬܐ ܐܬܟܪܝ. ܘܐܡܪ ܕܡܛܠ ܚܣܡܐ ܠܡ ܠܐ ܐܬܩܒܠܬ ܡܠܦܢܘܬܗ. ܘܐܬܗܦܟ ܠܣܢܐܬܐ. ܨܒܐ ܦܛܪܘܣ ܕܢܟܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ ܓܘܢܝܐ. ܘܐܒܝ ܕܡܝܢܐ[1]. ܘܫܢܝ ܗܘ ܡܪܝ ܦܛܪܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܫܢܬ

" ergo hæretici sumus! " Respondit : " revera, ita est. " Et mortuus est in pœnitentia sua. Joannes autem Barbur archimandrita, postquam e monasterio suo expulsus fuisset, habitavit in monasterio Mar Eustathii in Artaha.

Post depositionem Joannis et Probi mota est quæstio inter Damianum Alexandriæ et Petrum Antiochiæ. Nam quum Tritheitæ quidam aliqua capitula scripsissent eaque ad Damianum transmisissent, flagitantes ab eo responsum, ille quæstionum solutionem scripsit codicemque misit ad Petrum Antiochiæ ut eum examinaret et quæ oportebat corrigeret. Petrus autem, cum legisset, reperit proprietates notionales personarum sanctæ Trinitatis ab eo personas appellari; noluit tamen Petrus Damianum ab initio reprehendere, sed ipsi rescripsit significans se capitula quædam in libro invenisse quæ sibi obscura videbantur et de quibus ab eo elucidationes sibi dari optabat. Damianus autem, accepto responso, offensus fuit et dixit suam doctrinam ex invidia non susceptam fuisse et ad odium conversus est. Petrus autem voluit congregare synodum generalem. Sed renuit Damianus[1]. Obiit porro Mar Petrus patriarcha anno Græcorum 902 (*Chr.* 591)[2] in monasterio Gubæ

[1]) In *Bibliotheca Orient.*, t. II, p. 332 recitatur hic locus et ad finem hæc adduntur : ܗܝܕܝܢ ܝܬܒ ܦܛܪܘܣ ܘܟܬܒ ܬܠܬܐ ܡܐܡܪ̈ܐ ܠܘܩܒܠ ܕܡܝܢܐ ܕܪ̈ܫܝܥܐ . « *Tunc sedit Petrus et scripsit tractatus tres adversus Damianum.* » Hujus operis analysis habetur in *Bibl. Orient.*, t. II, p. 78 81.

[2]) Barhebræo concinunt Dionysius et Elias Nisibenus, qui ad annum 902 hæc adnotat : ܒܗ̇ ܐ ܠܟܝ ܡܠܟ ܟܣܪܘ ܒܪ ܗܘܪܡܙܕ ܡܠܟܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܘܒܗ̇ ܡܝܬ ܦܛܪܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘܒ̈ܝܐ . « *Eo anno regnum iniit Chosroës, Hormizdæ filius, eoque obiit Petrus patriarcha Jacobitarum.* » In *Libro Calipharum* (Land, *Anecd. syr.*, I, 14 et 113)

ܓ̈ܒܐ ܕܡܥܠܝܐ. ܟܡܪܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܚܕܪܐ. ܘܫܢܝ
ܐܦ ܕܡܝܢܐ. ܘܦܫ ܚܪܝܢܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬܘܗܝ.

baraiæ. Obiit etiam Mar Damianus, et disceptatio qualis erat talis remansit.

ܒܬܪ ܦܛܪܘܣ ܩܠܝܢܝܩܝܐ. ܝܘܠܝܢܐ
ܣܘܢܩܠܐ ܕܝܠܗ.

49. *Post Petrum Callinicensem*, Julianus *ejus syncellus*[1].

ܘܟܕ ܫܢܝ ܗܘ ܡܪܝ ܦܛܪܘܣ ܐܬܟܢܫܘ
ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ. ܘܐܣܪܚܘ ܚܠܦܘܗܝ. ܠܬܠܡܝܕܐ
ܕܝܠܗ ܝܘܠܝܢܐ. ܓܒܪܐ ܡܡܠܠܐ ܘܡܝܬܪܐ.
ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܒܪ ܐܦܬܘܢܝܐ ܕܡܬܩܪܐ
ܕܩܢܫܪܝܢ.

Defuncto Mar Petro, congregati episcopi ordinarunt in ejus locum discipulum ejus Julianum, virum facundum et eximium e cœnobio Bar-Aphtonii quod Kenserinense[2] vocatur.

ܘܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܐܘܪܗܝ ܐܦܝܣܩܘܦ̄
ܠܐܪܬܕܘܟܣܘ ܣܪܓܝܣ ܕܡܬܩܪܐ ܐܪܡܢܝܐ.
ܗܢܐ ܥܡ ܐܚܘܗܝ ܝܘܚܢܢ. ܕܟܬܒܘ
ܠܡܟܬܒ̈ܢܘܬܗ ܕܡܪܝ ܦܛܪܘܣ. ܘܐܡܪܘ
ܕܠܐ ܠܡ ܙܕܩ ܕܢܬܩܪܘܢ. ܘܗܘ ܝܘܠܝܢܐ
ܦܛܪܝܪܟ̄ ܟܐܣ ܠܗܘܢ، ܡܦܫܩܢܘܬܐ.
ܘܦܫܩ ܡ̈ܠܐ ܕܡܬܬܟܫܠܝܢ ܗܘܘ ܒܗܝܢ.
ܘܠܡܚܣܢ ܐܬܟܠܝܘ ܡܢ ܛܢܢܐ ܣܪܝܩܐ.
ܘܟܕ ܕܒܪ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܗܘ ܡܪܝ ܝܘܠܝܢܐ
ܫܢ̈ܝܐ ܬܠܬ ܘܝܪ̈ܚܐ ܚܡܫܐ ܫܢܝ.

Eo tempore Edessæ episcopus orthodoxorum *(Monophysitarum)* erat Sergius, Armenus nuncupatus, qui una cum fratre suo Joanne in Mar Petri scripta insurrexit[3] dicens : non esse utique legenda. Julianus autem patriarcha eos reprehendit et explicavit verba quibus offensi fuerant; vixque ab inani zelo se continuere. Quum autem patriarchatum administrasset Julianus annis tribus et mensibus quinque, defunctus est[4].

legimus : « ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ ܘܚܕܐ ܝܘܡ ܟܒ ܢܝܣܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܦܛܪܘܣ ܫܢܝ ܒܗ ܒܗ .
« *Anno* 901, *Ind. IX, d.* 22, *m. Nison (m. Apr. A. D.* 590*) obiit Petrus patriarcha.* »

[1]) «In Dionysii *Chronico* desideratur, ut etiam in *Historia Alexandrina* Renaudotii p. 152, ubi Athanasius Petri loco sedisse dicitur. Sed Juliani nomen exhibent etiam Barsalibæus et Dypticha Jacobitarum.» Assemanus *Bibl. Or.*, II, 333.

[2]) Istud monasterium, in historia Jacobitarum celebre, situm erat, juxta J. S. Assemanum *(Diss. de Syr. Monophys.* p. 83) et juxta Ritter *(Erdkunde West Asien*, XVII theil., V abth. p. 1592-1597), prope Kenserin, urbem initio imperii Arabum florentissimam, hodie pagum, quem Covaicus alluit, ab Alepo una mansione versus austrum distantem.

[3]) Pro ܕܟܬܒܘ legendum cum Assemano, B. O., t. II, 333 ܕܟܬܒܘ

[4]) Obierit igitur anno 594 vel 595. *Liber Chalipharum* (Land, *lib. cit.*, 14 et 113) ejus mortem ad an. 595 refert his verbis : ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ
ܘܫܬ ܒܛ ܒܬܡܘܙ ܡܪܝ ܝܘܠܝܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܫܢܝ ܡܢ ܥܠܡܐ .
« *Anno* 906, *d.* 9 *m. Tamuz (m. Julii a. D.* 599*) dñus Julianus mortuus est.* »

ܒܬܪ ܝܘܠܝܢܐ ، ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܐܬܟܢܝ
ܓܡܠܝܐ .

ܡܢ ܒܬܪ ܝܘܠܝܢܐ ܦܛܪܝܪܟ ܢܚܝ . ܐܬܟܢܫܘ
ܐܦ̈ܝܣܩܦܐ ܒܚܕ ܡܢ ܕܝܪ̈ܬܐ ܕܡܥܪܒܐ . ܘܟܕ
ܠܐܝܘ ܕܢܩܝܡܘܢ ܦܛܪܝܪ̈ܟ . ܨܡܘ ܘܨܠܝܘ
ܬܠܬܐ ܝܘܡ̈ܝܢ . ܘܒܠܠܝܐ ܕܬܠܝܬܝܐ ܐܬܐܡܪ
ܠܐܢܫܝܢ ܡܢܗܘܢ ܒܚܙܘܐ . ܕܒܨܦܪܐ ܡܢ
ܕܡܬܦܬܚ ܬܪܥܐ ܕܕܝܪܐ . ܕܝܪܝܐ ܕܦܓܥ
ܒܟܘܢ ܩܕܡܝܐ ܠܗ ܐܩܝܡܘ . ܘܟܕ ܢܦܩܘ
ܐܦ̈ܝܣܩܦܐ ܚܙܘ ܠܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ
ܫܡܝܫܛ . ܟܕ ܕܒܪ ܓܡ̈ܠܐ ܘܥܒܪ
ܠܓܒ̈ܘܠܐ ܕܢܝܬܐ ܡܠܚܐ ܠܕܝܪܗ ܕܗܘ ܕܝܪܐ
ܕܩܢܫܪܝܢ . ܘܟܕ ܡܠܠܘ ܥܡܗ ܘܛܥܡܘ
ܠܝܕܥܬܗ . ܘܝܠܦܘ ܕܡܢ ܥܘܡܪܐ ܪܒܐ
ܐܝܬܘܗܝ . ܕܒܪܘܗܝ ܩܛܝܪܐܝܬ ܟܕ ܡܬܟܬܫ
ܘܒܟܐ ، ܘܐܩܝܡܘܗܝ ܦܛܪܝܪ̈ܟܐ . ܒܫܢܬ
ܬܫܥܡܐܐ ܘܫܬ ܕܝܘ̈ܢܝܐ . ܘܐܝܟ ܕܐܫܟܚܢ
ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܡܢܐ . ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ
ܐܝܕܐ ܣܘܝܪܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܒܥܘܡܪܐ ܕܩܢܫܪܝܢ .
ܒܬܪܟܢ ܐܘܡܝ ܠܗܘܢ ܕܢܫܒܩܘܢܝܗܝ .

50. *Post Julianum*, ATHANASIUS, *cognomine Camelarius*[1].

Defuncto Juliano patriarcha, episcopi congregati sunt in quodam monasterio Occidentis. Allaborantes igitur creando patriarchæ jejunarunt et oraverunt per triduum. Tertia autem nocte in visione dictum fuit quibusdam ex illis : « mane, quando aperietur porta monasterii, monachus qui primus occurret vobis ipsum ordinate. » Egressi porro episcopi viderunt Athanasium Samosatæ, ducentem camelos et transeuntem per *urbem* Gabalorum[2] ut afferret sal monasterio suo Kenserinensi[3]. Postquam autem cum ipso collocuti essent, scientiam ejus gustassent, didicissentque ipsum e magno monasterio esse, eum reluctantem ac flentem vi adduxerunt et ordinarunt patriarcham anno Græcorum nongentesimo sexto, vel, *ut* in codicibus invenimus, anno nongentesimo octavo[4]. Imposuit ei manum Severus Jerosolymitanus in monasterio Kenserinensi. Postea eos adjuravit ut sinerent eum isto anno

[1]) Sub isto Athanasio series Patriarcharum Antiochenorum qui rectam fidem tenuerunt interrupta fuit per mortem Anastasii II qui anno 606 martyr occubuit.

[2]) ܓܒ̈ܘܠܐ vel ܓܒ̈ܠܐ *Gabula* vel *Gabala*, hodie *Djabul* vel *Dschibuhl* ad lacum hujus nominis, pagus situs medio itinere inter Kenserin ad occidentem et Balisam ad Euphratem. Vid. Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, XVII theil., V abt., p. 1694-1696 et supra p. 124, not. 2.

[3]) Suspicor mendum hic in codicem irrepsisse et pro Kenserinensi monasterio legendum Samosatense. Nam ordinatus Athanasius fuit in monasterio Kenserinensi, unde rediit ad suum monasterium et per annum camelis curandis, ut antea, inserviit. Porro ex narratione Barhebræi patet monasterium in quo degebat Athanasius ad Euphratem situm fuisse, quod monasterio prope Samosatam convenit, nequaquam vero de Kenserinensi monasterio dici potest, ut ex supradictis p. 259 constat.

[4]) Vel anno 915 juxta Dionysium in *Chronico* (*Bibl. Or.*, t. II, p. 102) et *Librum Chalipharum* (Land, *lib. cit.*, p. 14 et 113).

ܕܠܡܫܡܠܝܘ ܬܫܡܫܬܐ ܕܓܡܠܐ
ܐܝܟ ܡܐ ܕܩܒܠ ܡܢ ܐܚܐ . ܛܘܒܢܐ ܡܟܝܠ ܟܕ ܦܪܫ ܡܢܗܘܢ ܐܝܟ ܫܘܘܕܝܐ .
ܘܐܙܠ ܛܥܢ ܡܠܚܐ . ܘܐܝܬܝ ܠܕܝܪܐ . ܘܠܐ ܓܠܐ ܐܦܠܐ ܠܐܚܘܗܝ ܣܘܝܪܐ ܕܐܦ ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܝܪܝܐ ܒܗ ܒܕܝܪܐ .
ܘܟܕ ܡܛܐ ܙܒܢܐ ܕܩܕܡ ܐܬܬܣܝܡ ܘܐܬܘ ܐܦܣܩܦܐ ܕܢܕܒܪܘܢܝܗܝ ܐܫܟܚܘܗܝ ܕܩܐܡ ܒܐܪܥܐ ܕܛܝܢܐ . ܘܡܠܐ ܡܐܢܐ ܠܐܚܐ ܕܢܥܠܘܢ ܠܒܝܬܐ ܕܓܡܠܐ .
ܘܟܕ ܫܠܡܬ ܫܢܬܐ ܗܝ : ܘܟܕ ܐܪܓܫܘ ܘܝܕܥܘ ܕܝܪܝܐ ܘܐܚܘܗܝ . ܘܫܪܝܘ ܠܡܟܣܘ ܕܗܘܐ ܟܣܐ ܠܗ ܡܢܗܘܢ .
ܡܛܠ ܕܩܕܡ ܕܢܬܬܣܝܡ ܒܠܠܝܐ ܢܦܩ ܗܘܐ ܠܐܬܪܐ ܕܡܦܩܝܢ ܗܘܘ ܕܝܪܝܐ . ܟܕ ܐܢܫ ܠܐ ܚܙܐ ܗܘܐ ܡܟܢܫ ܗܘܐ ܒܝܬ ܡܦܩܬܐ ܘܛܢܦܘܬܐ ܒܩܘܦܐ ܡܫܕܐ ܗܘܐ ܒܦܪܬ .
ܒܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܣܘܥܪܢܐ ܡܫܬܪܓܓ ܗܘܐ ܘܡܫܥܒܕ ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܠܪܘܚܐ . ܗܟܝܠ ܐܚܝ ܡܢ ܕܨܒܐ ܠܡܟܒܫ ܚܫܐ ܕܪܡܘܬܐ ܗܟܢܐ ܢܬܡܟܟ .
ܗܢܐ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܣܡ ܠܣܘܝܪܐ ܐܚܘܗܝ ܐܦܣܩܘܦܐ ܠܫܡܝܫܛ . ܘܬܪܝܗܘܢ ܐܬܢܨܚܘ ܒܥܕܬܐ .

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܟܕ ܐܬܩܛܠ ܡܘܪܝܩܝ ܡܠܟܐ ܕܝܘܢܝܐ . ܦܪܣܝܐ ܫܥܒܕܘ ܠܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܘܠܣܘܪܝܐ .
ܘܟܣܪܐ ܫܕܪ ܠܐܘܪܗܝ ܐܦܣܩܘܦܐ ܢܣܛܘܪܝܢܐ ܕܫܡܗ ܐܚܝܫܡܐ . ܘܟܕ ܠܐ ܩܒܠܘܗܝ ܡܗܝܡܢܐ .

adimplere ministerium camelorum prout a fratribus acceperat. Beatus igitur ab iis separatus juxta promissum, abiit et portavit salem atque ad monasterium attulit, nihil manifestans nequidem ipsius fratri Severo qui et ipse in eodem monasterio monachus erat. Quum autem advenisset tempus præfinitum venissentque episcopi eum abducturi, invenerunt eum stantem(?) in areola luti et implentem vas portatorium fratribusque suis porrigentem ut obducerent camelorum stabulum. Expleto anno, quum rescivissent didicissentque factum monachi et frater ejus cœperunt eum coarguere quod eis rem celasset. Etenim antequam ordinaretur nocte exibat ad locum quo ad usum *naturalem* exibant monachi et, nemine vidente, verrebat latrinam et immunditias canistro deferens projiciebat in Euphratem. Hujuscemodi actionibus exercebat se et carnem spiritui subjiciebat. Igitur, fratres mei, qui vult refrænare passionem superbiæ sic se humiliet. Porro hic beatus ordinavit Severum fratrum suum episcopum Samosatæ, et ambo in Ecclesia illustres facti sunt.

Hoc tempore, interfecto Mauricio, Græcorum imperatore, Persæ subjugarunt Mesopotamiam et Syriam. Chosroes Edessam misit episcopum quemdam Nestorianum, nomine Ahischmam[1]. Quo a fidelibus non ad-

[1]) Refert Theophanes ad an. Chr. 616 Chosroem, furore percitum ob plagam ipsius exercitui a Græcis inflictam, Christianos ad amplectendam Nestorii hæresim adegisse.

ܫܕܪ ܠܝܘܚܢܢ ܐܦܣܩ̈ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܡܢ
ܘܩܒܠܘܗܝ ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܚܦܝܛܐܝܬ. ܗܝܕܝܢ
ܦܩܕ ܟܣܪܐ. ܘܐܬܛܪܕܘ ܟܠܗܘܢ ܐܦܣ̈ܩܐ
ܟܠܩܕܘܢܝܐ ܡܢ ܟܠܗ ܣܘܪܝܐ. ܘܐܬܝܗܒ
ܠܢ ܟܠܗܝܢ ܥܕ̈ܬܐ ܘܕܝܪ̈ܬܐ ܕܐܬܢܣܒ
ܗ̈ܘܝ ܡܢܢ ܒܝ̈ܘܡܝ ܡܘܪܝܩܝܐ ܒܐܝܕ
ܕܘܡܛܝܢܐ ܐܦܣܩ ܟܠܩܕܘܢܝܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ
ܕܐܥܝܪ ܪܕܘܦܝܐ ܥܠ ܣܘܪ̈ܝܝܐ. ܬܘܒ ܩܝܡ
ܟܣܪܐ ܠܬܠܬܐ ܐܦܣ̈ܩܐ ܐܪܬܕܘܟ̈ܣܐ ܥܠ
ܡܕܢ̈ܚܝܐ ܕܢܬܩܒܠܘܢ ܥܠ ܥܕ̈ܬܐ
ܕܣܘܪܝܐ. ܘܐܫܥܝܐ ܡܢ ܐܚܕ ܠܐܘܪܗܝ. ܡܛܠ
ܕܝܘܚܢܢ ܗܦܟ ܠܐܬܪܗ. ܘܫܡܘܐܝܠ
ܠܐܡܝܕ. ܘܐܚܪܢܐ ܠܬܠܐ ܕܡܘܙܠܬ. ܐܠܐ
ܥܡܘ̈ܡܐ ܕܟܦܪ̈ܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝ̈ܢܬܐ ܠܐ ܩܒܠܘܢ ܗܘܘ
ܠܐܦܣ̈ܩܐ ܕܐܫܕܪ ܟܣܪܐ. ܡܛܠ
ܕܡܢ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ܡܬܩܝܡܝܢ ܗܘܘ.
ܘܗܠܝܢ ܡܪ̈ܥܝܬܐ ܕܦܛܪܝ ܘܠܐ ܕܡܦܪܝܢܐ
ܗ̈ܘܝ. ܦܛܪܝܪܟ ܕܝܢ ܡܪܝ ܐܬܢܣܝܘܣ ܟܕ
ܫܡܥ ܗܠܝܢ. ܦܩܕ ܠܩܘܪܝܩܘܣ ܕܐܡܝܕ.
ܗܘ ܕܡܢ ܟܠܩܕܘ̈ܢܝܐ ܪܕܝܦ ܗܘܐ. ܕܢܗܘܐ
ܣܥܘܪ ܠܡܗܝ̈ܡܢܐ ܕܐܡܝܕ ܘܕܟܠܗ ܒܝܬ
ܢܗܪ̈ܝܢ. ܐܦܣ̈ܩܐ ܕܝܢ ܡܕܢܚ̈ܝܐ ܐܬܚܡܬܘ
ܒܗ ܒܩܘܪܝܩܐ ܘܢܨܝܢ ܗܘܘ ܥܡܗ. ܐܦ
ܐܝܡܝܢ ܠܗ ܒܟܣܪܐ. ܒܪܡ ܐܝܟ ܕܗܘ݂ ܀

misso, misit Joannem episcopum, unum e nostris, qui a fidelibus alacriter susceptus fuit. Tunc jussit Chosroes expellere omnes episcopos Chalcedonenses ex universa Syria et restitutæ nobis fuerunt omnes ecclesiæ et monasteria, diebus Mauricii nobis erepta per Domitianum, episcopum Chalcedonensem Melitinae, qui commoverat persecutionem adversus Syros. Præterea Chosroes tres episcopos orientales orthodoxos præfici jussit ecclesiis Syriae : et Isaias quidem obtinuit Edessam quia Jonas (Joannes?) redierat ad patriam, Samuel Amidam et tertius Telam Mauzalat[1]; sed ruricolæ qui extra *urbes* in pagis habitabant non receperunt episcopos a Chosroë missos, utpote a maphriano Orientis constitutos, quum istae dioeceses patriarchæ non autem maphriano subderentur. Verum, hisce auditis, patriarcha Mar Athanasius praecepit Cyriaco[2] Amidensi, qui a Chalcedonensibus persecutionem subierat, ut visitaret omnes fideles diœcesis Amidæ et totius Mesopotamiæ; episcopi autem orientales, ira moti contra Cyriacum, cum eo contendebant et a Chosroe minas ei faciebant; sed quidquid sit, eorum sedes ab episcopis nostris regebantur. Deleta quippe erat memoria Chalce-

[1]) ܬܠܐ *Tela* (i. e. *collis*) vel *Tela-Mauzalat*, urbs erat Mesopotamiæ, æquali fere itinere ad orientem a. Nisibi, ab Amida ad septentrionem distans. Vocabatur olim *Antipolis* et *Constantina*. Cfr. Assemanus, *Diss. de Monophys.* p. 114; Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien* XI Th.; III abt. p. 270-372.

[2]) Cyriacus Amidae episcopus constitutus fuit anno 578. Decessit anno 623 postquam hanc ecclesiam quadraginta quinque annis rexisset. Scripsit canones quos in suo *Nomocanone* sæpe laudat Barhebræus. Cfr. Assemanus *Bibl. Orient.*, II, 90.

ܡܢ ܐܦܪܬ ܘܠܗܠ ܡܩܕܘܢܝܐ ܗܘܘ
ܦܘܪܥܢܐ . ܘܐܬܦܢܝ ܒܪܫܗܘܢ ܕܡܩܕܘܢܝܐ
ܡܢ ܦܪܥ ܠܡܥܠܢܐ . ܘܗܟܢ ܡܕܡ ܕܥܒܕܘܗܝ
ܒܢܦܫܗܘܢ . ܘܐܝܟ ܕܒܥܘ ܠܢ ܥܒܕܘ
ܦܘܪܥܢܐ . ܐܬܦܪܥܘ ܡܢ ܦܪܣܝܐ .

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܡܫܬܡܗ ܗܘܐ ܬܐܘܡܐ ܚܪܩܠܝܐ ܕܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܛܪܝܠ . ܗܘ ܕܒܛܠܝܘܬܗ ܒܩܢܫܪܝܢ ܐܬܪܕܝ ܒܝܘܢܝܐ ܡܠܝܐ . ܘܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܡܒܘܓ . ܘܟܕ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܕܘܡܛܝܢܘܣ ܡܠܝܛܝܢܝܐ ܢܚܬ ܠܐܝܓܘܦܛܘܣ . ܘܥܡܪ ܒܐܢܛܘܢ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܘܬܪܨ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܕܝܠܗ ܣܓܝܐܐ ܠܟܬܒܐ . ܘܐܦ ܠܫܪܟܐ ܡܢ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܠܫܪܟܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ . ܒܬܪ ܡܬܩܢ ܚܬܝܬܐ ܘܡܠܝܠܐ . ܒܬܪ ܦܘܫܩܐ ܩܕܡܝܐ ܕܒܝܕ ܦܘܩܕܢܗ ܕܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܐܬܦܫܩ ܗܘܐ ܒܡܒܘܓ .

donensium ab Euphrate ad Orientem. Deus enim in caput eorum crimen ab ipsis commissum rependerat, et eorum quæ in nos per Græcos commiserant retributionem a Persis acceperunt.

Hoc tempore claruit Thomas Heracleensis[1], e monasterio Taril, qui a pueritia in monasterio Kenserinensi litteris græcis excultus, postea Mabugi episcopus fuit. Exagitatus autem a Domitiano Melitinensi, in Ægyptum profectus est habitavitque in Anton Alexandriæ[2], ubi memorabili diligentia correxit sacrum Evangelii codicem et reliquos novi *Testamenti* libros exacta admodum et accurata emendatione[3] post primam versionem Mabugi cura Philoxeni elaboratam.

[1]) *Heracleensis* seu *Harclensis* dictus est, quia erat ܡܢ ܚܪܩܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܦܠܣܛܝܢܝܐ *ex Harchel in Palæstina*, ut asserit anonymus ejus vitæ auctor ap. Asseman. *Bibl. Or.*, II, 90.

[2]) Additur in Cod. rom. ܒܥܘܡܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܢܛܘܢܝܢܐ *in monasterio sancto Antonianorum. Bibl. Or.*, II, 334.

[3]) De hac Novi Testamenti recensione sic loquitur ipse Thomas (ap. Assem. *Bibl. Or.*, II, 93): ܐܬܦܫܩ ܕܝܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܐܪܒܥܐ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܘܒܥܡܠܐ ܪܒܐ . ܠܘܩܕܡ ܡܢ ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܒܘܓ ܒܝܘܡܝ ܕܚܣܝܐ ܡܪܝ ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܡܘܕܝܢܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܗܝ ܡܕܝܢܬܐ . ܐܬܦܚܡ ܕܝܢ ܒܬܪܟܢ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܡܢܝ ܬܐܘܡܐ ܡܣܟܢܐ ܥܡ ܬܠܬܐ ܨܚܚܐ ܕܝܘܢܝܐ ܡܫܪܪܐ ܛܒ ܘܡܬܪܨܐ ܒܐܢܛܘܢ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ ܒܥܘܡܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܢܛܘܢܝܢܐ . ܐܬܟܬܒ ܬܘܒ ܘܐܬܦܚܡ ܒܕܘܟܬܐ ܗܕܐ . ܘܡܬܡܠܝ ܒܗ ܫܢܬܐ . ܟܠܗ ܗܘ ܘܫܘܒܚܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܠܥܠܡ .

« *Translatus autem fuit liber hic quatuor sanctorum Evangelistarum e græco sermone in syriacum studio accuratissimo summoque cum labore, primum quidem in urbe Mabug diebus religiosi Mar Philoxeni confessoris, ejusdem urbis episcopi: postea vero collatus fuit studiosissime a me paupere Thoma ad tria exemplaria græca valde accurata correctaque in Anton magnæ urbis Alexandriæ in sacro Antonii mo-*

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܙܠ ܐܬܐܢܐܣܝܘܣ ܦܛܪܝ̈
ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܟܕ ܐܢܣܛܣܝܘܣ ܦܛܪܝ̈ ܠܐܪ̈ܬܕܘܟܣ
ܗ̄ܘ . ܐܫܬܘܬܦ . ܘܩܒܠ ܥܡܗ ܫܝܢܘܬܐ
ܒܬܪ ܦܠܓܐ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܒܟ̈ܠܗ ܣܢܝܩܐ ܕܒܝܬ
ܦܛܪܐ ܠܕܘܡܝܢܐ . ܗܘܬ ܕܝܢ ܫܝܢܘܬܐ ܗܕܐ
ܒܝܬ ܥܕܬܐ ܕܝܠܢ ܕܣܘܪܝܐ ܠܗܝ
ܕܡܨܪܝܢ . ܒܫܢܬ ܬܬܟܙ ܕܝܘܢܝܐ ܘܒܥܘܕܪܢ
ܘܗܠܝܢ ܕܬܪܝܢ . ܥܠܝܗ ܕܩܕ̈ܝܫܐ ܗܢܘܢ ܗܠܝܢ
ܡܪ̈ܥܝܐ . ܘܢܝܩܝܛܐ ܪܒ ܚܝܠܐ ܘܫܪܟܐ
ܕܡܗܝܡ̈ܢܐ .

ܘܟܕ ܩܛܠܗ ܡܠܟܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܐܬܩܛܠ ܡܢ
ܒܪܗ . ܘܐܬܦܢܝܬ ܗܪܩܠܝܘܣ ܡܠܟܘܬܐ ܥܠ
ܣܘܪܝܐ ܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ . ܘܢܦܩܘ ܠܐܘܪܥܗ
ܥܡܐ ܘܟܗ̈ܢܐ ܘܕܝܪ̈ܝܐ . ܘܟܕ ܚܙܐ ܘܫܒܚ
ܣܓܝܐܘܬܐ ܕܕܝܪ̈ܝܐ . ܘܐܡܪ ܠܟ̈ܠܗ ܐܪܙܗ .

Eodem tempore abiit Athanasius patriarcha Alexandriam, ubi orthodoxorum patriarcha erat Anastasius, et iniit cum ipso unionem post schisma e dissidio inter Petrum et Damianum ortum. Facta est igitur unio inter ecclesiam nostram Syriæ et ecclesiam Ægypti, anno Græcorum nongentesimo vigesimo septimo (*Chr.* 616), opera horum duorum sanctorum sicut et Nicetæ, ducis exercitus, ceterorumque fidelium[1].

Occiso autem Chosroe Persarum rege a filio suo, Heraclius, recuperata rursus Syria, venit Edessam. Populus, sacerdotes et monachi processerunt obviam ei. Quum multitudinem monachorum admiratus esset atque lau-

nasterio, ubi et ipsum mihi exaravi pro peccatricis animæ meæ utilitate, et pro multorum beneficio, qui diligunt quæruntque utilem exactamque divinarum Scripturarum integritatem nosse et custodire. Scriptus autem collatusque fuit in loco quem supra memoravi, anno Alexandri nongentesimo vigesimo septimo (Chr. 616), indictione quarta. Quantum autem laboris et studii in ipso ejusque sociis (reliquis nimirum novi Testamenti libris) subierim solus Dominus novit.»

Eadem leguntur in epigraphe codicis syriaci Musæi britannici (ap. Forshall *Catal. codd. syr. Musæi Britannici*, p. 27), cum hac differentia quod Thomas ibi asserit librum a se non ad tres sed ad duos codices fuisse collatum.

[1]) De hac unione hæc tradit Renaudotius in *Historia patriarcharum Alexandrinorum*, p. 152-153. Quum vehementer optaret Anastasius, Jacobitarum Alexandrinorum patriarcha, ut scissio inter Petrum et Damianum orta tolleretur, statim ac audivit in throno Antiocheno sedere Athanasium scripsit ad eum synodicam de fide epistolam. Hanc Athanasius cum gaudio suscepit, convocatisque episcopis suis, eam ipsis exhibuit, præfatus de antiqua utriusque ecclesiæ concordia a tempore Severi et Theodosii et antiquissimæ inter Petrum apostolum, fundatorem ecclesiæ Antiochenæ, et Marcum, primum Alexandrinæ episcopum, familiaritate. His auditis consenserunt episcopi ut synodica susciperetur arctiorque inter utramque ecclesiam societas contraheretur. Athanasius patriarcha, assumptis secum episcopis quinque, Alexandriam navigavit, ut Anastasium inviseret, qui tunc erat in monasteriis. Susceptus ab Anastasio ejusque clero in monasterio quod erat ad littus maris orientale pacem iniit inter utramque ecclesiam et uno mense ibidem mansit. Ab eo tempore stabilita fuit consuetudo, religiose in utraque ecclesia Antiochena et Alexandrina servata, ut novi patriarchæ alter ad alterum scriberent, statim postquam ordinati erant, et eorum synodicæ epistolæ publice in ecclesia perlegerentur. Porro ista unio, juxta Barhebræum, anno 616 inita fuerit; juxta Severum vero, Makrisium et Elmacinum, quos secutus est Renaudotius, Anastasius obierit anno 614, adeoque unio effecta fuerit necesse est ante hunc annum.

ܘܠܐ ܙܕܩ ܕܢܫܒܘܩ ܠܒܪ ܗܢܐ ܥܡܐ
ܡܫܒܚܐ ܠܢܘܟܪܝܐ ܡܢܢ . ܘܟܕ ܗܘܐ ܥܐܕܐ
ܕܒܪܝܐ . ܢܚܬ ܠܥܕܬܐ ܕܝܠܢ. ܘܝܗܒ ܐܡܘܪܐ
ܝ̈ܘܪܐ ܠܟܠܗ ܥܡܐ . ܕܠܡܐ ܒܗܘܢ ܢܨܝܕ
ܐܢܘܢ ܕܢܬܩܒܠܘܢ ܠܣܘܢܗܘܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ.
ܘܟܕ ܕܨܒܬܐ ܠܬܘܡܬܐ ܐܬܦܠܚܬ : ܩܪܒ
ܡܠܟܐ ܕܢܫܬܘܬܦ ܒܐܪ̈ܙܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܐܝܟ
ܥܝܕܐ ܕܡ̈ܠܟܐ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ . ܐܫܥܝܐ ܕܝܢ
ܡܝܛܪܦܘ ܕܐܘܪܗܝ · ܡܢ ܚܡܝܡܘܬܐ
ܕܛܢܢܗ ܟܠܝܗܝ ܠܡܠܟܐ ܡܢ ܐܪ̈ܙܐ ܘܐܡܪ
ܕܐܠܐ ܟܕ ܠܐ ܚܪܡܬ ܠܗ ܠܣܘܢܗܘܕܘܣ
ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ ܒܟܬܒܬܐ . ܠܐ ܫܒܩ ܐܢܐ
ܠܟ ܕܬܬܩܪܒ ܠܐܪ̈ܙܐ . ܘܐܬܚܡܬ ܗܪܩܠܝܣ
ܘܛܪܕܗ ܠܐܫܥܝܐ ܐܦܣܩ̈ ܡܢ ܥܕܬܐ ܪܒܬܐ
ܘܝܗܒܗ ܠܟܠܩܝܕܘܢܝܐ . ܘܢܦܩܘ ܥܡ
ܐܦܣܩ ܐܦ ܪ̈ܫܢܐ ܡܢܗ ܕܥܕܬܐ . ܗܢܘܢ
ܕܡܬܝܠܕܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܫܪ̈ܒܬܐ ܕܒܝܬ
ܣܪܦܝܐ ܘܒܝܬ ܬܠܡܚܪܝܐ . ܘܒܝܬ ܩܘܣܡܐ
ܒܪ ܥܪܒܝ ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ . ܕܕܝܠܗܘܢ
ܗܘܐ ܟܠܗ ܡܐܢܝܐ ܕܥܕܬܐ.

ܘܟܕ ܐܬܐ ܡܠܟܐ ܠܡܒܘܓ . ܐܙܠ
ܠܘܬܗ ܦܛܪܝܪܟ̄ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܘܥܡܗ
ܬܪܥܣܪ ܐܦܣܩ̈ . ܘܒܥܐ ܡܢܗܘܢ ܡܠܟܐ

davisset, dixit suae religionis fidelibus: „non licet relinquere tantum tamque inclytum populum a nobis alienum.“ Quum igitur advenisset dies festus, descendens ad ecclesiam nostram munera præclara universo populo largitus est, si forte his alliceret eos ad amplectendam synodum Chalcedonensem. Dum autem sacrificium divinum perficeretur, accessit imperator ut particeps fieret sanctissimi sacramenti secundum morem imperatorum christianorum. Isaias autem, Edessae metropolita, zelo suo accensus cohibuit imperatorem a sanctis sacramentis, dicens: „nisi scripto synodum Chalcedonensem anathematizaveris, non sinam te attingere sacramenta.“ Quare iratus Heraclius Isaiam episcopum ejecit ex ecclesia magna eamque dedit Chalcedonensibus. Simul autem cum episcopo ex ecclesia exierunt magnates, qui nobiles efformabant familias Bethsarphiæ, Bethtelmahariæ, Bethcosmæ Bararabi, et alii plurimi, ad quos tota ecclesiæ suppellex pertinebat.

Cum porro Mabugum ingressus esset imperator, ipsum adiit patriarcha Mar Athanasius et cum eo duodecim episcopi[1]. Imperator petiit ab eis li-

[1]) Conferendi sunt cum Barhebræo Theophanes ad annum 621 (Migne, *Patrol. gr.* CVIII, 678), Georgius Hamartolus in *Chronico* ad regnum Heraclii (Migne, *Patrol. gr.*, CX, 835), Georgius Cedrenus ad annum 20 Heraclii (Migne, *Patrol. gr.*, CXXI, 806). Isti auctores in pluribus dissentiunt a Barhebræo et tradunt Athanasium cum Sergio Constantinopolitano qui et ipse natione Syrus erat, vafritie sua Heraclium decepisse et in errorem Monothelitarum induxisse. »*Anno vigesimo, inquit Cedrenus, cum degeret Hierapoli Heraclius, venit ad eum Athanasius Jacobitarum patriarcha, homo callidus et, ut sunt Syri omnes, natura ad mala facinora versutia instructus. Is cum imperatore de fide colloquitur eique imperator promittit se eum, modo Chalcedonensis concilii decreta approbet Antiochiæ episcopum creaturum. Athanasius id simulat, ac fatetur duas in Christo esse unitas naturas. Simul imperatori quæstionem proponit de operatione*

ܕܬܘܕܝܬܗܘܢ . ܘܝܗܒܗ ܠܗ . ܘܟܕ ܩܪܐ
ܫܒܚ ܐܢܘܢ . ܒܪܡ ܠܐ ܫܠܐ ܡܢ ܗ̇
ܕܢܐܠܨ ܐܢܘܢ ܕܢܩܒܠܘܢ ܣܘܢܗܘܕܘܣ
ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ . ܘܟܕ ܠܐ ܡܬܛܦܝܣܘ ، ܐܬܚܡܬ
ܗܪܩܠܝܣ ܘܟܬܒ ܠܟܠܗ ܐܘܚܕܢܗ . ܕܟܠ
ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܣܘܢܗܘܕܘܣ ܢܚܝܪܗ ܘܐܕ̈ܢܘܗܝ
ܢܬܦܣܩܘܢ ܘܒܝܬܗ ܢܬܒܙ . ܗܝܕܝܢ ܣܓ̈ܝܐܐ ܗܦܟܘ .
ܘܚܘܝܘ ܚܪܝܦܘܬܗܘܢ ܕܝܪ̈ܝܐ ܕܒܝܬ ܡܪܘܢ
ܘܡܓ̈ܒܝܐ ܘܚܡܨܝܐ . ܘܒܙܘ ܥܕ̈ܬܐ
ܣܓ̈ܝܐܬܐ ܘܕܝܪ̈ܬܐ . ܘܟܕ ܩܒܠܝܢ ܗܘܘ
ܗܠܝܢ ܕܝܠܢ ܠܘܬܗ ܕܗܪܩܠܝܣ ܠܐ ܦܢܐ
ܗܘܐ ܠܗܘܢ . ܡܛܠܗܕܐ ܐܠܗܐ ܕܬܒ̈ܥܬܐ
ܐܝܬܝ ܐܝܫܡܥܝܠܝ̈ܐ ܦܪܩܢ ܠܢ
ܡܢ ܐܝܕܝܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ . ܘܐܦܢ ܐܦ ܠܐ
ܐܬܦܢܝ ܠܢ . ܡܛܠ ܕܡܢ ܐܡܠܟܘܬܗ ܕܛܝ̈ܝܐ .
ܠܟܠ ܬܘܕܝܬܐ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܚܝܕܐ
ܒܐܝܕܝܗ ܢܛܪܬ . ܐܠܐ ܠܢ ܒܪܡ ܐܝܬ
ܝܘܬܪܢܐ ܕܐܬܦܪܩܢ ܡܢ ܚܪܝܦܘܬܐ ܕܪ̈ܘܡܝܐ
ܘܡܢ ܣܢܝܬܗܘܢ ܡܪܝܪܬܐ ܕܠܘܬܢ .

ܘܒܙܒܢܗ ܕܗܢܐ ܐܬܢܤ ܗܘܐ ܚܝܘܬܐ
ܕܡܕܢ̈ܚܝܐ ܥܡ ܟܘܪܣܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܐܝܟ
ܕܥܬܝܕܝܢ ܠܡܚܘܝܘ ܒܥܘܕܪܢ ܐܠܗܐ . ܘܟܕ
ܫܢ̈ܝܐ ܬܠܬܝܢ ܘܫܬ ܫܡܫ ܗܘ ܡܪܝ
ܐܬܢܤ . ܫܟܒ ܘܐܬܬܣܝܡ ܒܕܝܪܐ
ܕܓܪ̈ܘܡܝܐ . ܘܒܟ̈ܬܒܐ ܐܫܟܚܢ ܕܐܦܣ

bellum confessionis *fidei*. Quo dato et perlecto, laudavit eos, sed non desiit eos urgere ut susciperent synodum Chalcedonensem. Quum autem non assentirentur, iratus Heraclius scripsit universæ ditioni : « si quis non acquiescit *synodo*, amputentur ei nasus et aures, ejusque domus diripiatur. » Tum multi conversi sunt, suamque crudelitatem ostenderunt monachi *monasterii Mar* Maronis (?) et Megabaei (?) ac Emęseni, qui multas ecclesias multaque monasteria diripuerunt. Quum igitur nostri conquererentur apud Heraclium, nihil eis respondit. Quapropter Deus ultionum per Ismaelitas e manibus Græcorum nos liberavit. Porro, quamvis ecclesiæ nostrae ad nos reversæ non sint, quia sub dominatione Arabum unaquæque confessio quæcumque in manibus possidebat, servavit, nihilominus tamen nobis non parum proficuum fuit, quod erepti fuerimus a crudelitate Græcorum et ab amaro eorum in nos odio.

Tempore hujus Athanasii univerunt se Orientales sedi Antiochenæ, ut cum divino auxilio ostensuri sumus[1]. Quum autem annis triginta sex munere suo functus esset Athanasius, obiit et repositus fuit in monasterio Garumæorum. In codicibus invenimus eum episcopatum gessisse annis qua-

et voluntatibus, utrum eæ duplices in Christo an vero simplices dicendæ sint. Ea de re imperator ad Sergium Constantinopolitanum et Cyrum, Phasidis episcopum, scribit. Quorum, cum uterque a secta Monothelitarum esset, invenit eos idem cum Athanasio sentire. »

[1]) Infra, in altera sectione *Chronici ecclesiastici*.

ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܢܦܩ . ܘܫܢܝ ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ
ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ .

ܒܬܪ ܐܬܢܣܝܘܣ ܀ ܝܘܚܢܢ ܬܠܡܝܕܗ

ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܕܣܕܖ̈ܘܗܝ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܐܘܣܒܘܢܐ . ܐܬܬܣܝܡ ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪ̈ܬܝܢ ܕܝܘ̈ܢܝܐ . ܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܐܒܪܗܡ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܢܨܝܒܝܢ . ܠܗܢܐ ܩܪܝܗܝ ܥܡܪܘ ܒܪ ܣܥܕ ܐܡܝܪܐ ܕܛܝܝ̈ܐ ܠܘܬܗ · ܘܒܥܐ ܡܢܗ ܕܢܦܫܘܩ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܠܠܫܢܐ ܣܪܩܝܐ ܐܘܟܝܬ ܛܝܝܐ . ܒܠܚܘܕ ܫܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ . ܐܘ ܕܡܥܡܘܕܝܘܬܐ ܐܘ ܕܙܩܝܦܐ ܕܐܬܬܠܝ ܥܠܘܗܝ ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܢܫܬܒܩ ܒܗ . ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܐܡܪ ܠܗ . ܚܣ ܕܐܦܣܘܩ ܚܕܐ ܝܘܕ ܐܘ ܚܕ ܫܘܦܐ ܡܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ . ܘܐܦܢ ܐܢ ܒܟܠܗܘܢ ܙܝܢ̈ܐ ܘܠܘܟ̈ܝܐ ܕܡܫܪ̈ܝܬܟ ܢܒܙܥܘܢ ܠܝ . ܘܟܕ ܚܙܐ ܠܥܘܫܢܗ ܐܡܪ ܠܗ . ܙܠ ܘܟܬܘܒ ܐܝܟܢܐ ܕܨܒܝܬ .

ܘܒܗ ܙܒܢܐ ܡܫܬܡܗܪ ܗܘܐ ܒܝܘ̈ܠܦܢܐ ܡܠܝܠܝܐ ܘܡܬܡܐܛܝܩܝܐ ܘܥܕܬܢܝܐ ܣܘܝܪܐ ܣܒܘܟܬ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܢܫܪܝܢ . ܐܦ ܡܬܝ ܕܚܠܒ .

draginta quatuor et obiisse anno nongentesimo quadragesimo secundo. (*Chr*. 631)[1].

51. *Post Athanasium*, JOANNES, *ejus discipulus*.

Hic e monasterio Eusebonæ[2] ipse ille est qui „Sedrarum[3]„ cognomen habuit. Ordinatus est anno Græcorum nongentesimo quadragesimo secundo (*Chr*. 631). Imposuit illi manum Abraham, metropolita Nisibis. Hunc Amrus Barsaadi, Arabum emirus, ad se vocavit postulans ab eo ut Evangelium verteret in linguam saracenicam seu arabicam, ita tamen ut nomen Christi Dei, baptismatis et crucis in qua Christus suspensus fuit, omitteretur. Beatus autem Joannes respondit : „absit ut resecem unum iud aut unum apicem ab Evangelio, etiamsi omnibus telis et lanceis tuorum castrorum transfigendus forem.„ Viso igitur ejus animo, Amrus dixit : „vade et scribe quomodo volueris.„

Eo tempore celebris factus est studiis dialecticis, mathematicis et ecclesiasticis Severus Sabocht, episcopus Kenserinensis. Inclaruit etiam Matthæus Alepi[4].

[1]) Dionysius in *Chronico* mortem ejus reponit in an. 644.

[2]) ܕܝܪܐ ܕܐܘܣܒܘܢܐ *cœnobium Eusebonæ*, ab Eusebona et Abibione conditum, a tempore S. Simeonis stylitæ, qui ibi vitam monasticam professus est, satis celebre, Jacobitarum postea domicilium, situm erat apud Teledam. Teleda porro, hodie *Hasya* vel *Hassieh* sita erat in deserto Syriæ in via quæ ducit ab Emesa, hodie Homs, ad Damascum. Cfr. Assemanus, *Dissert. de Monophys.* 98; Smith, *Thesaur. syr.*, ad h. v.; Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, XVII th., v abth. 1286, 1443, 1464, 1563.

[3]) ܣܕܪܐ, *liber, ordo, precatio quædam in officio liturgico.*

[4]) In codicis margine, manu, ut videtur, altera, legitur ܡܬܝ ܐܦܣܩ ܕܚܠܒ *Matthæus episcopus Alepi.*

ܘܡܪܛܝܢܝܢܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܟܠܩܝܕܘܢܝܐ
ܕܪܘܡܝ ܟܢܫ ܡܐܐ ܘܬܫܥܐ ܐܦܣܩܘܦܝܢ
ܘܐܚܪܡ ܠܗܪܩܠܝܣ ܡܠܟܐ ܘܠܣܪܓܝܣ
ܘܠܦܘܪܘܣ ܘܠܦܘܠܘܣ ܘܠܟܠ ܕܠܐ
ܡܘܕܐ ܒܡܫܝܚܐ ܬܪ̈ܝܢ ܨܒܝܢܝ̈ܢ ܘܬܪ̈ܬܝܢ
ܡܥܒܕܢܘ̈ܬܐ ܘܬܪ̈ܬܝܢ ܟܝ̈ܢܐ. ܗܕܐ ܓܝܪ
ܗܪܣܝܣ ܡܢ ܡܟܣܝܡܘܣ ܐܢܫ ܕܡܢ
ܚܣܦܝܢ ܩܪܝܬܐ ܕܒܦܠܚܢܐ ܕܛܒܪܝܐ
ܐܙܕܪܥܬ ܒܪܘܡܝ. ܘܐܬܐ ܠܘܬܢ ܗܘ
ܡܟܣܝܡܘܣ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܦܘܠܝܣ. ܘܟܕ ܫܡܥ
ܩܘܣܛܘܣ ܒܪ ܗܪܩܠܝܣ ܡܠܦܢܘܬܗ ܐܬܚܡܬ
ܥܠܘܗܝ. ܘܚܒܫܗ ܒܕܝܪܐ ܕܢܫ̈ܐ ܐܝܟܢ
ܕܢܒܗܬ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܛܥܝ ܠܕܝܪ̈ܝܬܐ.
ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܫܬܘܬܦ̈ܢ ܥܡ ܩܘܪܒܢܐ ܗܘ
ܕܡܩܪܒ ܗܘܐ ܐܟܣܘܣ ܪܝܫܐ ܕܝܠܗܝܢ. ܗܠܝܢ
ܕܝܢ ܢܫ̈ܐ ܠܦܬܘ̈ܬܐ ܗܘ ܩܘܕܫܐ ܕܩܘܪܒܢܗܝܢ
ܪ̈ܡܝܢ ܗܘ̈ܝ. ܘܟܕ ܐܬܦܪܣܝ. ܒܦܘܩܕܢ
ܡܠܟܐ ܐܬܓܪ̈ܪܝ ܒܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܘܩܕ ܐܢܝܢ
ܒܢܘܪܐ. ܘܕܡܟܣܝܡܘܣ ܦܣܩܘ ܠܫܢܗ.
ܘܠܐ ܫܠܐ. ܐܠܐ ܫܪܝ ܟܬܒ ܐܓܪ̈ܬܐ. ܘܦܩܕ

Martinus[1] autem, episcopus Chalcedonensis Romæ congregavit[2] centum et novem episcopos et anathematizavit Heraclium imperatorem, Sergium, Pyrrhum, Paulum, omnesque qui non confitentur in Christo duas voluntates, duas operationes duasque naturas[3]. Hæc quippe hæresis a Maximo[4] quodam e pago Hasphin in ditione Tiberiadis disseminata fuit Romæ. Venit porro Maximus Constantinopolim. Constans autem, Heraclii filius, audita ejus doctrina, ira accensus est eumque in monasterio mulierum inclusit ut erubesceret. Ille vero in errorem ita pertraxit moniales, ut recusarent participes fieri oblationis quam offerebat Axus, earum præpositus. Hæ autem mulieres particulas consecratas intra soleas suas injiciebant. Quum autem earum nequitia divulgata esset, jussu imperatoris in civitatem tractæ fuerunt igneque concrematæ, Maximo vero lingua abscissa fuit: qui tamen nequaquam cessavit, sed cœpit scribere epistolas. Jussit igitur imperator

[1]) In codice scribitur ܡܪܛܝܢܝܢܐ *Martinianus*.

[2]) In concilio Lateranensi an. 649. Cfr. *Concil. collect*. Ed. Venet. 1729, t. VII.

[3]) ܨܘܪ̈ܬܐ proprie *formæ* : sed vox *forma* a sanctis Patribus non semel pro *natura* usurpata fuit. Testem sufficiat adducere ipsum Martinum Papam, in actione prima concilii Lateranensis hanc vocem eo sensu usurpantem.

[4]) In narrandis S. Maximi gestis Barhebræus ita miscet vera falsis ut erronea sint omnia. Natus est Maximus in ipsa urbe Constantinopoli. Postquam autem adolevisset, imperator Heraclius, ob egregias illius virtutes, eum in aulam accivit ut ipsi esset a secretis; cui muneri Maximus paulo post renunciavit ut vitam monasticam amplecteretur. Strenuus Monothelismi debellator Maximus adductus fuit Constantinopolim ut doctrinæ suæ rationem redderet. In carcerem atrum projectus, quia in fide firmus stabat, deinde in exilium actus moxque ab exilio revocatus, quum nec blanditiis nec minis nec astucia adduceretur ad probandum Monothelismum, jussu Constantis durissimis nervis cæsus fuit. Deinde, amputatis ei lingua dextraque, rursus in exilium relegatus fuit ubi tormentis exhaustus obiit. Cf. *S. Maximi vita* ap. *Migne*, *Patrol. gr*. XC; *Acta sanct.*, ad diem 13m August.

[illegible]

dextram ei amputari. Quum porro sinistra scribere cœpisset, etiam sinistra ei amputata fuit, simulque ipse in exilium detrusus fuit, quum ad nullum ordinum sacrorum gradum promotus fuisset. Asserabat porro, ob corpus quod concupiscit nocivum spiritui et spiritum qui concupiscit nocivum corpori, aliam esse voluntatem animæ aliam corporis, aliam Dei aliam hominis, utramque autem in Christo unitam esse. Et initio quidem, etsi ab ista hæresi refugerunt Chalcedonenses[1], hodie tamen omnes ea detinentur. Nestoriani autem, etsi duas naturas duasque personas prædicant ab asserendis duabus voluntatibus valde refugiunt, et talis assertio in eorum scriptis non occurrit.

[illegible]

Porro patriarcha Mar Joannes, quum spatio decem et octo annorum munere suo functus esset, defunctus est anno nongentesimo sexagesimo (*Chr.* 649)[2] mense Conun priore (*Decembri)*, Amidæ in templo Mar Zoaræ sepultus.

[illegible]

52. *Post Joannem cognomento Sedrarum*, THEODORUS.

Hic electus fuit e monasterio Kenserinensi, quo venerat e deserto Sce-

[1]) Initio Chalcedonenses nequaquam Monothelismo adhæserunt, siquidem post Xenaiam Monophysitam ejus auctores fuerunt Sergius, Pyrrhus, Cyrus et Theodorus. Ceterum Barhebræus statum quæstionis præpostere exhibet, ut patet ex iis quæ modo S. Maximo attribuit; is enim non contendit unquam esse in Christo duas voluntates ad invicem pugnantes, (quod subdole adversariis suis adscribebat Sergius in sua ad Honorium epistola), sed duas voluntates, divinam videlicet et humanam, plane concordes.

[2]) Anno 651 juxta Dionysium ap. Asseman. *Bibl. or.*, II, 103.

ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܐܒܪܗܡ ܕܚܡܨ ܒܥܕܬܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܕܐܬܢܝܚ ܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ܐܬܬܣܝܡ. ܘܒܙܒܢܗ ܫܓܘܫܝܐ
ܪܒܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܝܬ ܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܥܠ
ܡܠܬܐ ܗܝ ܕܬܪܬܝܢ ܨܒܝܢܐ. ܘܟܢܘܫܝܐ
ܪܘܪܒܐ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ. ܘܠܚܕܕܐ ܡܣܬܪܚܝܢ.
ܘܟܕ ܩܠܝܠ ܡܢ ܩܕܡ ܡܓܚܟܝܢ ܗܘܘ.
ܥܠܝܢ ܡܛܠ ܬܠܝܬܝܐ ܗܢܘܢ ܕܐܬܦܪܫܘ ܡܢܢ.
ܘܥܓܠ ܕܥܟܘ. ܗܢܘܢ ܡܢ ܬܗܘܡܐ
ܠܬܗܘܡܐ ܐܬܦܪܣܘ. ܘܗܪܣܝܣ
ܕܢܦܩܬ ܒܗܘܢ ܐܫܬܥܒܕܘ ܟܠܗܘܢ ܥܕܡܐ
ܠܝܘܡܢܐ. ܘܐܦ ܓܝܪ ܒܡܢܝܢܐ ܕܟܝܢܐ
ܐܛܥܝܘ ܗܘܐ ܒܗܘܢ ܗܪܣܝܣ. ܐܠܐ ܒܚܕ
ܕܚܕܐ ܐܘܣܝܐ ܘܚܕ ܨܒܝܢܐ ܘܚܕܐ ܡܥܒܕܢܘܬܐ
ܡ[ܘܕܝܢ ܗ]ܘܘ، ܠܘ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܛܥܝܢ ܗܘܘ
ܪܗܛܝܢ ܗܘܘ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܡܬܚܒܠܝܢ ܠܚܒܠܐ.
ܝܬܝܪ ܐܬܦܬܟܠܘ. ܬܐܘܕܘܪܐ ܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܢ
ܕܝܠܢ ܟܕ ܐܦ ܗܘ ܕܒܪ ܥܕܬܐ ܫܢܝܢ
ܬܡܢܥܣܪܐ. ܫܢܝ ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐ
ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܡܢܐ.

ܒܬܪ ܬܐܘܕܘܪܐ. ܣܘܝܪܐ ܒܪ ܡܫܩܐ.

ܗܢܐ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܦܓܝܡܬܐ ܐܘܟܝܬ
ܕܣܦܝܠܘܣ ܐܝܬܘܗܝ. ܣܡ ܕܝܢ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ

tensi. Imposuit autem illi manum Abraham Emesenus in ecclesia Antiochenorum. Ordinatus fuit eo ipso anno quo defunctus est Joannes. Ejus tempore gravis perturbatio orta est inter Chalcedonenses de quæstione duarum voluntatum magnaque habita sunt concilia, illis mutuo sese evertentibus. Dum nos paulo ante irriderent propter Tritheitas qui se separarunt a nobis et statim exstincti sunt, ipsi ex abysso in abyssum erraverunt; hæresi inter eos exortæ usque hodie omnes subjecti remanent. Quamvis enim in numero naturarum errarent, attamen quum unam essentiam, unum voluntatem, unamque operationem profiterentur[1], non totaliter errabant. Nunc autem, velut qui corruptioni assuescunt, magis ac magis se perverterunt. Theodorus autem patriarcha noster, quum et ipse decem et octo annis ecclesiam rexisset, obiit anno nongentesimo septuagesimo octavo (*Chr.* 667)[2].

53. *Post Theodorum*, SEVERUS *Barmaschke*[3].

Hic e monasterio Phagimthæ seu Saphyli[4] erat. Imposuit autem ei ma-

[1]) Hoc nunquam professi sunt catholici.

[2]) Anno 665 juxta Dionysium. De Theodori agendi ratione erga Denham maphrianum sermo erit infra in 2a sectione.

[3]) ܒܪ ܡܫܩܐ, *Barmaschke*, id est *pincernæ filius*, ut interpretatur Assemanus, *Bibl. Or.*, II, 104. Omittitur explicatio hujus cognominis in Smith *Thesauro syriaco* ad vocem ܡܫܩ, ubi ponenda erat.

[4]) Apud *Rhesinam*, *Ras-el-ain*, ad fontes fluvii Chaboræ in Mesopotamia. Cfr. Assemanus, *Dissert. de Monophys.*, p. 104; Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, XI Theil, III abth., p. 375.

ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܥܒܪܝܬܐ ܡܝܛܪܘ ܕܛܪܣܘܣ .
ܘܩܕܡ ܡܝܛܪܘ ܗܘܐ ܕܐܡܕ . ܘܐܬܬܣܝܡ
ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܫܥ .
ܘܩܫܝܐ ܗܘܐ ܓܒܪܐ . ܘܩܫܝܐܝܬ
ܡܬܕܒܪ ܗܘܐ ܒܨܒܘܬܐ ܥܕܬܢܝܬܐ . ܘܐܝܬ
ܗܘܐ ܠܗ ܥܘܕܪܢܐ ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܛܝܝܐ . ܘܢܦܠ
ܠܗ ܚܪܝܢܐ ܡܢ ܐܦܝܣ̈ܩ . ܡܢ ܣܪܓܝܣ
ܙܟܘܢܝܐ ܘܚܢܢܝܐ· ܕܩܪܬܡܝܢ ܘܡܢ ܐܚܪ̈ܢܐ .
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܕܨܒܝܢ ܗܘܘ ܕܢܒܠܘܢ ܒܢܦܫܗܘܢ ܐܦܝܣ̈ܩ
ܠܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ ܕܠܐ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܗܘ ܕܝܢ
ܣܘܪܝܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐ ܩܒܠ ܗܘܐ . ܐܡܪ
ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܥܒܪ ܠܗ ܥܝܕܐ ܥܬܝܩܐ . ܡܢ
ܙܒܢܐ ܕܣܘܢܗܘܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢܐ . ܘܐܝܟܢܐ
ܕܦܛܪܝܪܟ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܗܘ ܡܣܝܡ ܐܦܝܣ̈ܩ
ܠܟܠܗ ܠܘܒܝܐ . ܗܟܢܐ ܐܘܦ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܐܦ ܗܘ ܡܣܝܡ ܠܐܬܪ̈ܘܬܗ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܟܠܗܘܢ
ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ ܕܗܘܘ ܡܢ ܙܒܢܐ ܗܘ ܘܥܕܡܐ
ܠܗܫܐ . ܒܟܘܪܣܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܐܣܝܡܘ ܐܦܝܣ̈ܩ ܠܟܠܗܝܢ ܡܕܝܢ̈ܬܐ . ܘܐܦ
ܗܫܐ ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ . ܐܦܝܣ̈ܩ ܕܝܢ ܗܠܝܢ .
ܡܛܠ ܕܝܕܝܥܐ ܗܘܘ ܒܥܕܬܐ ܘܩܫܝܫܐ .
ܬܟܝܠܝܢ ܗܘܘ ܕܡܬܥܕܪܝܢ ܒܗ̇
ܢܡܘܣܐ . ܡܛܠ ܕܢܡܘܣܐ ܗܘ ܥܬܝܩܐ ܕܐܚܝܕ
ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܝܡ . ܕܡܝܛܪܘ ܕܟܠ ܗܦܪܟܝܐ
ܗܘ ܢܣܝܡ ܐܦܝܣ̈ܩ ܠܟܘܪ̈ܣܘܬܐ

num Joannes Bar-Hebrææ, Tarsi metropolita, qui antea metropoliticam Amidæ sedem tenuerat. Ordinatus fuit anno nongentesimo septuagesimo nono (*Chr.* 668)[1]. Durus vir dure se gerebat in rebus ecclesiasticis, auxilium ei præbente Arabum rege. Orta est autem offensa ex parte episcoporum, Sergii Zachonii, Hananiæ cœnobii Cartaminensis[2] aliorùmque qui volebant sibi, excluso patriarcha, arrogare ordinationem episcoporum Mesopotamiæ. Ast *hoc* Severus patriarcha non admisit, contendens cessasse antiquum morem a tempore concilii Chalcedonensis[3]; quemadmodum igitur patriarcha Alexandrinus ordinat episcopos totius Lybiæ, ita pariter a patriarcha Antiocheno ordinationes faciendas in locis ipsi subjectis; et sicut omnes patriarchæ qui a tempore concilii huc usque sedem Antiochenam occuparunt episcopos ordinarunt singulis civitatibus, ita et in præsens fieri debere. Episcopi autem illi, utpote in ecclesia noti et senectute *venerabiles*, ausui suo adjumentum sperabant ab antiqua illa lege quæ olim obtinuerat, ut scilicet cujusque provinciæ metropolita ordinaret episcopos pro omnibus sedibus ipsi subjectis. Congregatis igitur patriarcha et episcopis in Beth-Telat, quum didicissent

[1]) Anno 665 juxta Dionysium.

[2]) Cœnobium istud apud Mardin situm erat. Vid. supra, p. 121, not. 1.

[3]) Inter canones concilii Chalcedonensis canon 25 in collectione Dionysii Exigui reprehendit metropolitas qui nimium differunt ordinationes episcoporum in suis provinciis. Unde concilium Chalcedonense videtur metropolitanis, non autem patriarchis jus tribuisse ut ordinationes in suis provinciis facerent. Jus patriarcharum Alexandriæ et Antiochiæ videtur potius suam vim mutuare a canone Nicæno 6 et Constantinopolitano 2. Cfr. supra, nota ad pag. 111.

ܕܢܣܒܘܗܝ. ܘܟܕ ܐܬܦܠܛܘ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܒܠܘܢ
ܐܩܕܡܘ ܠܚܪܡܗ ܕܝܠܗ. ܘܡܚܪܡ ܫܢܝܫ
ܘܚܪܡ ܕܡܛܠܗܢ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܠܘܬܐ ܐܢܘܢ.
ܡܢܝܐ ܕܟܠܗ. ܫܒܩܘ [ܕܢܣܪܘܟ] ܠܦܛܪܝܪܟܐ.
ܘܒܛܠܘܗܝ ܐܢܘܢ ܐܦ ܗܢܘܢ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܟܬܒ
ܐܓܪܬܐ ܠܐܦܪܟܝܘܬܗܘܢ ܕܠܐ ܢܫܬܘܬܦܘܢ ܥܡܗܘܢ.
ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܒܛܠܘܗ ܠܟܪܘܙܘܬܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ.
ܘܟܕ ܗܘܐ ܕܡܒܝܢܐ ܐܪܒܥ ܫܢܝܢ. ܥܕܡܐ
ܕܡܝܬ ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘ ܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܟܕ ܩܪܒ
ܠܡܘܬܗ ܟܬܒ ܠܝܘܚܢܢ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ
ܘܥܢܝܢܐ. ܕܗܫܐ ܟܕ ܐܚܝܕܢܝ ܠܗ ܠܝ
ܕܝܗ ܙܘܥܐ ܕܓܘܫܬܐ. ܘܝܕܥ ܐܢܐ ܕܒܬܪ
ܡܘܬܝ ܩܠܐ ܕܓܠܐ ܡܫܕܪܝܢ ܥܠܝ ܘܐܡܪܝܢ
ܕܫܪܝܬ ܘܫܒܩܬ ܐܢܘܢ. ܘܡܟܪܙܝܢ ܠܝ
ܛܘܒܢܐ ܘܩܕܝܫܐ. ܕܢܓܪܘܢ ܠܦܫܝܛܐ
ܠܡܦܠܓܘܬܗܘܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܘܟܬܒ
ܐܢܐ. ܕܐܢ ܟܕ ܚܝ ܐܢܐ ܠܐ ܐܬܘ ܠܘܬܝ. ܘܠܐ ܒܥܘ
ܚܘܣܝܐ. ܚܪܡܝܢ ܢܗܘܘܢ.
ܥܕܡܐ ܕܬܝܒܝܢ. ܘܡܫܪܝܢ ܠܬܚܪܡܐ ܕܥܒܕܘ.
ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܟܕ ܫܢܝ ܗܘ ܡܪܝ
ܣܘܪܝܐ ܟܬܒܘ ܠܘܬ ܝܘܚܢܢ ܕܥܘܡܪܐ

Sergius ejusque socii paratum esse patriarcham ad ipsos dejiciendos, statim ac ingressi fuere, patriarcham *(anathematizare)* aggressi sunt. Patriarcha vicissim eos anathematizavit et scripsit epistolam ad diœceses eorum ut non amplius communicarent cum eis. Illi vero irritam fecerunt proclamationem patriarchæ, et duravit ista perturbatio quatuor annis, usque ad obitum patriarchæ. Patriarcha porro, instante morte, scripsit Joanni Orientis maphriano[1] : « nunc, instante ultima mortis agonia, quum sciam illos post meam mortem rumores mendaces de me sparsuros atque dicturos me eis dimisisse et condonasse, me vero beatum ac sanctum proclamaturos ut ad suas partes trahant simplices, idcirco assero et scribo quod si, me vivente, non venerint veniam deprecaturi, excommunicâti remanebunt, donec eos pœniteat et irritam declarent illegitimam quam fecerunt depositionem. » Isti autem episcopi, defuncto Mar Severo, scripserunt ad Joannem cœnobii Mar Matthæi[2] : « irritam fecimus et facimus depositionem a nobis latam in sanctum Mar Severum pa-

[1]) Joannes, cognomine Saba, episcopus erat monasterii Mar Matthæi prope Mosulam, antequam ad dignitatem maphriani eveheretur. De eo prolixior erit sermo infra in 2ª sectione hujus Chronici.

[2]) Situm erat istud monasterium in monte ܐܠܦܦ *Elpheph* propre Mossulam in Mesopotamia. «*Olim sedes fuit,* inquit Assemanus, *Metropolitæ Ninives qui et metropolita S. Matthæi dicebatur et primum a maphriano locum inter orientales episcopos tenebat. Ad maphriani postea diœcesim adjectum anno* 1155.» Joannes Saba, de quo hic sermo est, se ab hujus monasterii episcopatu abdicavit anno 686 et ad maphriani dignitatem evectus fuit, ut infra explicabitur ad alteram hujus *Chronici* sectionem. Cœnobium Mar Matthæi, hodie derelictum et ruinosum, remanet in possessione Jacobitarum Mossulensium. Vid. Assem. *Diss. de Monoph.* p. 99-100; Martin, *La Chaldée*, p. 55, note.

[illegible]

triarcham, qui nunc ad Dominum migravit. Rogavimus igitur et rogamus ut prædicetur nomen ejus in ecclesiis et monasteriis cum sanctis Patribus qui ante eum fuerunt, et recepimus ordinationes (χειροτονίας) ab ipso et sanctis patribus, fratribus nostris ei adhaerentibus, factas. Quod nequaquam propter quidpiam aliud fecimus nisi ut cessent schismata et contentiones, atque pax regnet in ecclesiis quorumcumque locorum. Tunc Mar Joannes Orientis scripsit epistolas encyclicas ad pacem ubique restituendam. Mar autem Severus, annis duodecim munere functus, obiit anno nongentesimo nonagesimo primo (*Chr.* 680).

ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܀ ܐܬܢܣܝܘܣ ܒܠܕܝܐ .

54. *Post Severum*, ATHANASIUS *Baladensis*[1].

[illegible]

Eodem anno, quo defunctus est Mar Severus Barmaske, congregata est synodus Rhesinae, ubi, reconciliatis quæ dissidebant partibus, ordinatus est patriarcha Mar Athanasius, cognomine Baladensis, librorum sacrorum interpres et Severi Sabochtensis discipulus, qui a pueritia in monasterio Kenserinensi in lingua græca educatus et eruditus fuerat, deinde in monasterio Beth-Malchæ[2] dies duxerat.

[1]) ܒܠܕܝܐ *Baladensis*, ita appellatus fuerit ܒܠܕ, urbe Mesopotamiæ ad Tigrim non procul a Mossula.

[2]) Situm est istud monasterium in regione Turabdinensi, hodie *Djeb el-Tur* vel *Tur-Dagh*, in Mesopotamia propre Mardin. Jacobitæ qui istam regionem nunc incolunt deferunt ad cœnobium Mar Malchæ ægros epilepsia laborantes, ut hujus

ܒܥܘܡܪܐ ܕܒܝܬ ܦܠܛܐ ܢܣܒ ܣܝܡܝܕܗ.
ܐܬܬܣܝܡ ܕܝܢ ܒܫܢܬ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ
ܘܚܡܫ ܕܝܘܢܝܐ · ܒܥܘܡܪܐ ܕܣܦܝܠܘܣ
ܕܪܝܫ ܥܝܢܐ. ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܚܢܢܝܐ
ܐܦܝܣܩ ܕܡܪܕܐ ܘܟܦܪܛܘܬܐ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܝܥܩܘܒ.
ܕܐܬܟܢܝ ܕܐܘܪܗܝܐ. ܡܛܠ ܕܒܬܪܟܢ
ܐܬܬܣܝܡ ܗܘܐ ܐܦܝܣܩ ܠܗ ܠܐܘܪܗܝ. ܡܢ ܗܢܐ
ܕܗܢܐ ܐܬܢܐܣܝܣ ܦܛܪܝܪܟ · ܗܢܘ ܕܝܢ ܚܣܝܐ
ܝܥܩܘܒ. ܡܢ ܥܝܢܕܒܐ ܩܣܛܪܐ ܕܒܠܕܐ
ܕܓܘܡܝܐ ܕܒܐܬܪܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ.
ܘܒܥܘܡܪܐ ܕܐܦܬܘܢܝܐ ܕܗܘ ܕܩܢܫܪܝܢ. ܠܫܢܐ
ܝܘܢܝܐ ܘܩܪܝܢܐ ܕܟܬܒ̈ܐ ܚܬܝܬܐܝܬ ܝܠܦ.
ܘܡܢ ܬܡܢ ܠܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܙܠ ܘܐܬܪܕܝ
ܬܡܢ. ܘܬܘܒ ܠܣܘܪܝܐ ܗܦܟ. ܘܠܐܘܪܗܝ
ܐܬܓܒܝ ܘܐܬܬܣܝܡ ܠܗ. ܘܒܬܪ
ܫܢܝ̈ܐ ܐܪܒܥ ܕܐܘܚܕ ܟܘܪܣܝܗ. ܡܢ
ܐܢܫܝܢ ܩܠܝܪܝܩܘ ܠܐ ܢܟܦܐ ܐܬܥܝܩ.
ܘܟܕ ܠܐ ܫܟܚ ܛܢܢܗܘܢ ܠܡܣܝܒܪܘ. ܐܫܒܩܗ
ܠܪܥܝܘܬܐ. ܐܬܚܪܝ ܕܝܢ ܥܡ ܦܛܪܝܪܟ
ܡܪܝ ܝܘܠܝܢܐ ܘܐܦܣܩܦ̈ܐ ܡܛܠ ܗܝ
ܕܢܬܢܛܪܘܢ ܩܢܘܢ̈ܐ ܥܕܬܢܝ̈ܐ · ܘܠܐ ܐܢܫ ܫܡܥ
ܠܡܠܬܗ. ܐܠܐ ܟܠܗܘܢ ܕܠܙܒܢܐ ܢܥܒܕ
ܠܩܢܘܢܐ ܢܓܕ ܦܠܚܝܢ. ܗܘܘ ܠܗ.
ܘܐܝܬܝ ܠܟܬܒܐ ܕܩܢܘܢ̈ܐ ܥܕܬܢܝ̈ܐ ܐܝܬܝ.

Ordinatus est autem, anno Græcorum nongentesimo nonagesimo quinto (*Chr.* 684), Rhesinæ in monasterio Saphylæ. Imposuit illi manum Hananias, Mardae et Caphartutæ episcopus.

Circa eadem tempora claruit Jacobus, Edessenus nuncupatus, quoniam postea eidem urbi ordinatus est episcopus ab isto Athanasio patriarcha. Porro religiossimus Jacobus, ex Indaba castello regionis Gumiae in agro Antiocheno oriundus, in monasterio Aphtonii seu Kenserinensi graecam linguam et sacrorum librorum lectionem accurate didicit. Inde Alexandriam profectus ibique eruditus, in Syriam postliminio reversus est. Tandem Edessæ manens electus et ordinatus est illius *urbis* episcopus. Postquam autem annis quatuor sedem occupasset, a quibusdam improbis clericis exagitatus fuit; quos quum propter zelum suum ferre non posset, munus pastorale reliquit. Sed et cum patriarcha Mar Juliano et episcopis pro canonum ecclesiasticorum observatione contendit. Nemo autem aures ei praebuit; sed omnes ut res tempori accommodaret hortabantur; idcirco canonum ecclesiasticorum codicem attulit et ante valvas monasterii ubi patriarcha habitabat igne concre-

sancti precibus sanentur. In regione Turabdinensi numerantur hodie 150 pagi, a Jacobitis solis inhabitati, qui tres diœceses efformant. Olim conspiciebantur in hac montosa regione plus quam quinquaginta monasteria quorum insignes adhuc remanent ruinæ. Cfr. Assemanus, *Diss. de Monoph.* 116; Ritter, *Erdkunde, West-Asien*, XI Theil., III abth., p. 439-441; Badger, *The Nestorians and their Rituals*. Londini, 1852, t. I, c. 6.

ܘܩܥ ܒܩܠܐ ܕܪܡܐ ܗܢܝ ܕܦܛܪܡܬܘܢ ܐܘܩܕܗ
ܨܠܒܪܐ. ܡܢ ܩܕܡ ܗܘܐ ܘܐܬܟܪ. ܕܡܠܘܠܐ ܕܡܟܠܟܘܢ
ܐܝܟ ܕܝܬܝܪܝܢ ܘܠܐ ܕܡܬܚܫܚܢ ، ܐܘܩܕ
ܕܟܠܡܬܐ ܘܠܐ ܣܢܝܢܐ ܒܢܘܪܐ ܦܠܘܡ ܐܢܐ .
ܘܥܡܪ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܟܝܣܘܡ
ܩܘܡܐ ܕܡܟܐ ܚܒܝܒ · ܘܐܬܬܣܝܡ ܠܐܘܪܗܝ
ܣܒܐ ܢܟܦܐ. ܡܟܝܟܐ ܢܝܚܐ ܒܣܝܡܐ ܘܪܚܝܡܐ.
ܘܠܚܣܝܢܐ ܝܥܩܘܒ ܕܝܪܝܐ ܕܐܘܣܝܒܘܢܐ
ܢܣܒܘܗ ܠܘܬܗܘܢ · ܘܚܕܥܣܪܐ ܫܢܝܢ ·
ܐܠܦ ܒܗ ܡܙܡܘܪܐ ܘܩܪܝܢܐ ܕܟܬܒܐ
ܝܘܢܐܝܬ . ܘܚܕܬ ܒܗ ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܕܐܘܒܕ
ܗܘܐ · ܘܐܬܚܪܝܘ ܥܡܗ ܡܢ ܐܚܐ ܕܣܢܝܢ
ܠܝܘܢܝܐ . ܘܫܒܩ ܐܢܘܢ ܘܐܙܠ ܠܕܝܪܐ
ܪܒܐ ܕܬܠܥܕܐ · ܘܫܢܝܐ ܬܫܥ ܕܝܪ ܬܡܢ .

mavit, alta voce proclamans : « canones a vobis concultatos et minime custoditos quasi superfluos et inutiles comburo. » Indeque in monasterio Mar Jacobi de Chisuma[1] vitam egit. Ordinatus est autem Edessæ Habibus[2], vir senex, mitis, suavis ac gratus. Religiossimum autem Jacobum monachi Eusebonae ad se accersivere, apud quos per undecim annos psalmos et Scripturarum lectionem græce docuit et sermonem græcum obsoletum restituit. Impugnatus ibi a fratribus qui Graecos odio habebant, eos reliquit et ad monasterium magnum Teledæ migravit, ibique per novennium commoratus vetus Testamentum emendavit[3]. Habibo autem defuncto,

[1]) ܟܝܣܘܡ *Chisuma* vel *Cessunium*, Syriæ urbs inter Alepum et Edessam. Assem. *Diss. de Monophys.*, p. 75.

[2]) Supra p. 65, n. 1 recensiti fuerunt orthodoxi Edessæ episcopi usque ad Adæum + 541. Ab eo tempore interrupta fuit series orthodoxorum episcoporum et intrusi fuerunt Monophysitæ. Interdum autem duo simul fuere episcopi, unus catholicus, alter Jacobita, imo quandoque tertius Nestorianus. Inter catholicos memorantur ܐܡܙܘܢܝ *Amazunus* qui synodo quintæ anno 553 interfuit, *Theodorus*, alii duo anonymi sub Mauricio et Heraclio imperatoribus, *Paulus II* circa annum 1071, alius anonymus circa annum 1097, *Abdelmessias* paulo post. Inter Jacobitas memorantur : ܝܥܩܘܒ ܒܘܪܕܥܢܐ, *Jacobus Baradæus*, anno 543 ordinatus; cui viventi suffecti sunt ܬܐܘܕܘܪܐ, *Theodorus* et ܬܐܘܡܐ *Thomas;* ܣܘܝܪܐ, *Severus* an. 578-603; ܝܘܚܢܢ, *Joannes* qui a Chosroe missus fuit pro Ahischma nestoriano; ܐܫܥܝܐ, *Isaias* qui Edessæ sedebat quando Heraclius, superatis Persis, in hanc urbem advenit; ܫܡܥܘܢ, *Simeon* an. 628-650; ܩܘܪܝܩܘܣ, *Cyriacus* an. 651-677; ܝܥܩܘܒ ܡܦܫܩܢܐ Jacobus interpres circa an. 685, cui viventi postquam 4 annis sedisset suffectus fuit ܚܒܝܒ, *Habibus*. Cfr. Assemanus, *Bibl. Or.*, I, 424, sqq.; Lequien, *Oriens Christ.*, II, 965, sqq. et hoc *Chronicon* 217, 220, 234, 266.

[3]) Ista Jacobi Edesseni emendatio V. T. exstat in codicibus Musæi Britannici. Vid. Wright, *Catal. codd. Musæi Britan.* Londini, 1870, p. 38-39. Quædam illius fragmenta edidit Martin, Paris, 1870.

Ex iis quæ Barhebræus de Jacobo Edesseno refert, patet præclarum hunc scriptorem Monophysitarum sectæ adhæsisse, quod ceteroquin constat ex ejus scriptis, ut demonstravit T. J. Lamy in *Dissert. de Syrorum fide*. Lovanii, 1859, p. 206-214. J. S. Assemanus, perlectis iis quæ Barhebræus de Jacobo Edesseno refert, retractavit, cum aliqua tamen hæsitatione, ea quæ in priori tomo suæ *Bibliothecæ Orientalis* fuse disputaverat ad stabiliendam orthodoxam Jacobi Edesseni fidem. Cfr. Assem. *Bibl. Or.*, I, p. 470-475; II, 337.

ܘܒܗ̇ ܙܒܢ ܐܘܪ̈ܗܝܐ ܒܛܢܢܐ. ܘܩܡܘ
ܩܕܡ ܦܛܪܝܪܟ. ܐܬܟܫܦܘ ܐܘܪ̈ܚܐ ܘܐܠܨܗ
ܠܗ ܕܢܗܦܘܿܟ. ܘܐܬܦܢܝ ܗܟܝܠ ܘܐܚܕܗ
ܠܡܕܒܪܢܘܬ ܘܝܬܒ ܒܗ̇ ܟܠ ܡܘܬܒܗ
ܝܪ̈ܚܐ ܐܪܒܥܐ. ܘܗܝܕܝܢ ܐܙܠ ܠܡܥܪܒܐ
ܕܢܝܒܠ ܠܟܬܒ̈ܘܗܝ ܘܠܬܠ̈ܡܝܕܘܗܝ
ܘܢܗܦܘܟ ܠܥܕܬܗ. ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܕܝܪܐ.
ܘܐܬܐ ܠܬܠܥܕܐ ܘܫܠܡ ܡܫܘܠܡܘܬܗ
ܐܘܪܚܗ ܡܢܗ. ܘܟܕ ܫܠܡ ܚܝ̈ܘܗܝ.
ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥܣܪܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܒܚܡܫܐ
ܒܚܙܝܪܢ.

ܗܘ ܕܝܢ ܦܛܪ̈ ܡܪܝ ܐܬܢܣܝܘܣ ܟܕ ܕܒܪ
ܥܕܬܐ ܬܠܬ ܫܢܝܢ. ܘܫܢܝ ܫܘܢܝܗ. ܦܩܕ
ܠܣܪܓܝܣ ܙܟܘܢܝܐ ܡܝܛܪ̈ܘ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܗܘ
ܠܗ ܪܫ ܐܦܣܩ̈ ܕܢܣܡܘܟ ܠܓܝܘܪܓܝܣ
ܐܦܣܩ̈ ܠܥܡ̈ܡܐ ܛܝ̈ܝܐ. ܘܐܣܡܟܘܗܝ
ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ. ܒܬܪ ܬܪܝܢ ܝܪ̈ܚܝܢ
ܕܫܘܢܝܗ ܕܦܛܪ̈.

Edesseni zelo excitati patriarcham adierunt eique supplicarunt ut Jacobum redire cogeret. Reversus igitur Jacobus sedem occupavit quatuor mensibus. Deinde in Occidentem profectus est, ut exinde libros suos et discipulos asportaret et ad ecclesiam suam rediret. Quum autem ad monasterium *Teledæ* pervenisset, finem suum attigit ibique vitam finivit anno Græcorum millesimo decimo nono (*Chr.* 708 die quinta Haziran (*Junii*).

Patriarcha autem Mar Athanasius quum *ecclesiam* rexisset tribus annis, defunctus est. Instante morte præcepit Sergio Zachunæo metropolitæ quem archiepiscopum appellabat, ut ordinaret Georgium episcopum gentibus Arabibus. Ordinarunt igitur eum *mense* Tischrin posteriori *(Novembri)*, duobus mensibus post obitum patriarchæ[1].

ܒܬܪ ܐܬܢܣܝܘܣ ܒܠܕܝܐ ܝܘܠܝܢܐ ܕܐܬܟܢܝ
ܪܘܡܝܐ.

35. *Post Athanasium Baladensem,* JULIANUS, *cognomine Romanus*[2].

ܐܒܘܗܝ ܕܗܢܐ ܡܢ ܚܝܠܐ ܕܕܘܝܕ ܕܗܘܐ
ܐܪܡܢܝܐ ܗ̇ܘ ܕܐܬܩܛܠ ܒܝܘ̈ܡܝ ܗܪܩܠ
ܡܠܟܐ ܗܘܐ. ܘܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܣܘܪܝܝܬܐ
ܘܐܘܠܕ ܠܗ ܗܢܐ ܝܘܠܝܢܐ. ܘܐܬܪܒܝ ܥܡ
ܐܒܘܗܝ ܒܚܝܠܘܬܐ. ܡܢ ܒܬܪܟܢ ܠܕܝܪܐ

Pater ejus erat de exercitu Davidis Armeni, qui diebus Heraclii trucidatus fuit. Uxorem duxit mulierem Syram e qua habuit hunc Julianum, qui cum patre in re militari educatus fuit. Postea autem ad monasterium

[1]) In cod. rom. ap. Assem., *Bibl. Or.*, II, 335, additur: ܒܫܢܬ ܬܫܥ ܡܐܐ ܬܫܥܝܢ ܘܬܡܢܐ *anno nongentesimo nonagesimo octavo (Chr. 687).*

[2]) ܪܘܡܝܐ *Romanus*, id est *miles.*

ܕܩܢܫܪܝܢ . ܘܐܬܪܕܝ ܬܡܢ ܒܡܠܬܐ ܐܬܝܩܝܐ
ܘܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܪܗܘܡܝܐ ܡܛܠ ܐܒܘܗܝ . ܘܟܕ
ܪܚܡ ܠܟܘܒܫܐ ܩܫܝܐ ܕܕܝܪܝܘܬܐ . ܘܒܟܠܗܘܢ
ܐܕ̈ܫܐ ܕܡܝܬܪ̈ܘܬܐ ܙܟܐ ܠܣܓ̈ܝܐܐ . ܘܟܝܢܬܐ
ܦܓܪܢܝܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܙܟܐ ܗܘܐ ܒܫܘܦܪܐ .
ܐܝܟܢܐ ܕܠܐܘܝܐ ܕܢܗܘܐ ܐܡܝܪ ܠܡܠܟܘܬܐ .
ܘܟܕ ܐܬܓܒܝ ܘܐܬܬܣܝܡ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܒܫܢܬ
ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥ ܒܐܡܕ .
ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܣܪܘܓܝ ܀

ܥܒܕܘ ܠܗ ܬܘܩܠܐ . ܘܗܘܐ ܫܓܘܫܝܐ ܕܥܕܬܐ
ܕܥܕܬܐ . ܡܛܠ ܕܢܚܐ ܡܦܪܝܢܐ ܕܬܓܪܝܬ .
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܬܚܘܬܗ . ܝܘܚܢܢ
ܩܪܩܘܣܝܢܝܐ ܕܟܪܡܐ . ܘܝܘܣܦ ܕܛܝ̈ܝܐ
ܬܓܠܒܝܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܚܝܠ . ܘܟܕ
ܐܬܟܒܝ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܛܪܕܗ ܠܕܢܚܐ ܘܐܩܝܡ
ܚܠܦܘܗܝ ܠܒܟܘܣ . ܗܘ ܓܝܪ ܗܢܐ
ܛܘܒܢܐ ܝܘܠܝܢܐ . ܒܚܦܝܛܘܬ ܡܒܨܩ ܗܘܐ
ܛܒ . ܘܠܐ ܡܩܪܒ ܗܘܐ ܠܕܪܓܐ ܕܪܝܫܘܬ
ܟܗܢܘܬܐ ܐܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܪܕܝܢ ܗܘܘ
ܒܝܘܠܦܢܐ ܐܠܗܝܐ ܘܣܘܟܠܬܐ . ܘܡܫܬܒܚܝܢ
ܒܕܘܒܪ̈ܐ ܪܘܚܢ̈ܝܐ . ܘܟܕ ܫܢ̈ܝܢ ܥܣܪܝܢ
ܘܚܕܐ ܕܒܪ ܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ . ܫܢܝ ܒܫܢܬ
ܐܠܦ ܘܬܫܥܣܪܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ . ܘܒܗ ܒܫܢܬ
ܫܢܝ ܐܦ ܐܒܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܐܘܪܗܝ .

Kenserinense a patre adductus, ibi in lingua attica eruditus fuit, et Romanus *(miles)* cognominatus est propter patrem qui rem militarem agebat. Vitæ monasticæ gravitatem amans, cum omnis generis virtutibus multos superavit, tum etiam pulchra corporis forma ceteros vincebat, ita ut majestate regno dignus diceretur. Amidae anno nongentesimo nonagesimo nono *(Chr.* 688) electus fuit et ordinatus patriarcha. Manum ei imposuit Athanasius Sarugi.

Offendiculum ipsi crearunt atque ecclesiam perturbarunt propter jurisdictionem Denhas, Tagritæ maphrianus, aliique ejus ditionis episcopi, nempe Joannes Carcusenæus Carmæ[1] et Josephus Arabum Teglabensium. Cum autem patriarcha prævaluisset, Denham expulit et in ejus locum substituit Bacchum[2]. Iste enim beatus Julianus diligentissimus perscrutator ad pontificatus gradum non promovebat nisi viros in doctrinis divinis et sapientia versatos atque moribus spiritualibus commendatos. Quum autem annis viginti et uno rexisset ecclesiam Dei, defunctus est anno Græcorum millesimo decimo nono *(Chr.* 708)[3] quo etiam anno obiit abbas Mar Jacobus Edessenus.

[1]) »Urbs episcopalis in Arabia juxta sinum persicum.« Asseman. *Bibl. Or.*, t. III, part. 2, p. 737.

[2]) De hoc dissidio fusius agitur in 2a sectione hujus *Chronici*.

[3]) Elias Nisibenus ad annum Hegiræ 89, qui incipit feria 5a, 1a die Conun prioris seu Decembris anni Græcorum 1019 (ܗܠܝܢ ܠܘܩܕܡ ܡܠܘܐ ܒܟܬܒܐ ܕܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢܐ ܐܡܪ : ܐܘܟܝ) hæc habet e *Chronico patriarcharum Jacobitarum* (ܡܟܬܒ ܙܒܢܐ ܕܦܛܪܝܪ̈ܟܐ ܝܥܩܘܒ̈ܝܐ) : ܗܢܘ ܕܝܢ ܐܫܬܠܡ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ . ܘܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܒܫܢܬ ܬܫܥܣܪ ܘܬܫܥܝܢ ܗܘܬ .

ܒܬܪ ܝܘܠܝܢܐ. ܐܠܝܐ.

ܗܢܐ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܓܘܒܐ ܒܪܝܐ ܐܬܣܝܡ. ܘܐܦܣܩ̄ ܗܘܐ ܕܐܘܦܝܡܝܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܒܬܪ ܕܗܘܐ ܒܗ ܒܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܫܢ̈ܝܐ ܬܡܢܥܣܪܐ ܐܬܓܒܝ ܘܐܬܩܪܒ ܠܪܘܡܐ ܡܥܠܝܐ ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܥܣܪܝܢ. ܘܢܦܩ ܠܐܘܪܥ ܘܠܝܕ ܡܠܟܐ ܕܛܝܝܐ. ܘܩܒܠܗ ܚܕܝܐܝܬ. ܘܐܝܩܪܐ ܪܒܐ ܥܒܕ ܠܗ. ܘܗܘ ܗܢܐ ܡܪܝ ܐܠܝܐ. ܥܠ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܥܡ ܕܝܪ̈ܝܐ ܘܩܠܝܪ̈ܝܩܘ ܘܐܣܛܠܐ ܪܒܐ. ܘܩܕܫ ܥܕܬܐ ܚܕܬܐ. ܗܝ ܕܣܘܥܪܢܘܬܐ ܕܝܠܗ ܐܬܒܢܝܬ. ܘܗܕܐ ܗܘܬ ܒܬܪ ܡܐܬܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢ̈ܝܐ. ܕܢܦܩ ܡܢܗ ܡܪܝ ܣܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܠܐ ܐܢܫ ܓܠܐ ܠܗ ܦܛܪܝܪ̈ܟܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܩܕܡ ܐܪܬܕܘܟܣ̈ܐ ܥܠ. ܐܠܐ ܗܢܐ ܡܪܝ ܐܠܝܐ ܕܒܟܠ ܠܗ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܛܝܝܐ. ܘܒܫܢܬ ܕܒܬܪܗ ܗܢܐ ܐܠܦ ܘܠܓ ܩܕܫ ܥܕܬܐ ܚܕܬܐ. ܒܗ ܒܟܘܪܐ ܕܐܢܛܝ

ܘܒܗ ܥܠܘ ܡܣܠܡܐ ܒܪ ܥܒܕܡܠܟ ܠܐܪܥܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ. ܘܒܗ ܐܫܥܒܕ ܘܠܝܕ ܡܘܣܐ ܒܪ ܢܨܝܪ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܐܦܪܝܩܝ ܘܒܗ ܡܝܬ ܝܘܠܝܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘܒܝܐ ܘܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ.

«*Eo anno (Chr. 708) invaserunt Masalmas, filius Abdelmelech et Abas, filius Valid, terras Græcorum et victores evaserunt. Eodem anno Cutibah, filius Masalmæ, ingressus est regionem Bukariæ; et subjugavit Valid Mussa, filius Neziri, regionem Africæ. Eodem anno mortui sunt Julianus patriarcha Jacobitarum et Jacobus Edessenus.* Dionysius (ap. Assem. *Bibl. Or.*, II, 105) mortem Juliani in annum 708 reponit, sed mortem Jacobi Edesseni haud recte differt ad annum 710. Refert idem Dionysius (ap. Assem. *Bibl. Or.*, I, 468) anno 706 synodum habitam in monasterio Mar Silæ cui interfuerunt Julianus patriarcha, Thomas Amidæ et Jacobus Edessæ.

56. *Post Julianum*, Elias.

Hic e monasterio Gubæ Baraiæ factus est episcopus urbis Euphemiæ. Postquam autem episcopatum ibi gessisset annis octodecim, electus et promotus fuit ad sublimem Antiochiæ patriarchatum, anno millesimo vigesimo *(Chr.* 709). Ivit porro in occursum Valid, Arabum dynastæ, quem cum magno honore lætabundus suscepit. Idem Mar Elias ingressus est Antiochiam cum monachis, clericis ac magnifico apparatu ibique consecravit ecclesiam novam ipsius cura ædificatam : quod contigit anno ducentesimo tertio, postquam Severus[1] patriarcha inde recesserat; nec ullus nostrorum orthodoxorum patriarcharum eam urbem ingressus fuerat ante hunc Mar Eliam qui hoc imperii Arabum tempore Antiochiam ingressus est. Anno sequenti, anno scilicet 1033 *(Chr.* 722), iterum consecravit ecclesiam novam in agro Antiocheno in pago Sarmada (?) Ulanæ[2], plurimum recla-

[1]) Fugit Severus anno 829 (*Chr.* 518), cui numero si addideris 203 habes an. 1032, (*Chr.* 721) quo Elias solemniter ingressus est Antiochiam. Erravit Assemanus (*Bibl. Or.*, II, 337) in notando hoc Barhebræi calculo. Etenim ex Barhebræo discimus Eliam patriarcham constitutum fuisse anno 709, postea solemniter Antiochiam ingressum 203 annis post fugam Severi, seu anno 721, et anno sequenti seu 722, ut ipse Barhebræus notat, consecravisse ecclesiam. Quæ omnia, nedum ad invicem pugnent, e contra prorsus mutuo sibi consentiunt.

[2]) ܐܘܠܢܐ græce αὐλών *vallis, convalis.* Quisnam agri Antiocheni locus hic designetur mihi incompertum. Nihil reperire est de hac re in Smithii *Thesauro syr.* ad. h. v.

ܒܩܪܝܬܐ ܚܪܘܒܬܐ ܕܐܘܠܘܢܝܐ · ܒܡܩܡܐ
ܗܝܡܢܐ ܕܡܢ ܟܠܩܕܘܢܝܐ ܡܬܟܬܫܝܢ . ܘܟܕ
ܫܡܫ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܫܢܝܐ ܝܕ̄ . ܢܚ ܒܪ
ܬܡܢܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢ̈ܝܢ ܘܐܬܩܒܪ
ܒܕܝܪܗ .

ܒܬܪ ܡܪܝ ܐܠܝܐ · ܐܬܢܐܣܝܘܣ .

ܗܢܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܗܘܐ ܕܡܢܗ ܕܕܝܪܐ ܕܓܘܒܐ ܒܪܝܐ . ܐܬܬܣܝܡ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܠܬܝܢ ܘܚܡܫ ܒܐܝܪܚ ܢܝܣܢ ܒܥܘܡܪܐ ܕܩܪܬܡܝܢ . ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܕܪܝܫܥܝܢܐ . ܘܒܢ̈ ܐܚܪܢܝܢ ܕܡܢ ܕܝܪܐ ܕܚܪܒܙ ܐܫܟ̄ܚ ܘܒܐܘܪܗܝ ܐܬܬܣܝܡ · ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܓܒܪܐܝܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ .

ܘܗܘ ܥܒܕ ܫܝܢܐ ܥܡ ܐܪ̈ܡܢܝܐ . ܒܝ ܝܘܐܢܢܝܣ ܐܝܟ ܩܬܘ̄ ܗܘܐ ܕܠܗܘܢ . ܝܘܠܝܢܝܣܛܐ ܓܝܪ ܦܠܓܘ ܕܡܝܦܪܩܛ ܕܡܬܩܪܝܢ ܓܪܝܓܘܪܝܢܐ . ܡܕܠܚܝܢ ܗܘܘ ܠܐܪ̈ܡܢܝܐ ܘܐܡܪܝܢ . ܕܝܥܩܘܒܝܐ ܡܬܚܒܠܢܐ ܐܡܪܝܢ ܠܦܓܪܗ

mantibus Chalcedonensibus qui hunc pagum habitabant. Quum autem patriarchæ munus gessisset annis 14, obiit anno ætatis octogesimo secundo et sepultus est in monasterio suo[1].

57. *Post Mar Eliam*, ATHANASIUS.

Iste ejusdem Gubæ Baraiæ monasterii archimandrita erat. Ordinatus est anno millesimo trigesimo quinto *(Chr.* 724), mense Nisan *(Aprili)* in cœnobio Cartaminensi. Imposuit illi manum Theodosius Rhesinensis. In aliis codicibus invenimus ipsum e monasterio Harbaz[2] fuisse atque Edessæ ordinatum a Gabriele[3] episcopo qui ipsi manum imposuerit.

Unionem iniit cum Armenis sub Joanne eorum catholico. Julianistae enim regionis Maiphercatæ, qui Gregoriani appellantur, conturbabant Armenos dicentes : «Jacobitæ corruptibile asserunt Christi corpus.» Quia vero Armeni non cognoscunt nisi unum corruptionis modum, illum

[1]) Quum Elias patriarcha constitutus fuerit anno 709, si addideris annos 14, habebis annum 723 quo defunctus est. Consonat Elias Nisibenus qui, ad annum *centesimum sextum (Hegiræ)*, *incipientem feria secunda*, 29a *Iar (Maii)*, 1035 *(Chr.* 724) (ܡܐܐ ܘܫܬ ܕܥܪܒ ܫܪܝܐ ܒܬܪ̈ ܒܫܒ ܐܝܪ ܟ̈ܛ), refert ex *Chronico patriarcharum Jacobitarum* (ܡܘܬܒ ܫܢ̈ܐ ܕܦܛܪ̈ ܝܥܩܘܒܝܐ): ܒܗ ܡܝܬ ܐܠܝܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘܒܝܐ ܘܐܬܬܣܝܡ ܚܠܦܘܗܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܬܠܡܝܕܗ · *«Eo anno mortuus est Elias patriarcha Jacobitarum, eique suffectus fuit Athanasius, ejus discipulus.»* Erronee igitur Dionysius (in *Bibl. Or.*, II, 95) mortem Eliæ ad annum 729 differt. Elias iste a fide Chalcedonensi ad Monophysitarum partes transierat. Ut igitur ab hac defectionis labe se purgaret, scripsit *Epistolam apologeticam* ad Leonem Haranitarum episcopum, cujus argumentum exhibet J. S. Assemanus, *loc. cit.*

[2]) In ditione Samosatena. Assem. *Diss. de Monophys.*, p. 131.

[3]) J. S. Assemanus *(Bibl. or.*, II, 338) in analysi hujus Chronici asserit Athanasium a Theodosio Rhesinensi ordinatum fuisse vel *«juxta alios auctores a Georgio, Arabum episcopo.»*

ܕܡܟܣܢܐ . ܘܡܛܠ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ ܠܐ ܡܪܓܫܝܢ . ܐܠܐ ܣܡ ܐܢܐ ܕܚܒܠܐ . ܗܘ ܕܓܕܫ ܠܦܓܪܐ ܒܬܪ ܦܘܪܫܢܗ ܕܢܦܫܐ . ܡܬܬܟܫܠܝܢ ܗܘܘ . ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܓܒܐ ܫܬܐ ܐܦ̈ܣܩܦܐ ܡܠܦ̈ܢܐ . ܘܫܕܪ ܐܢܘܢ ܠܘܬ ܩܬܘܠܝܩܐ ܝܘܐܢܢܝܣ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܐܦ ܐܦ̈ܣܩܦܐ ܐܪ̈ܡܢܝܐ ܣܓܝ̈ܐܐ . ܘܟܕ ܣܓܝ ܠܐܝܘ ܗܢܘܢ ܐܦ̈ܣܩܦܐ ܒܣܗ̈ܕܘܬܐ ܕܡܢ ܟܬܒܐ ܕܡܠܦ̈ܢܐ . ܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ ܗܘܘ . ܐܠܐ ܡܢ ܟܬ̈ܒܐ ܕܕܝܬܩܐ ܥܬܝܩܬܐ ܘܚܕܬܐ ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܣܗ̈ܕܘܬܐ ܕܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܚܒܠܐ ܥܠ ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ . ܗܝܕܝܢ ܐܦ̈ܣܩܦܐ ܕܝܠܢ ܐܝܬܝܘ ܣܗܕܘܬܐ ܠܗܢ ܕܐܡܪ ܦܘܠܘܣ ܒܦܪ̈ܟܣܝܣ ܡܛܠ ܡܫܝܚܐ . ܕܐܩܝܡܗ ܐܠܗܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ . ܘܟܕ ܐܝܬܝܘ ܟܬܒܐ ܕܦܪ̈ܟܣܝܣ ܕܒܟܬܒܐ ܐܪܡܢܝܐ ܠܗ ܡܢ ܠܗ ܠܡܠܬܐ ܐܫܟܚܘ . ܘܐܣܬܟܠܘ ܫܦܝܪ ܕܗܝ ܕܬܘܒ ܠܗܝ ܕܡܢ ܩܕܡ ܗܘܐ ܐܝܟ ܗܕܐ ܡܫܘܕܥܐ . ܘܚܕܝ ܣܓܝ ܗܘ ܩܬܘܠܝܩܐ ܡܛܠ ܕܪܚܡ ܫܝܢܐ ܗܘܐ ܠܗ ܛܒ ܣܓܝ . ܘܐܦ ܕܗܟܢܐ . ܐܠܐ ܠܐ ܐܬܪܟܢܘ ܐܪ̈ܡܢܝܐ ܕܢܐܡܪܘܢܗ ، ܘܐܬܓ̈ܠܓܠܘ ܒܠܬ̈ܚܡܐ ܫܒ̈ܪܝܐ ܕܠܐ ܝܕܥܝ̈ܢ ܒܡܠ̈ܟܐ. ܘܥܒܕܘ ܫܠܡܐ ܐܬܪ̈ܝܗܘܢ ܒܗ ܒܫܘܟܠܠܐ ܬܪ̈ܝܗܘܢ ܓܒ̈ܐ . ܘܐܬܪܥܝܘ ܠܚܕܕ̈ܐ . ܘܐܦ̈ܣܩܦܐ ܣܘܪ̈ܝܝܐ ܓܡܪܘ ܩܘܪܒܢܐ . ܘܐܬܬܫܘܬܦܘ

scilicet qui accidit corpori post animæ separationem, ideo scandalizabantur. Tunc patriarcha Mar Athanasius elegit sex episcopos doctos, eosque misit ad catholicum Joannem. Convenerunt simul plurimi episcopi Armeni. Quum autem multum laborassent episcopi *missi ab Athanasio*, allegando testimonia ex scriptis doctorum, *Armeni* illis haud persuasi requirebant testimonia e Scripturis veteris et novi Testamenti, quibus *corruptio* de corpore Domini affirmaretur. Tunc episcopi nostri adduxerunt Pauli de Christo testimonium in Actis[1] : *»Suscitavit eum Deus a mortuis.«* Allato porro libro Actorum in codice armeno, eamdem prorsus sententiam invenerunt et probe intellexerunt illud »iterum« (ܬܘܒ) tale quidpiam denotare, quod jam antea evenerat. Multum igitur gavisus est catholicus, quia unionis studiosissimus erat. Etsi vero hæc ita *gesta fuerunt*, Armeni tamen non se submiserunt huic loquendi modo, sed confugerunt ad sententias infantiles et doctrina carentes. Ast ambæ partes prudenti consilio[2] in hac re se gerentes, unionem perfecerunt. Episcopi Syri sacrificium absolverunt et cum ipsis Armeni communicarunt ; deinde Armeni oblationem obtulerunt et participarunt Syri, et facti sunt unum in fide. Porro scripserunt to-

[1]) *Act.* XIII, 34. Versio syriaca simplex ita hæc habet : : ܐܰܩܺܝܡܶܗ ܐܰܠܳܗܳܐ ܡܶܢ ܒܶܝܬ ܡܺܝ̈ܬܶܐ ܕܠܳܐ ܬܽܘܒ ܢܶܗܦܽܘܟ ܢܶܚܙܶܐ ܚܒܳܠܳܐ . *»Suscitavit eum Deus a mortuis ut* ITERUM *non videret corruptionem, id est mortem.«* Omissa fuerit ab amanuensi posterior versiculi pars quam contexta oratio exposcit.

[2]) Ita nimirum, ut externa quadam et οἰκονομικῇ unione contentæ, consensionem dogmaticam accurate exprimendam non multum urgerent.

ܠܗܘܢ ܐܪ̈ܡܢܝܐ. ܘܣܘܪ̈ܝܝܐ ܐܪ̈ܡܢܝܐ ܦܢܝܘܗ
ܠܣܘܪ̈ܝܝܐ ܘܐܬܚܬܡܘ ܣܘܢܗܕܝܩܐ. ܘܗܘܘ ܗܟܢ
ܚܡܫ. ܘܒܟܠܗ ܛܘܡܣܐ ܕܐܬܬܚܝܡܘ.
ܗܘ ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ ܠܗ̇ ܐܪ̈ܡܢܝܐ ܐܬܬܚܝܡܘ.
ܗܘ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ ܠܗܘܢ ܕܡܢ ܣܘܪ̈ܝܝܐ.
ܗ̄ܘ ܗܟܝܠ ܚܒܠܐ ܡܬܐܡܪ ܐܦ ܥܠ ܡܘܬܐ
ܕܒܦܘܪܫܢܐ ܕܢܦܫܐ ܡܢ ܦܓܪܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܒܟܬ̈ܒܐ ܩܕ̈ܝܫܐ. ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܐܝܟܢܐ
ܠܐ ܕܚܠܬ ܠܡܚܒܠܘ ܠܡܫܝܚܗ ܕܡܪܝܐ.
ܘܗܟܢܐ ܐܡܪܝܢܢ ܕܡܬܚܒܠ ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ
ܩܕܡ ܩܝܡܬܐ. ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܝܘܬܐ. ܠܐ ܕܢܬܚܒܠ
ܒܡܦܪܫܘܬ ܗܕ̈ܡܐ ܘܣܪܝܘܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܡܣܒܪܝܢ
ܗܘܘ ܥܠܝܢ ܐܪ̈ܡܢܝܐ. ܚܣ. ܒܗܠܝܢ ܓܝܪ
ܣܗܕ̈ܘܬܐ ܕܠܐ ܝܗܒܬ ܠܚܣܝܕܟ ܕܢܚܙܐ ܚܒܠܐ.
ܘܓܪܡܐ ܠܐ ܢܬܬܒܪ ܡܢܗ. ܦܫܝܩܐܝܬ
ܐܬܬܪܝܡ ܗܕܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܡܫܬܒܚܐ.

ܘܒܫܢܬ ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܬܐܢܣܝܘܣ ܬܘܒ ܗܘܐ
ܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܛܝ̈ܝܐ ܥܡܡ̈ܝܐ.
ܘܫܢܬ ܐܠܦ ܘܚܡܫܝܢ ܘܚܕܐ ܫܢܝ ܡܪܝ ܐܬܐܢܣܝܘܣ

mum synodicum : qui syriace exaratus erat apud Armenos repositus fuit; qui vero armeniace apud nos Syros. Contigerunt hæc anno millesimo trigesimo septimo *(Chr.* 726),qui est annus centesimus trigesimus quintus Armenorum[1]. Porro sciendum est vocabulum «corruptio» etiam de morte quæ constat separatione animæ a corpore usurpari in Scripturis sanctis, ut in hoc[2] : «*quomodo non timuisti corrumpere (occidere) Christum Domini.*» Hac ratione dicimus corruptibile, id est, mortale fuisse corpus Christi ante resurrectionem, nequaquam vero per modum sejunctionis membrorum et putredinis, ut de nobis opinabantur Armeni. Absit! Hisce enim testimoniis[3] : «*non dedisti sanctum tuum videre corruptionem,*» et «*os non comminuetur ex eo,*» prava hujusmodi fidei professio reprobatur.

Anno primo ab ordinatione Mar Athanasii obiit abbas Mar Georgius, populorum Arabum episcopus[4]. Anno autem millesimo quinquagesimo primo *(Chr.* 740) obiit Mar Athanasius pa-

[1]) Cfr. Galanus, I part., p. 105.
[2]) II *Reg.*, I, 14.
[3]) *Act.* II, 27; *Joan.* XIX, 36.
[4]) Georgius, ut Barhebræus supra retulit, ordinatus fuit anno 686, non autem anno 650 ut erronee scribit Dionysius apud Assemanum, *Bibl. Or.*, I, 167. Decessit porro anno 724. Assemanus (*Bibl. Or.*, I, 494) Georgium recenset inter scriptores Syros orthodoxos. Sed doctissimum virum errare patet ex iis quæ Barhebræus de Georgio tradit, eum nempe a Sergio Zachunæo, archiepiscopo Jacobita, jussu Athanasii patriarchæ ordinatum fuisse. Georgii scripta recenset Assemanus, *loc. cit.* His adde Epistolam nuper editam in Lagardii *Analectis syriacis*, pp. 108-134.

ܦܛܪܝܪܟ . ܫܡܫ ܕܝܢ ܫܢܝ̈ܐ ܫܒܥܣܪ̈ܐ
ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܐܦ ܕܢܚܐ ܡܦܪܝܢܐ
ܕܬܓܪܝܬ ܫܢܝ .

ܡܢ ܒܬܪ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ∴ ܐܝܘܐܢܢܝܣ .

ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝ̈ܣܩܦܐ ܕܢܩܝܡܘܢ
ܦܛܪܝܪܟ . ܗܘܐ ܒܝܢܬܗܘܢ ܚܪܝܢܐ .
ܘܫܠܡܘ ܕܢܓܒܘܢ ܬܠܬܐ ܦܪ̈ܨܘܦܐ . ܘܢܪܡܘܢ
ܥܠܝܗܘܢ ܥܕܒܐ ܐܝܟܢ ܕܐܡܪܝ ܦܨ̈ܐ . ܘܡܛܠ
ܕܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܡܝܦܪܩܛ ܕܗܘ ܣܢܕܠܝܐ .
ܣܒܐ ܗܘܐ ܫܦܝܐ . ܘܐܦܝܣ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܡܦܣܢܘܬܐ ܗܕܐ . ܟܕ ܗ̇ܘ ܟܬܒ ܐ̈ܫܡܗܐ
ܡܢܗܘܢ . ܡܦܣܢܘܬܐ ܕܗܕܐ ܕܒܥܬܐ.
ܘܟܕ ܫܩܠ ܗܘ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܫܡ̈ܗܐ ܕܬܠܬܐ
ܦܪ̈ܨܘܦܐ ܕܐܬܓܒܝܘ ܡܢ ܐܦܝ̈ܣܩܦܐ ، ܣܡ
ܐܢܘܢ ܥܠ ܡܕܒܚܐ . ܘܐܝܬܝܘ ܠܚܕ ܕܠܐ ܝܕܥ

triarcha[1]. Munus gesserat annis septemdecim. Eodem etiam anno Denhas, Tagritæ maphrianus, defunctus est.

58. *Post Athanasium*, JOANNES[2].

Congregatis porro episcopi ad patriarcham constituendum, multa inter eos contentio facta est. Tandem consenserunt ut eligerent tres personas ac mitterent super eas „adabe“, id est sortes. Quum autem Athanasius Maipheractæ[3], qui et Sandalius, vir esset senex ac bonæ famæ, omnes episcopi ei crediderunt hujus rei gestionem. Postquam igitur scripsisset Athanasius nomina trium personarum ab episcopis electarum, ea collocavit super altare et adduxit aliquem rei gestæ prorsus ignarum, qui, missa manu, accepit unam e schedulis, et exivit

[1]) Elias Nisibenus mox citandus mortem ejus pariter narrat ad annum 740. Denhas autem in altera sectione hujus *Chronici* mortuus dicitur anno 728.

[2]) Scribitur syriace ܐܝܘܐܢܢܝܣ Ἰωάννης, quasi esset nomen græcum, non ܝܘܚܢܢ ut ordinarie scribunt Syri. Elias Nisibenus ad annum Græcorum Græcorum 1051 (*Chr.* 740) e Daniele Bar-Mosis Jacobita (ܡܢ ܕܢܝܐܝܠ ܒܪ ܡܘܫܐ ܚܕܐ) :
ܒܗ ܫܢܬܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘܒܝ̈ܐ
ܘܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝ̈ܣܩܦܐ ܘܐܬܚܫܒܘ ܕܢܪܡܘܢ ܦܨ̈ܐ
ܘܐܫܠܡܘ ܠܐܬܢܐܣܝܘܣ ܡܝܦܪܩܛܝܐ ܘܡܢ ܢܟܝܠܘܬܐ
ܗܘܐ ܟܬܒ ܒܬܠܬܐ ܦܬܩ̈ܐ ܫܡܗ ܕܝܘܐܢܢܝܣ ܐܦܝܣܩܦܐ ܕܚܪܢ
ܘܣܡ ܐܢܘܢ ܥܠ ܡܕܒܚܐ . ܘܟܕ ܨܠܝܘ ܐܦܩܘ ܦܬܩ̈ܐ .
ܘܨܒܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܒܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ ܢܦܩܘܢ . ܘܟܕ ܗܘܬ
ܗܕܐ ܙܒ̈ܢܝܢ ܬܠܬ . ܐܩܝܡܘ ܠܝܘܐܢܢܝܣ .

«Eo anno defunctus est Athanasius, patriarcha Jacobitarum. Porro episcopi congregati et mittendas esse sortes rati, rem commiserunt Athanasio Maipheractæ, qui dolose agens scripsit in tribus schedis nomen Joannis, episcopi Harranæ easque super altare posuit. Quum igitur oravissent schedas eduxerunt. Voluit autem Athanasius ut eas per tres vices educerent. Quum autem idem tribus vicibus contigisset constituerunt Joannem.» Hæc prima est patriarchæ Antiocheni electio per sortes. Alia infra occurrent exempla ejusdem rei, quæ etiam apud Alexandrinos Jacobitas usitata fuit. Cfr. Assem. *Diss. de Monophys.*; p. 34; Renaudotius, *Liturgg. orientt. collect.*, I, 395.

[3]) ܡܝܦܪܩܛ *Maiphercat*, alias *Maipheracta*, *Miafarakin*, *Maiapharakin*, urbs episcopalis quam Assemanus (*Diss. de Monophys.* 92) in Mesopotamia superiori sitam fuisse autumat, Ritter vero (*Erdkunde, West-Asien*, X theil p. 79 et 93; XI theil p. 67, sqq.) ad orientem Tigridis, in via Amidæ ad Seert, quærendam ex diversis auctoribus recte colligit.

ܟܬܝܒ ܒܗ ܒܦܬܩܐ. ܘܐܪܡܝ ܐܝܕܗ ܘܢܦܩ
ܫܡ ܡܪܝ ܚܪ̈ܢܝܐ . ܘܢܝܫܐ ܣܢܕܠ ܕܐܦܝܣܩܘ̈
ܐܡܝܕ ܒܚܘܪ ܕܗܘ ܡܢܝ ܕܡܪܐ ܕܐܘܪܗܝ .
ܗܘ ܕܡܢ ܫܘܠܚܐ ܐܡܪ ܕܐܢܐ ܠܐ ܡܩܒܠ ܐܢܐ
ܕܠܡܐ ܓܕܫܐ ܗܘ . ܘܟܕ ܣܡܘ ܐܢܘܢ ܥܠ
ܦܬܘܪ ܘܫܕܪ ܐܚܪܢܐ ܠܗ ܕܝ ܠܗ ܠܫܡܐ
ܐܚܝܢ . ܘܗܟܢܐ ܕܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ . ܘܟܠܗܘܢ
ܐܡܪܘ ܕܨܒܥܗ ܕܐܠܗܐ . ܐܠܐ ܠܒܣܪ
ܐܬܦܪܣܝܬ ܗܝ ܠܥܒܕܬܐ . ܕܡ̈ܢ ܢܟܠܗ ܗܘܬ
ܕܣܢܕܠܝܣ. ܘܒܬܠܬܐ ܦܬ̈ܩܐ ܠܗ ܗܘ ܟܬܒ ܠܗ
ܠܫܡܐ ܡܛܠ ܗܢܐ . ܘܒܠܒܘܬܐ ܐܬܬܟܝܠ
ܐܡܪ ܗܘܐ ܘܬܢܝ ܘܬܠܬ .

ܘܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܬܠܡܚܪܝܐ ܕܗܘ ܐܟܬܘܒ ܥܠ ܗܠܝܢ
ܐܡܪ . ܕܠܐ ܡܬܩ̈ܢܢ ܢ̈ܟܠܐ ܩܕܡ
ܡܪܝܐ . ܘܒܦܪܢܣܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܐܬܓܒܝ
ܗܘ ܓܒܪܐ ܟܐܢܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܐܦܠܐ ܨ̈ܦܪܐ ܢܦܠ
ܒܦܚܐ ܡܢ ܒܠܥܕ ܨܒܝܢܗ . ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܗܝ
ܦܬܩܐ ܢܦܩ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ . ܘܐܦܢ
ܒܬܪ̈ܬܝܢ ܐܚܪ̈ܢܝܢ ܐܝܬ ܗܘܐ ܗܘ ܗܘ
ܫܡܐ ܟܬܝܒ ܗܘܐ .

ܘܡܚܕܐ ܕܐܬܬܣܝܡ ܗܘ ܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ .[1] ܐܬܐ ܡܠܟܐ ܡܪܘܢ
ܠܚܪܢ . ܘܐܝܬܝ ܦܛܪ̈ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܪ̈ܘܪܒܐ .
ܘܐܛܥܢ ܥܠ ܚܡܫܝܢ ܓܡ̈ܠܐ ܘܐܙܠ ܠܘܬܗ .

nomen Joannis, episcopi Haranæ[1] e monasterio Zukninensi[2]. Sandalius autem dixit : »non assentio; casu forsan *res* acciderit.« Quum igitur schedulas super altare reposuisset aliusque manum misisset, eductum est idem nomen, et sic per tres vices. Omnes igitur exclamarunt digitum Dei adesse. Sed postea patefactum est rem provenire ab arficio Sandalii qui in tribus schedulis idem nomen scripserat et idcirco fidenter secunda et tertia vice rem repetierat.

Mar autem Dionysius patriarcha Telmaharensis, qui de hisce scripsit, ait : non firmari fraudes coram Domino, sed Providentia divina electum fuisse virum istum justum; sicut enim nec passer cadit in laqueum absque ejus nutu, ita eamdem schedulam ter exivisse quamvis in duabus aliis idem nomen inscriptum esset.

Statim autem ac Mar Joannes ordinatus fuit patriarcha, venit rex Meruan in Haran[3]. Porro patriarcha paravit magnifica dona eaque imposuit quinquaginta camelis, et adiit Califam

[1]) ܚܪܢ seu ut communiter scribitur, ܚܪܢ, *Haran*, sive *Charræ*, urbs Mesopotamiæ, ad fluvium Balissum *(al Balick)* inter Edessam et Callinicum. Ritter *Erdkunde*, *West-Asien*, X Theil.; III abt., p. 1119; XI theil. III abth., pp. 291-298.

[2]) ܕܙܩܢܝܢ *cœnobium Zuknin* situm prope Amidam, hodie Diarbekir. Asseman. *Diss. de Monophys.*, p. 130, et *Bibl. Or.*, 1, 260.

[3]) Anno Christi 744. Cfr. Theophanes, *Chronographia* ad an. 735.

ܘܐܬܩܒܠ ܒܛܝܒܘܬܐ. ܘܟܬܒ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ
ܢܨܝܚܐ . ܗܝܕܝܢ ܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܚܠܦ ܚܕܘܬܐ
ܒܠܒܗܘܢ ܒܚܣܡܐ . ܘܫܪܝܘ ܪܡܝܢ ܦܚ̈ܐ
ܘܡܬܢܝܢ ܢܟ̈ܠܐ. ܘܦܪܣܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬ ܐܚܝ̈ܕܐ
ܘܡܫܬܠܛܝܢ ܒܗܠܝܢ ܡܪ̈ܥܝܬܐ ܛܪܘܢܐܝܬ.
ܐܦ ܓܝܪ ܘܠܡܪܥܝܬܐ ܕܐܡܝܕ ܦܠܓܗ ܗܘܐ
ܦܛܪܝܪܟ ܠܬܪܝܢ . ܘܝܗܒ ܚܡܫܐ ܡ̈ܬܘܬܐ
ܠܐܫܥܝܐ ܕܐܣܦܪܝܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܬܠܡܝܕܗ
ܕܣܢܕܠܝܢܐ . ܘܡܕܝܢܬܐ ܘܫܪܟܐ ܕܩܘܪ̈ܝܐ
ܠܣܘܝܪܐ . ܘܐܬܚܪܝܘ ܐܡܝܕ̈ܝܐ ܥܡ ܐܡܪܝܢ .
ܕܠܐ ܫܒܩܝܢܢ ܕܬܬܦܠܓ ܐܬܪܢ . ܘܟܕ ܠܐ
ܐܫܟܚ ܠܡܩܛܪܘ ܐܢܘܢ ܦܛܪܝܪܟ . ܐܬܟܪܝ
ܣܢܕܠܝܢܐ ܘܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܥܡܗ . ܘܐܬܐܠܨ
ܦܛܪܝܪܟ . ܘܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܠܐܝܢܐ ܢܬܦܢܐ .
ܠܡܠܟܐ ܕܢܫܚܕ ܐܘ ܠܐܦܣ̈ܩܘܦܐ . ܐܘ ܠܥܡܐ .
ܘܣܢܕܠܝܢܐ ܕܡܬܚܫܒ ܗܘܐ ܫܪܟܐ ܕܕܚܠܬ
ܐܠܗܐ ܒܥܕܬܐ . ܐܬܗܦܟ ܒܝܘܬܪ ܡܢ ܟܠ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ . ܘܡܒܙܚ ܗܘܐ ܠܦܛܪܝܪܟ .
ܘܐܟܠ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܠܘܬ ܡܪܘܢ ܡܠܟܐ ܕܛܝ̈ܝܐ . ܕܟܢܫ

a quo benigne exceptus fuit. Scripsit igitur *Meruan* praeclarum diploma[1]. Tunc episcopi loco gaudii invidia perciti, cœperunt retia tendere prætextus que nectere, adire potentesac ingregibus tyrannice dominari. Etenim diœcesim Amidæ[2] patriarcha in duas diviserat et dederat quinque tractus Isaiæ Aspharinensi[3], Sandalii discipulo, urbem autem ac reliquos pagos Severo. Amidenses autem sese opposuerunt dicentes : « non sinemus dividi regionem nostram. » Quum igitur non posset eos vi adigere patriarcha, offensi sunt Sandalius aliique episcopi cum illo; coarctabatur patriarcha nesciens cuinam acquiesceret : regi muneribus alliciendo, aut episcopis, aut plebi. Porro Sandalius, qui tanquam pietatis superstes quidam cultor in ecclesia habebatur, magis quam ceteri omnes lapsus est in miseriam, ita ut insultaret patriarchæ, quem acccusavit apud Meruan, Arabum regem, collegisse Tagriti et in Oriente centum

[1]) Theophanes, *lib. cit.*, ad an. 736 refert quod M aruam seu Meruan «christianis orientalibus postulantibus Theophylactum presbyterum Edessenum Antiochiæ patriarcham post Stephani obitum ordi nari permisit, eumdemque publicis litteris honorice ab Arabibus salutari sanxit.» Igitur Maruan in Jacobitas æque ac in catholicos benevolum se præstitit et Antiochenum patriarcham Jacobitam æque ac patriarcham catholicum benigne tractavit. Porro inde ab Anastasio II (+ 606, vid. supra 213 not. 1) sedes Antiochena orthodoxis patriarchis sæpius orbata remansit. Sedem hanc occuparunt Macedonius, Georgius et Macarius, hæresi Monothelitarum addicti. Macario a sexta synodo damnato successit Theophanes orthodoxus. Secuti sunt, diversis temporis intervallis, Alexander II, Thomas et Georgius II; deinde sedes vacavit annis 40, nempe usque ad annum 742. Quo anno sedem occupabat Stephanus III, cui suffectus fuit Theophylactus, qui sedit ab anno 744 ad annum 751.

[2]) أَمِد آمِد, *Amida*, hodie *Diarbekir*, urbs episcopalis, ad Tigridem superiorem in regione montosa, Kurdistan hodie nuncupata, aliquo tempore patriarcharum Jacobitarum sedes fuit. Cfr. Assemanus, *Diss. de Monophys.*, p. 62; Ritter, *Erdkunde, West-Asien*, XI theil, III abt., pp. 1-64.

[3]) «ܐܣܦܪܝܢ *Aspharin* vel ܨܘܦܪܝܢ *Suphrin*, unde *Syphrea* Marcellino, *Siphris* Procopio, et *Sipphara* Ptolemæo, Amida distat, eodem Procopio teste, stadiis 350.» Ita Assemanus, *Diss. de Monophys.*, p. 67.

ܡܐܐ ܟܟܪ̈ܝܢ ܕܣܐܡܐ ܡܠܦ ܥܠܝ ܠܐܦܛܪܘܦܘܬ
ܘܫܘܚܕܐ ܘܢܣܒ ܡܘܗܒܐ ܘܥܒܕ ܐܦܝ̈ܣܩܦ̈ܐ .
ܟܠ ܚܪܫܐ ܕܙܢܝܘܬܐ ܕܝܘܬܪ ܗܘܬ ܘܣܢ̈ܝܐܬܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܠܡܝ̈ܡܣܐ ܕܠܐܬܡܠܠܘܢ ܐܦܢ ܡܠܝܢ
ܡܫܬܡܥܢܐ . ܚܣܘܟ ܕܠܐܬܩܒܠܘܢ . ܘܦܛܪܝܪܟ
ܐܡܪ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ، ܕܐܢܬܬܐ ܢܣܒ
ܒܐܣܟܝܡܐ ܕܕܝܪܝܬܐ ܘܡܙܢܐ ܥܡܗ ܘܥܡ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ.
ܐܠܐ ܡܠܟܐ ܕܛܝܝ̈ܐ ܟܕ ܝܕܥ ܗܘܐ ܕܡܢ ܦܛܪܝܪܟ
ܡܨܐ ܗܘܐ ܠܡܣܒ ܙܘܙܐ ܣܓܝ ܠܡܬܝܟܘܬܗ . ܡܩܛܪܓܢܘܬ
ܡܩܒܠ ܗܘܐ ܡܬܝܪܐܝܬ ܕܥܠܘܗܝ . ܘܟܠܝܗ
ܒܚܪܢ . ܘܟܠܝ ܕܠܐ ܢܦܘܩ ܡܢ ܬܡܢ .
ܥܕܡܐ ܕܢܦܪܘܥ ܐܪܒܥܬܥܣܪ ܐܠܦܝ̈ܢ ܕܪ̈ܝܩܘܢܐ .
ܘܗܘ ܡܪܘܢ ܢܦܩ ܘܐܙܠ ܠܡܕܢܚܐ ܠܩܪܒܐ.
ܘܐܙܠ ܥܡܗ ܣܢܕܠܝܐ . ܕܢܓܪܐ ܝܬܝܪܐܝܬ
ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܗܙܝܡܐ ܐܬܙܟܝ ܡܪܘܢ
ܘܥܪܩ ܒܒܗܬܬܐ . ܐܦ ܣܢܕܠܝܐ
ܐܬܒܙܙ ܘܥܪܩ ܟܕ ܥܪܛܠܝ . ܘܫܠܡܬ
ܥܠܘܗܝ ܗܝ ܕܐܡܪ ܡܝܟܐ ܠܐܚܐܒ .
ܐܢ ܡܗܦܟ ܗܦܟܬ ܒܫܠܡܐ . ܠܐ ܡܠܠ
ܒܝ ܡܪܝܐ . ܦܛܪܝܪܟ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ
ܗܠܝܢ . ܐܡܪܚ ܘܗܦܟ ܠܕܝܪܗ ܘܫܠܐ
ܒܫܠܝܐ ܥܕ ܕܐܬܬܩܢ ܨܒܘ̈ܬܐ . ܘܐܦ̈ܣܩ
ܗܠܝܢ ܕܡܫܓܫܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ . ܟܕ
ܡܬܟܣܣܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܟܠܢܫ . ܥܠܘܗܝ
ܕܦܛܪܝܪܟ ܫܕܝܢ ܗܘܘ ܥܠܬܐ . ܕܠܐ
ܨܒܐ ܫܝܢܐ .

ܗܝܕܝܢ ܐܬܟܢܫܬ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܕܐܦܝ̈ܣܩ ܒܛܪܡܢܐ ܩܪܝܬܐ ܕܒܩܘܪܘܣܛܝܩܐ

millia argenti; atque munera accipere ad creandos episcopos; præterea alia turpia *illi imputavit*, nimirum adulteria ac maleficia nimis abominabilia, quam ut a mimis nominentur nedum admittantur. Patriarcha vicissim eum accusabat mulierem duxisse habitu monialem, atque cum ea et cum aliis fornicari.

Rex autem Arabum, sciens se a patriarcha majorem pecuniæ summam posse obtinere, avide accipiebat accusationes adversus eum. Detinuit igitur eum in Haran et prohibuit inde exire donec persolvisset quatuordecim millia daricorum. Interim Meruan in Orientem profectus est ad bellum; ivit cum eo Sandalius eo fine ut illum magis ac magis adversus patriarcham concitaret. Sed victus Meruan fugit cum confusione[1]. Sandalius etiam spoliatus fuit nudusque profugit. Itaque impletum est super eum quod dixit Michæas ad Achab[2] : « *si revertaris in pace, mihi non locutus est Dominus.* » His igitur auditis, patriarcha in monasterium suum regredi ausus est et in quiete mansit donec res suae erigerentur. Episcopi autem qui seditiones contra eum moverant, quum ab omnibus reprehenderentur, causam in patriarcham refundebant quasi ipse pacem nollet.

Tunc congregata est in Tarmana ditionis Cyrensis pago, synodus epis-

[1]) Cfr. Theophanes, *Chronographia*, ad an. 740.

[2]) III *Reg.*, XXII, 28.

ܘܡܦܝܣ ܘܥܒܕ ܫܝܢܐ ܒܝܢܬ ܦܛܪܝܪܟ
ܠܝܘܐܢܢܝܣ ܘܠܐܬܢܐܣܝܘܣ ܣܢܕܠܝܐ . ܘܢܦܠ
ܗܘ ܗܢܐ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟ : ܟܕ
ܒܟܐ ܘܒܥܐ ܚܘܣܝܐ . ܘܒܬܪ ܬܪܥܘܬܐ
ܬܘܒ ܗܦܟ ܠܪܘܫܥܗ . ܘܟܢܫ ܐܦ̈ܝܣܩܦܐ ܒܬܠܐ
ܘܐܟܪܙܘܗܝ ܪܫܐ ܘܡܝܛܪܘ̄ ܪܒܐ . ܗܝܕܝܢ
ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܐܬܦܪܫܘ ܡܢ ܐܦ̈ܝܣܩܦܐ ܕܡܫܬܠܡܝܢ
ܠܗ . ܘܒܟܠܗ ܗܠܝܢ ܐܬܐܠܨ ܕܘܝܕ ܕܕܪܐ ܡܢ ܒ̈ܢܝ
ܡܪܥܝܬܗ ܠܦܢܐ ܕܟܬܒ ܐܝܬܘܗܝ ܐܝܕܗ
ܠܣܢܕܠܝܐ ܘܡܢ ܐܬܦܩܠ ܘܟܕ ܚܙܘ ܐܦ̈ܝܣܩܦܐ
ܕܐܬܦܠܓܘ ܡܪ̈ܥܝܬܗܘܢ . ܐܬܟܢܫܘ ܘܟܬܒܘ
ܐܓܪ̈ܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟ ܘܫܥܒܕܘ ܢܦܫܗܘܢ . ܗܘ ܕܝܢ
ܛܘܒܢܐ . ܟܕ ܚܙܐ ܕܐܬܡܚܝܠ ܠܗ ܡܢ
ܣܝܒܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ . ܘܕܠܐ ܦܐܐ ܕܢܫܒܘܩ
ܠܥܕܬܐ ܟܕ ܫܓܝܫܐ ܫܒܩ ܘܚܣܐ ܠܗܘܢ . ܐܠܐ
ܣܢܕܠܝܐ ܠܐ ܫܠܝ ܡܢ ܪܘܫܥܗ . ܘܣܡ
ܐܦܣܩܦܐ ܠܚܪܢ ܕܠܐ ܫܘܠܡܢܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܐܢܫ ܕܫܡܗ ܐܝܣܚܩ . ܘܠܐܠܝܐ ܕܫܝܓܪ
ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܘܡܠܦܢܐ . ܗܘ ܕܠܦܘܫܩܐ
ܩܕܡܝܐ ܕܬܐܘܠܘܓܘܣ ܬܪܓܡ ܘܦܫܩ
ܘܢܗܪ ܫܪܝܗ . ܘܐܦܢ ܡܢ ܗܦܪܟܝܐ
ܕܡܦܪܝܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ . ܘܐܩܝܡ ܚܠܦܘܗܝ
ܓܒܪܐ ܐܢܫ ܒܝܫܐ ܕܫܡܗ ܝܫܘܥ ܒܟܪ .
ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܫܢܝ ܝܘܐܢܢܝܣ ܦܛܪܝܪܟ
ܒܬܫܪܝܢ ܩܕܝܡ . ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܬܝܢ
ܘܫܬ . ܟܕ ܫܡܫ ܫܢܝ̈ܐ ܫܒܥܣܪ̈ܐ .

coporum quæ pacem restituit inter Joannem patriarcham et Athanasium Sandalium. Hic ad pedes patriarchæ se projecit, flens et veniam implorans. At post reconciliationem ad impietatem suam rediit et Telæ congregavit episcopos qui proclamarunt eum caput *suum* et metropolitam magnum. Tunc fideles se separarunt ab episcopis qui ei assentiebantur. Hisce omnibus coactus fuit David Daræ, nec ante a suis diœcesanis receptus quam proprio chirographo Sandalium anathematizasset. Quum igitur cernerent episcopi scissos greges suos, congregaverunt se et scriptis patriarchæ epistolis sese submiserunt. Beatus autem *Joannes* videns se provecta senectute gravari, quia ecclesiam relinquere perturbatam non decebat, dimisit et condonavit eis. Sed Sandalius, a sua impietate non desinens, absque consensu patriarchæ episcopum in Haran constituit quemdam nomine Isaacum; Eliam vero Singaræ[1], virum sapientem et doctrina præstantem, qui priorem Theologi[2] tomum mirifice interpretatus erat et illustrarat, deposuit, quamvis e provincia maphriani esset, in ejus vero locum ordinavit virum quendam flagitiosum, nomine Josue Bachar. Eo tempore obiit patriarcha Joannes mense Tischrin prioris *(Octobris)* anno millesimo sexagesimo sexto *(Chr.* 754), quum officio functus esset annis sede-

[1]) ܫܝܓܪ, *Schigar*, Græcis Σιγγαρα, Latinis *Singara*, urbs episcopalis in Mesopotamia, ad occasum Tigridis tribus mansionibus a Mossul distans. Cfr. Assemanus, *Diss. de Monophys.*, p. 109.

[2]) *Theologi*, id est, Gregorii Nazianzeni.

ܘܐܬܬܣܝܡ ܦܓܪܗ ܒܩܪܝܬܐ ܒܕܝܬܐ ܕܥܠ
ܦܪܬ ܢܗܪܐ .

cim[1]. Repositum est corpus ejus in pago Badia ad fluvium Euphratem.

ܒܬܪ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ܃ ܐܝܣܚܩ ܠܐ ܢܡܘܣܝܐ .

59. *Post Joannem*, ISAAC *illegitimus*.

ܡܢ ܒܬܪ ܡܥܢܕ ܐܝܘܐܢܢܝܣ . ܦܩܕ ܐܒܘ
ܓܥܦܪ ܡܠܟܐ ܕܛܝܝܐ ܠܐܦܣ̈ܩܘܦܐ . ܕܠܐܝܣܚܩ
ܚܪܢܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܒܥܘܡܪܐ ܕܩܪܬܡܝܢ
ܢܥܒܕܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܗܢܐ ܡܩܕܡ ܐܝܬܘ̄ . ܗܘܐ
ܥܡܪ ܐܝܣܚܩ . ܒܥܡܪ ܗܘܐ ܒܕܝܪܐ
ܕܦܘܪ̈ܩܣܐ ܕܒܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ . ܘܐܬܐ ܠܘܬܗ
ܕܝܪܝܐ ܐܟܣܢܝܐ . ܘܟܕ ܐܝܩܪܗ ܡܠܘܗܝ
ܝܘܡ̈ܬܐ ܩܠܝܠ . ܨܒܐ ܕܢܦܪܥܝܘܗܝ .
ܘܫܐܠ ܘܐܝܬܝ ܐܝܣܚܩ ܩܠܝܠܐ ܡܢ ܐܒܪܐ .
ܗܘ ܕܝܢ ܦܫܪܗ ܃ ܐܦܩ ܨܪܘܪܐ ܡܢ ܡܘܪܟܗ.
ܘܢܣܒ ܡܢܗ ܘܐܪܡܝ ܥܠ ܐܒܪܐ .
ܘܐܨܛܒܥ ܗܘܐ ܕܗܒܐ . ܘܟܕ ܚܙܐ ܐܝܣܚܩ ܃
ܒܪܓܬ ܣܘܟܠܗ ܕܐܘܡܢܘܬܐ . ܘܒܥܐ
ܡܢ ܕܝܪܝܐ ܗܘ ܕܢܠܦܝܘܗܝ . ܘܟܕ ܗܘ ܐܡܪ
ܕܡܢ ܐܚܪܢ ܐܫܬܠܡܬ ܠܗ ܒܫܝܪܐ ܃ ܠܐ
ܗܝܡܢܗ . ܘܢܩܦ ܒܬܪܗ ܕܕܝܪܝܐ ܘܕܚܝܗ
ܒܓܘܒܐ ܘܦܠܚܗ . ܟܕ ܐܡܪ ܕܡܟܝܟ

Defuncto Mar Joanne, eodem anno 1066, mandavit Abugiafar[2], Arabum rex, episcopis ut Isaacum Haranæ, monachum cœnobii Cartaminensis, patriarcham constituerent. Iste autem Isaac olim habitaverat in monasterio Phurchese[3] in monte Edesseno. Venit ad eum monachus quidam peregrinus, qui cum ab Isaaco aliquot diebus honorifice habitus fuisset, eum remunerare voluit; illi ergo petenti attulit Isaac plumbi particulam, qua liquefacta, eduxit marsupium parvum e mantica; ex eoque *marsupio* aliquid projecit super plumbum, quod ubi intinctum fuit in aurum conversum est. Quo viso, Isaacus desiderio artis cognoscendæ flagrans, a monacho postulavit quisnam hoc eum docuisset. Quum autem ille respondisset ab altero secretum (?) sibi commissum, non credidit ei, et monachum secutus, eum detrusit in cisternam atque in-

[1]) Elias Nisibenus e »*Dionysio, Jacobitarum patriarcha* (ܡܢ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟ ܕܝܥ̈ܩܘܒܝܐ) notat ad annum Græcorum 1066 : (ܐܣ̄ܘ) : ، ܘܒܗ̇ ܒܗ̇ ܡܝܬ ܐܝܘܐܢܝܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘ̈ܒܝܐ : » *Eo anno obiit Joannes patriarcha Jacobitarum.* » Ex iis autem quæ hic a Barhebræo de Joanne narrantur corrigenda sunt ea quæ Renaudotius ex Elmacino de eodem Joanne inseruit in sua *Historia patriar. Alex.*, p. 217.

[2]) ܐܒܘܓܥܦܪ *Abugiaphar*, pleno nomine vocatur *Abdallah Abugiaphar Almansor*.

[3]) Quod Assemanus *Bibl. Orient.*, II, 339 interpretatur per »*monasterium turrium.*« Est enim ܦܘܪ̈ܓܣܐ, ut opinatur J. D. Michaelis, in *Lexico* Castelli, idem quod Græcum πύργος, »*turris, arx*;« eique consonat G. H. Bersteinius.

ܗܘܐ ܒܬܪܡܠܘܗܝ ܟܬܒܐ ܕܡܠܦ ܐܘܡܢܘܬܐ
ܡܫܬܠܡܢܐ . ܘܠܐ ܐܫܟܚ ܠܐ ܟܬܒܐ ܐܦܠܐ
ܟܣܝܢܐ . ܐܠܐ ܩܠܝܠ ܙܘܙܐ ܕܫܒܝܩ ܗܘܐ
ܒܟܝܣܗ ܙܥܘܪܐ . ܘܒܥܠܬܗ ܐܬܩܪܒ ܠܘܬ
ܐܒܘܓܥܦܪ .

ܘܟܕ ܡܝܬ ܡܪܝ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ܟܢܫ ܗܘ
ܡܠܟܐ ܠܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܠܪܝܫܥܝܢܐ . ܘܐܩܝܡܘܗ
ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ . ܘܐܩܝܡܘܗܝ ܒܪܝܫܥܝܢ ܠܐ ܢܡܘܣܐܝܬ
ܒܦܛܪܝܪܟܘܬܐ . ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܝܥܩܘܒ
ܐܦܣܩ ܕܪܝܫ ܟܐܦܐ ܗܘ ܕܣܡܝܐ ܗܘܐ .
ܘܢܣܒ ܡܢ ܡܠܟܐ ܫܘܠܛܢܐ ܕܢܬܩܒܠ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ . ܘܢܬܟܪܟ ܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܘܢܠܩܛ
ܣܡ̈ܡܐ ܕܟܝܡܝܐ . ܘܟܕ ܐܬܟܪܟ ܒܐܬܪ̈ܘܬܐ
ܣܓܝܐܬܐ ܫܕܪ ܡܠܟܐ ܘܩܪܝܗܝ ܠܘܬܗ ܩܕܡ
ܫܘܡܠܝ ܫܢܬܐ . ܘܟܕ ܐܢܣܝܗ ܘܐܫܟܚܗ
ܕܠܐ ܝܕܥ ܡܕܡ . ܦܩܕ ܘܚܢܩܘܗܝ ܘܫܕܘ
ܦܓܪܗ ܒܦܪܬ ܢܗܪܐ . ܘܐܝܟ ܕܥܒܕ ܠܕܝܪܝܐ
ܐܟܣܢܝܐ ܐܬܥܒܕ ܠܗ .

terfecit, sperans se inventurum in ejus mantica scriptum edocens quanam re *ars* constaret; at nec scriptum neque secretum (?) invenit, sed parum quid in marsupio relictum. Hac de causa, *quod nempe crederetur occultæ artis peritus*, familiaris Abugiafaro fuit[1].

Mortuo autem Mar Joanne, episcopi, vi a rege coacti, Rhesinæ congregati sunt, eumque in *urbe* Rhesina illegitime[2] constituerunt patriarcham. Imposuit autem ei manum Jacobus, episcopus Rischkiphæ[3], qui cœcus erat. Obtinuit porro a rege diploma quo ab omnibus susciperetur et regiones perlustraret atque medicamina chemica colligeret. Quum igitur plura loca jam visitasset, rex accersivit eum ad se ante annum completum. Postquam vero eum examinasset et invenisset nihil scientem, jussit eum strangulari ejusque cadaver in Euphratem projici. Quemadmodum igitur fecerat monacho peregrino, ita et ipsi factum est.

1) In *Hist. patr. Alex.*, p. 232, Renaudotius refert Isaacum Abugiafaro ideo carum fuisse quod præcipua califæ uxor quæ christiana erat, cum sterilis foret et ad monasterium profecta esset viderat in somno viros, inter quos agnoverat Isaacum, duos qui prolem illi pollicerentur, quam paulo post obtinuit. Sed potius credendum Barhebræo rerum suæ gentis accurate edocto quam auctoribus Ægyptiis quos legit Renaudotius.

2) Illegitime eum constitutum dicit Barhebræus, non quod jam esset episcopus et prohibitum foret transferre episcopum a sua diœcesi ad sedem patriarchalem; nam Severus Bar-Maske, qui inter legitimos patriarchas recensetur, translatus jam fuerat a sede Amidensi ad thronum Antiochenum. Non igitur hac de causa illegitimus Isaacus habetur, sed quod favore principis, non vi canonum ad hanc dignitatem evectus fuerit.

3) ܪܝܫ ܟܐܦܐ, *Rischkipha*, oppidum Mesopotamiæ ad Euphratem. Cfr. Assem. *Diss. de Monophys.*, p. 105.

ܒܬܪ ܐܝܣܚܩ. ܕܠܐ ܢܡܘܣܐ. ܣܢܕܠܝܐ ܠܐ ܢܡܘܣܐ.

ܒܬܪ ܕܐܒܕ ܐܝܣܚܩ ܦܩܕ ܡܠܟܐ ܐܒܘ ܓܥܦܪ ܠܐܦܝܣܩܦܐ. ܕܢܥܒܕܘܢ ܒܛܘܪܢܘܬܐ. ܐܝܟ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܡܝܦܪܩܛ ܕܫܡܗ ܣܢܕܠܝܐ. ܕܐܦ ܗܘ ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܩܪܛܡܝܢ ܐܝܬܘܗܝ. ܕܥܠܬܗ ܗܘ ܕܫܓܘܫܝܐ ܟܠܗ ܗܘܐ ܒܝܘܡܝ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܢܣܒ ܫܘܠܛܢܗ ܡܢ ܡܠܟܐ. ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܚܪܢ. ܘܨܒܐ ܕܠܡܕܝܢܬܐ ܠܥܒܕܝܢ ܬܠܡܝܕܗ ܕܐܝܣܚܩ ܢܣܡܘܟ ܠܗ. ܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ ܒܢܝ ܚܪܢ. ܘܐܬܪܥܝܘ ܠܐ ܒܐܬܘܬܐ ܘܒܠܠܝܐ ܥܠܠܘ ܘܚܢܩܘܗܝ ܠܣܢܕܠܝܐ. ܘܐܫܬܡܥܬ ܕܒܐܡܝܪܐ ܐܬܥܒܕܬ ܗܕܐ. ܘܐܬܘ ܕܝܪܝܐ ܕܩܪܛܡܝܢ ܘܫܩܠܘ ܦܓܪܗ ܘܣܡܘܗܝ ܒܓܠܘܣܩܡܐ ܒܥܘܡܪܗ ܘܡܝܩܪܝܢ ܠܗ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܘܗܘ ܕܩܕܡܘܗܝ. ܠܐ ܙܕܩ ܗܘܐ ܕܢܬܡܢܘܢ ܒܡܢܝܢܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܢܕܚܠܘܢ ܗܢܘܢ ܕܩܪܝܢ ܘܫܡܥܝܢ. ܟܕ ܚܙܝܢ ܕܐܝܟ ܐܝܕܐ ܚܪܬܐ ܡܠܝܐ ܣܘܪܕܐ ܗܘܝܐ ܠܥܒܪܝ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܐܠܗܝܐ ܢܟܬܒܢ ܐܢܘܢ.

ܒܬܪ ܣܢܕܠܝܐ. ܓܝܘܪܓܝ.

ܗܢܐ ܡܢ ܒܥܠܬܢ ܩܪܝܬܐ ܕܐܬܪܐ ܕܚܡܨ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܘܐܬܪܕܝ ܒܥܘܡܪܐ

60. *Post Isaacum illegitimum*, SANDALIUS *illegitimus*.

Postquam perierat Isaacus, rex Abugiaphar imperavit episcopis eodem tyrannico modo ut Athanasium, Maiphercatæ episcopum, *cognomine* Sandalium[1], qui et ipse e monasterio Cartaminensi erat et auctor totius illius perturbationis Joannis diebus *exortæ*, patriarcham constituerent. Accepto igitur a rege diplomate, *Sandalius*, quum Haran pervenisset, velletque illi urbi ordinare Abdinium, Isaaci discipulum, hoc noluerunt Haranitæ et iniquo inito consilio de nocte aggressi sunt Sandalium eumque strangularunt. Quod ab Emiro procuratum fuisse fama fuit. Monachi autem cœnobii Cartaminensis venientes tulerunt cadaver ejus, quod in theca repositum in suo monasterio venerantur. Hic autem ejusque prædecessor in ordine patriarcharum non erant recensendi; sed ut timeant qui legunt et audiunt, videntes qualis finis periculi plenus immineat transgressoribus legis divinæ, eos recensuimus[2].

61. *Post Sandalium*, GEORGIUS.

Hic e pago Baaltan in agro Emeseno oriundus, eruditus fuit in monas-

[1]) In codice scribitur ܣܢܕܠܝܐ *Sendelaia*, sed receptam ab Assemano et aliis post eum hujus nominis orthographiam pro more retinuimus.

[2]) Ex iis quæ Barhebræus de Sandalio refert corrigenda sunt ea quæ habentur apud Renaudot. *Hist. patriar. Alex.*, p. 234.

ܕܩܢܫܪܝܢ· ܘܐܬܠܡܕ ܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ
ܝܘܢܝܐ ܘܣܘܪܝܝܐ. ܘܗܘܐ ܣܘܢܩܠܐ ܠܡܪܝ
ܬܐܘܕܘܪܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܫܡܝܫܛ. ܗܘ ܕܐܦ
ܐܬܢܒܝ ܥܠܘܗܝ ܘܐܡܪ. ܕܕܪܓܐ ܪܒܐ ܢܬܠ
ܠܟ ܐܠܗܐ ܒܥܕܬܗ. ܐܠܐ ܬܗܘܐ ܥܝܢܟ ܥܠ
ܥܘܡܪܐ ܕܐܬܪܒܝܬ ܒܗ. ܡܛܠ ܕܐܬܡܟܟ.
ܘܟܕ ܡܝܬ ܣܢܕܠܝܣ. ܘܗܘܬ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܒܡܒܘܓ ܒܟܢܘܢ ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܒܥܝܢ.
ܘܐܬܐܡܪ ܥܠܘܗܝ ܕܓܘܪܓܝܣ. ܘܫܕܪܘ ܐܝܬܝܘܗܝ.
ܟܕ ܠܒܝܫ ܐܣܟܝܡܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܗܘܐ.
ܘܟܕ ܚܙܐܘܗܝ ܘܐܬܒܩܝܘ ܝܘܠܦܢܗ. ܟܠܗܘܢ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܢܦܩܘ ܠܐܘܪܥܗ. ܣܛܪ ܡܢ
ܕܘܝܕ ܕܕܪܐ. ܘܝܘܚܢܢ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ.
ܕܪܚܡܝܢ ܠܫܘܒܚܗܘܢ ܗܘܘ ܐܡܪܝܢ.
ܕܠܐ ܡܣܩܝܢܢ ܐܢܫ ܡܢ ܚܘܪܐ
ܠܟܘܪܣܝܐ. ܡܗܝܡܢܐ ܕܝܢ ܕܡܒܘܓ. ܟܕ
ܚܙܘ ܚܫܝܗܘܢ. ܐܫܡܥܘܢ ܐܢܘܢ ܡܠܝܢ
ܕܢܟܪܝܢ. ܘܐܬܝܩܪܘ ܠܒܝܗܘܢ ܕܐܝܠܝܢ.
ܘܐܬܚܝܠܘ ܠܫܪܟܐ ܕܐܦܣܩܘܦܐ. ܘܟܕ ܠܐ ܨܒܝܢ ܕܬܪܝܢ
ܗܢܘܢ. ܘܡܢ ܐܣܛܪܛܐ ܕܣܛܠܝܣ· ܘܐܩܝܡܘ

terio Kenserinensi et operam navavit Scripturis in libris græcis et syris. Sed et syncellus fuit Mar Theodori, Samosatæ episcopi, qui prophetans de eo dixit : « gradum sublimem largietur tibi Deus in ecclesia sua. Sit autem tum oculus tuus super monasterium in quo eruditus fuisti, quia debilitatum est. » Mortuo autem Sandalio, synodus congregata fuit Mabugi mense Conun *(Decembri)* anni millesimi septuagesimi *(Chr.* 758)[1], in qua cum Georgii mentio facta fuisset miserunt qui adducerent eum, quamvis habitum diaconi adhuc gereret. Quem quum aspexissent ejusque doctrinam probassent, omnes episcopi prosilierunt in occursum ejus, præter Davidem Daræ et Joannem Callinici qui sibi honorem ambientes coeperunt dicere : « non promovemus quempiam ex albis in thronum[2]. » Fideles autem Mabugenses, perspectis illorum passionibus, talia eos audire fecerunt quibus *illorum* corda angerentur, reliquis vero episcopis animos addiderunt : atque hi, duobus illis invitis,

[1]) Dionysius hæc refert ad an. 755 et inter episcopos qui huic synodo interfuerunt recenset Joannem Callinici, Timotheum Edessæ, Davidem Daræ, Abam Amidæ, Sergunam Mardæ, Stephanum Chaburæ, Constantinum Samosatæ, Cyriacum Turabdini, Dionysium Haran, Eliam Sigaræ, Paulum Tagritæ, Zachæum Cermæ, Jonam Benuhadræ, aliosque e Syria bene multos. *Bibl. Or.*, t. II, 111. Dionysius synodum habitam ait anno 755. Sed nota numeralis fortasse errori amanuensis debetur. Nam Elias Nisibenus e *Chronico* Dionysii cum Barhebræo electionem Georgii ad annum 759 seu 758 refert. Sic enim ad an. 1070 (ܐܥ) scribit : ܒܗ ܐܬܩܝܡ ܓܝܘܪܓܝܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘܒܝܐ ܘܐܚܪܢܐ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܠܗܘܢ ܣܡܘ ܠܗܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܚܪܢܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܝܘܚܢܢ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ. ܗܘܐ ܠܗ ܦܠܓܘܬܐ ܒܝܢܬܗܘܢ. *« Eo anno constitutus est Georgius patriarcha Jacobitarum. Quidam vero ex eorum episcopis constituerunt sibi alium episcopum, Joannem nempe, Callinici episcopum. Quapropter schisma exortum est inter eos. »*

[2]) Id est: non promovemus diaconum ad thronum patriarchalem.

ܣܛܢܐ. ܘܐܣܪܚܘܗܝ ܠܝܘܚܢܢ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ
ܦܛܪܝܪܟ. ܗܘ ܕܗܘܐ ܡܚܒܠ ܠܥܕܬܐ ܕܡܕܢܚܐ.

ܘܒܬܪ ܐܪܒܥ ܫܢܝܢ ܡܝܬ ܝܘܚܢܢ.
ܘܩܡ ܒܕܘܟܬܗ ܕܘܝܕ ܕܕܪܐ. ܘܗܘܬ ܥܩܬܐ
ܠܓܝܘܪܓܝܣ. ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܐܒܘ ܓܥܦܪ
ܡܗܝܡܢܐ ܕܛܝܝܐ. ܘܐܟܠ ܩܪܨܘܗܝ ܠܓܝܘܪܓܝܣ ܟܕ
ܐܡܪ ܕܕܠܐ ܦܘܩܕܢܟ ܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܡܥܠܒ
ܠܢ ܒܡܕܐܬܐ. ܘܟܕ ܡܫܬܐܠܝܢ ܠܗ. ܕܠܡܢܐ
ܡܛܠ ܠܐ ܡܩܒܠ ܠܗ ܣܓܠܝܘܢ ܕܡܠܟܘܬܐ.
ܡܥܢܐ ܕܠܐ ܡܙܕܩ ܐܝܟܐ ܕܢܥܘܠ ܫܡܗ
ܕܢܒܝܐ ܠܡܪܣܘܢ ܕܝܠܗ. ܘܡܚܕܐ
ܡܠܟܐ ܐܬܚܡܬ ܘܐܚܕܗ ܠܓܝܘܪܓܝܣ.
ܘܐܫܠܚܘܗܝ ܢܚܬܘܗܝ ܘܡܬܚܘܗܝ ܠܕܪܥܝ
ܕܪ̈ܥܘܗܝ. ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܩܪܐ ܒܠܫܢܐ
ܝܘܢܝܐ ܬܐܘܛܘܩܘܣ ܒܘܝܬܝ. ܕܡܬܦܫܩ
ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܥܕܪܝܢܝ. ܘܟܕ ܫܐܠܗ ܡܠܟܐ

Georgium ordinarunt. Soluta synodo, quum episcopi Mesopotamiæ Euphratem transiissent, impulit eos Satanas ut ordinarent patriarcham Joannem Callinici qui subvertit Orientem.

Mortuo autem post quatuor annos Joanne[1], in ejus locum successit David Daræ, et molestiae Georgio factæ sunt. David enim adiit Abugiafarum, Arabum Calipham et accusavit Georgium dicens : « absque mandato tuo patriarcha factus est et vexat nos exactionibus; quum vero interrogamus eum cur diploma Caliphæ non assumat, respondet, se fas non arbitrari ut ingrediatur nomen prophetæ in manticam suam ». Illico autem Calipha fremens comprehendi jussit Georgium. Spoliaverunt igitur eum vestibus ejusque brachia distenderunt. Beatus autem Georgius clamabat græca lingua : θεοτόκε βοήθει, quod vertitur : « Deigenitrix adjuva me. » Roganti Caliphæ quid diceret, respondit

[1]) Consonat Elias Nisibenus ex eodem Dionysio ad an. 1074 (ܐ̄ܥܕ) scribens : ܒܗ ܡܝܬ ܝܘܚܢܢ ܗܘ ܕܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩ̈ܘܒܝܐ ܠܐ ܢܡܘܣܐܝܬ. «*Eo anno mortuus est Joannes illegitimus Jacobitarum patriarcha.*» Dionysius (ap. Assem. *Bibl. Or.*, II, 112) addit synodum episcoporum Geziræorum, Mossulanorum, et Occidentalium in Sarug habitam fuisse post mortem Joannis episcopi Callinicensis; in ea synodo omnes Georgio patriarchæ consensisse, atque decrevisse episcopali honore amovendos esse quotquot Joannes ordinaverat, huic synodo præfuisse Georgium patriarcham, præsentibus David, episcopo Daræ, Aba Amidæ, Serguna Mardæ et Constantino Samosatæ. Elapso biennio episcopi, quos Georgius in synodo Sarugensi exauctoraverat, adeunt Bagdadi Abugiafarum, accusantes Georgium quod tyrannidem in Syros exerceret. Abugiafarus, conjecto in vinculis Georgio, episcopis dat facultatem, alium in ejus locum quem vellent patriarcham substituendi. Communibus igitur suffragiis eligitur David Daræ : qui licet eximiam in cunctos mansuetudinem præ se ferret, neminem tamen sibi obsequentem habuit, præter eos, qui ipsum ordinaverant : vertebatur autem ei in crimen, quod Georgium prodidisset. Hinc schisma ortum est inter Jacobitas, quorum nonnulli Davidem patriarcham agnoscebant, alii Georgii nomen, donec is in carcere vixit, prædicare in ecclesia non desinebant : alii denique neutrum sequebantur. Hæc Dionysius, prout eum abbreviat Assemanus.

ܕܡܢܐ ܐܡܪ . ܩܥܐ ܚܕ ܡܢ ܣ̈ܢܐܐ . ܘܒܬܪ
ܡܩܘܪܬܐ ܦܠܓܠܗ . ܘܡܚܝܐܘܗܝ ܠܥܠܬܐ
ܡܬܟܬܫܐ . ܘܕܡܐ ܕܝܠܗ ܠܐܪܥܐ . ܘܐܡܪ
ܠܗ ܗܘ ܡܠܟܐ . ܘܡܛܠ ܡܢܐ ܠܐ ܢܣܒܬ
ܣܝܓܠܝܘܢ . ܘܦܢܐ ܡܠܟܐ ܕܠܐ ܫܦܝܪܐ ܠܝ
ܕܐܥܝܩ ܠܐܢܫ . ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ .
ܘܡܛܠ ܡܢܐ ܠܐ ܡܩܒܠܬ ܐܢܬ ܕܬܥܠܐ ܫܡܐ
ܕܢܒܝܐ ܕܝܠܢ ܠܡܟܝܠܬܐ ܕܝܠܟ . ܘܟܕ
ܫܡܥ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܬܘܗ ܘܐܡܪ ܕܗܐ ܫܡܐ
ܕܢܒܝܐ ܕܝܠܟܘܢ ܪܫܝܡ ܒܡܟܝ̈ܠܬܐ ܕܝܠܢ
ܘܒܟܝ̈ܣܐ ܥܡ ܙܘ̈ܙܐ ܘܕܝܢܪ̈ܐ .

ܘܟܕ ܚܙܐ ܡܠܟܐ ܠܚܝܠܬܗ ܘܠܡܕܥܢܘܬܗ܆
ܝܕܥ ܕܒܚܣܡܐ ܐܫܬܠܡ . ܘܦܩܕ ܠܟܬܘܒܐ
ܕܢܥܠܝܘܗܝ ܠܒܝܬܗ . ܘܢܒܨܐ ܐܢ ܝܕܥ
ܐܘܡܢܘܬܐ ܕܟܝܡܝܐ . ܘܟܕ ܫܪܝ ܡܝܩܪ
ܠܗ ܘܡܦܝܣ ܠܗ . ܦܢܐ ܦܛܪܝܪܟ̄ ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ .
ܘܡܣܬܒܪܐ ܕܐܦܠܐ ܗܝ ܡܫܟܚܐ ܒܙܒܢܐ
ܗܢܐ . ܘܗܘܐ ܬܠܬܐ ܝܘ̈ܡܝܢ ܒܒܝܬܗ
ܕܟܬܘܒܐ . ܠܐ ܠܚܡܐ ܐܟܠ . ܘܠܐ ܡ̈ܝܐ
ܐܫܬܝ . ܒܬܪܟܢ ܐܫܬܕܝ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܥܡ
ܒܓܕܕܝܐ .

ܘܡܠܟܐ ܐܠܨ ܠܐܦ̈ܝܣܩܘܦܐ ܘܐܩܝܡܘܗܝ
ܠܕܘܝܕ ܕܕܪܐ ܦܛܪܝܪܟ̄ . ܘܢܣܒ ܣܝܓܠܝܘܢ .
ܘܦܪ̈ܣܝܐ ܕܡܬܟܪܟܝܢ ܥܡܗ ܩܛܪܝܢ
ܠܡܗܝ̈ܡܢܐ ܕܢܩܒܠܘܢܝܗܝ . ܘܗܘ ܡܬܒܙܚ
ܗܘܐ ܡܢ ܟܠܢܫ . ܟܕ ܠܐ ܒܗܬ . ܐܦ ܦܪ̈ܣܝܐ
ܫܡܛܘ ܗܘܘ ܣܝ̈ܦܐ ܘܚܝܪܝܢ ܠܡܗܝ̈ܡܢܐ

unus ex inimicis : « blasphemiam profert. » Et ter scutica eum percusserunt, ita ut sanguis in terram deflueret. Dixit autem ei Calipha : « cur non sumpsisti diploma? » Respondit patriarcha : « quia mihi propositum est nemini molestum esse. » — « Et cur renuis inferre nomen prophetæ nostri in manticam tuam ? » Hoc audito obstupefactus patriarcha respondit : « ecce nomen prophetæ vestri in manticis et marsupiis nostris impressum in zuzis[1] et denariis. »

Calipha igitur, visa ejus fortitudine ac sagacitate, intelligens Georgium invidia traditum fuisse præcepit notario suo ut eum transferret in domum suam et inquireret an cognosceret artem chemicam. Quum igitur cœpisset eum honorifice tractare eique blandiri respondit patriarcha : « non cognosco. » Putant autem *hanc artem* tunc nondum fuisse inventam. Mansit autem tribus diebus in domo notarii, nec panem manducans neque aquam bibens. Postea Bagdadi in carcerem detrusus est cum aliis vinctis.

Calipha autem coegit episcopos ut patriarcham nominarent Davidem Daræ qui diploma obtinuit. Persæ autem circuibant cum eo cogebantque fideles ad eum suscipendum; ipse vero conspuebatur ab omnibus nec tamen erubescebat. Sed et Persæ, gladiis eductis,

[1]) ܙܘܙܐ *Zuza*, idem quod græcorum δραχμή, et quod hinc ortum est Araborum *dirhem*, numus argenteus, quales viginti et postea viginti quinque efformabant unum denarium aureum (ܕܝܢܪܐ).

ܚܕܪ ܐܪ̈ܙܐ ܗܘܝܢ ܩܕܫܐ. ܘܒܩܛܝܪܐ ܢܓܕܝܢ ܗܘܘ ܠܓܒܪ̈ܐ ܘܢܫ̈ܐ ܕܢܬܩܪܒܘܢ. ܘܐܦܝܣ̈ܩ ܕܢܩܝܦܝܢ ܗܘܘ ܠܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝ. ܐܦ ܗܠܝܢ ܒܐܘܠܨܢܐ ܗܘܘ. ܘܟܕ ܠܒܝܫܝܢ ܐܝܟ ܥܠܡܝܐ ܚܘ̈ܪܐ ܐܝܟ ܙܒ̈ܢܝܢ. ܡܬܟܪܟܝܢ ܡܢ ܩܪܝܐ ܠܩܪܝܐ. ܘܦܫ ܒܒܝܬ ܚܒܘܫܝܐ ܗܘ ܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝ. ܫܢ̈ܝܐ ܬܫܥ. ܘܥܒܕ ܬܡܢ ܡܐܡܪ̈ܐ ܫܦܝܪ̈ܐ ܘܡܥܢ̈ܝܬܐ.

ܘܟܕ ܡܝܬ ܐܒܘ ܓܥܦܪ ܘܩܡ ܡܗܕܝ ܒܪܗ. ܘܐܫܬܪܝܘ ܐܣܝܪ̈ܐ ܢܦܩ ܦܛܪܝܪܟܐ ܩܕ ܡܢ ܚܒܘܫܝܐ. ܘܟܠܝܗ ܡܗܕܝ ܕܠܐ ܢܫܪܐ ܦܘܩܕܢܐ ܕܐܒܘܗܝ. ܐܦܠܐ ܗܝ ܢܩܪܝܗ ܢܫܡܗ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܐܙܠ ܠܬܓܪܝܬ ܘܐܬܩܒܠ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܗܟܢܐ ܒܡܘܨܠ ܘܒܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܐܣܪܚ ܥܣܪܐ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܘܫܕܐ ܠܗܠܝܢ ܕܕܘܝܕ. ܘܟܕ ܡܬܟܪܟ ܘܡܫܪܪ ܥܕ̈ܬܐ ܒܟܠܕܘܟ ܡܛܐ ܠܐܬܪܐ ܕܩܠܘܕܝܐ. ܘܐܚܕܬܗ ܟܘܪܗܢܐ. ܘܟܕ ܚܪܝܦ ܟܘܪܗܢܗ ܣܠܩ ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ. ܘܬܡܢ ܫܠܡ ܪܗܛܗ. ܘܐܬܬܢܝܚ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܡܐܐ ܘܚܕܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ.

altare circumdabant tempore mysteriorum et vi pertrahebant viros et mulieres ad communicandum. Episcopi autem Mar Georgio adhærentes in angustiis erant. Et albis interdum induti ut sæculares circuibant de pago in pagum. Remansit autem in carcere Mar Georgius annis novem, et scripsit ibi elegantia carmina atque hymnos[1].

Mortuo autem Abugiapharo, surrexit Mohdius, filius ejus. Solutis itaque vinctis, exivit sanctus patriarcha e carcere. Prohibuit tamen Mohdius ne solveret mandatum patris sui neque nominaret se patriarcham. Sanctus autem *Georgius* abiit Tagritum ubi tanquam angelus Dei susceptus fuit, et similiter in Mossul et in Mesopotamia. Inde pergens Antiochiam ordinavit decem episcopos, amotis episcopis Davidis. Perlustratis autem stabilistisque ubique ecclesiis, pervenit ad regionem Claudiæ ubi morbo correptus est, quo crescente, ascendit ad monasterium Mar Barsumæ[2] ubi terminavit cursum suum et obdormivit anno Græcorum millesimo centesimo, primo (*Chr.* 790).

341. De controversia sub Georgio exorta circa voces: »panem cœlestem frangimus« dicemus infra.

[1]) In cod. rom. additur : ܘܩܢ̈ܘܢܐ ܟ̄ܒ̄ ܣܡ ܒܬܪ ܕܢܦܩ *Et canones viginti duos, postquam exiit, constituit.* Scripsit præterea *Commentaria* in quatuor Evangelia per modum interrogationis et responsionis. Memoratur ejus epistola synodica ad Joannem Coptorum patriarcham et alia ad Guriam diaconum. Vid. Assem. *Bibl. Or.*, t. II,

[2]) Plura hujus nominis cœnobia occurrunt apud Jacobitas. Hic sermo est vel de aliquo regionis Claudiæ monasterio vel de præclaro Barsumæ cœnobio quod prope Melitinam tunc temporis florebat. Vid. Assem. *Diss. de Monophys.*, p. 97.

ܒܬܪ ܓܝܘܪܓܝ ܝܘܣܦ.

ܒܫܢܬܐ ܕܒܗ ܫܢܝ ܡܪܝ
ܓܝܘܪܓܝ. ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ ܒܒܕܝܐ ܙܥܘܪܬܐ
ܕܒܩܥܬܐ ܕܚܪܢ. ܘܓܒܝܘ ܠܥܒܕܐ
ܕܝܘܣܦ ܡܢ ܓܘܒܐ ܒܪܝܐ. ܘܟܕ ܐܬܐ ܘܚܙܘ
ܫܘܦܪܐ ܕܪܘܡܐ ܕܩܘܡܬܗ. ܚܕܝܘ ܒܗ.
ܟܕ ܕܝܢ ܛܥܡܘܗܝ ܡܠܬܗ. ܐܫܟܚܘ
ܒܪܝܐ. ܘܨܒܘ ܕܢܦܢܘܢܝܗܝ ܠܕܝܪܗ.
ܐܠܐ ܕܚܝܠܐ ܡܢ ܒ̈ܢܝ ܕܝܪܗ ܕܐܝܬܝܗܘܢ
ܪ̈ܚܡܘܗܝ. ܘܐܣܪܚܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟ. ܘܟܕ ܢܚܬ
ܠܒܓܕܕ ܘܢܣܒ ܣܝܓܠܝܘܢ. ܘܟܪܟ ܒܥ̈ܕܬܐ
ܕܡܕܢܚܐ. ܫܢܝ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܣ
ܕܥܠ ܬܠܒܫܡܝ ܒܟܢܘܢ ܐܚܪܝ.
ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܡܐܐ ܘܬܠܬ. ܟܕ ܚܕ ܐܦܝ̈ܣܩ
ܐܣܪܚ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܢܬܝܡܣ ܠܒܥܠܒܟ.

62. *Post Georgium*, Josephus.

Anno, quo defunctus est Mar Georgius, mense Haziran *(Junio)* congregati episcopi in Badia minori in valle Haran elegerunt Josephum e Guba Baraia. Quum igitur advenisset et pulchram altamque ejus staturam conspexissent, gavisi sunt. Quum autem sermonem ejus degustassent, rudem invenerunt et eum ad monasterium remittere voluerunt, sed præ timore monachorum ipsius cœnobii, qui ejus amici erant, ordinarunt eum patriarcham. Porro postquam descendisset in Bagdad et obtinuisset diploma atque ecclesias Orientis perlustrasset, obiit in monasterio Mar Athanasii super Telbeschmai[1], mense Conum posterioris *(Januarii)* anno millesimo centesimo tertio *(Chr. 792)* postquam unum ordinasset episcopum, Anthimum scilicet, Baalbecho[2].

ܒܬܪ ܝܘܣܦ ܩܘܪܝܩܘܣ.

ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܡܐܐ ܘܐܪܒܥ ܕܝ̈ܘܢܝܐ
ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝ̈ܣܩ ܠܚܪܢ. ܒܬܡܢܝܐ ܒܐܒ.
ܘܒܢ̄ ܒܡܠܝܗ. ܘܐܣܪܚܘ ܠܩܘܪܝܩܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ. ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܒܝܬ ܒܝܬܘܢܐ. ܘܒܢ̄ ܡܢ
ܕܝܪܐ ܕܐܘܣܛܘܢܐ ܕܒܡܐܓܕܠܝܘܣ. ܓܒܪܐ

63. *Post Josephum*, Cyriacus.

Anno Græcorum millesimo centesimo quarto *(Chr. 793)*, episcopi congregati sunt Haranæ die octava, in aliis codicibus, die plenilunii mensis Ab *(Augusti)*, et patriarcham ordinarunt Cyriacum e cœnobio

1) ܬܠܒܣܡܝ *Telbesmai* vel ܬܠܒܣܡܐ *Telbesme*, idest *collis aromatum*, castellum non procul ab urbe Marde, ubi Athanasius Sandalensis, Jacobitarum patriarcha, monasterium suo nomine nuncupatum condidit. Cfr. Assem. *Dissert. de Monophys.*, p. 115.

2) ܒܥܠܒܟ vel ܒܥܠܒܟ *Baalbec*, (a nomine ܒܥܠ *Baal*), urbs episcopalis hodie destructa in Phœnicia Libani, quæ etiam ܒܝܬ ܫܡܫ seu ܗܠܝܘܦܘܠܝܣ *Heliopolis* vocatur. Cfr. Assem. *Diss. de Monophys.* p. 67; Smith *Thes. syr.* ad. h. v.; Ritter, *Erdkunde, West-Asien*, XVII theil, p. 221, sqq.

ܡܠܝܠܐ ܘܚܣܝܐ . ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ
ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܕܒܥܠܒܟ . ܗܢܐ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ
ܕܡܬܟܫܪܢ ܨܒܘܬܗ . ܘܠܝܬ ܦܓܥܐ
ܒܝܫܐ . ܨܒܐ ܕܠܡܠܐ ܕܠܚܡܐ ܫܡܝܢܐ
ܩܨܝܢܢ ܢܥܒܪܝܗ ܡܢ ܥܕܬܐ . ܘܠܐ ܐܬܒܝܢ
ܥܠ ܒܠܒܗ ܕܐܦ ܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝܣ ܣܓܝ
ܡܬܛܪܦ ܗܘܐ ܒܗ . ܒܪܡ ܕܠܐ ܬܬܦܠܓ
ܥܕܬܐ ܠܐ ܦܣܩܗ . ܐܦܠܐ ܣܡ ܢܡܘܣܐ ܠܐܢܫ
ܡܛܠܬܗ . ܠܐ ܕܢܐܡܪ ܐܦܠܐ ܕܠܐ ܢܐܡܪ . ܘܟܕ
ܫܐܠܗ ܓܘܪܝܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܢܥܪ
ܕܐܘܪܗܝ ܐܡܪ . ܕܐܡܬܝ ܥܠܝ ܗܠܝܢ ܡܠܐ ܠܗ
ܠܥܕܬܐ . ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ . ܡܢ ܐܡܬܝ ܕܝܢ
ܐܬܦܣܩܝ ܝܕܥ ܐܢܐ . ܡܢ ܥܠܡ ܕܝܢ
ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ . ܝܥܩܘܒ ܓܝܪ ܐܦܝܣ
ܩܘܦܐ . ܘܡܪܩܘܣ ܒܪܗ ܘܬܠܡܝܕܗ
ܕܦܛܪܘܣ ܐܫܠܡܘ ܠܢ ܡܬܐܪܙܢܘܬܐ ܕܦܓܪܐ
ܘܕܡܐ ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ . ܘܠܐ ܐܝܬܝܗܝܢ ܗܕܐ
ܒܪܬ ܡܠܐ ܕܠܚܡܐ ܫܡܝܢܐ ܩܨܝܢܢ . ܒܫܡܐ
ܕܐܒܐ ܘܕܒܪܐ ܘܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ : ܒܐܢܐܦܘܪܐ
ܕܝܠܗܘܢ . ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܐܡܪ . ܘܝ
ܠܢ ܐܢ ܐܝܬ ܒܬܘܕܝܬܢ ܠܚܡܐ ܕܢܚܬ ܡܢ
ܫܡܝܐ . ܕܠܘ ܗܘ ܒܪܐ ܘܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܐܝܬܘܗܝ .

ܗܘ ܕܝܢ ܩܘܪܝܩܘܣ ܟܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܒܒܝܬ ܒܘܛܝܢ ܕܒܬܚܘܡܐ ܕܚܪܢ . ܘܠܐ

Bezonæ sive, ex aliis codicibus, Estunæ *(columnæ)* Callinicensis, virum facundum et pium, cui manum imposuit Theodosius Baalbechi. Ille autem videns res suas prosperare nec malum quid obstare, voluit verba „panem cœlestem franginus[1]„ abrogare in ecclesia. Nec animo recogitavit eadem de causa etiam Mar Georgium multa passum fuisse, illumque, ne ecclesia scinderetur, rem non definivisse nec cuiquam imposuisse legem recitandi vel non recitandi, sed interrogatum a Guria diacono Beth-Naar prope Edessam respondisse : „quandonam ea verba in ecclesiam inducta fuerint, nescio; a quo vero tempore rejecta sint scio, ab æterno autem usque in æternum[2]. Jacobus enim, primus episcopus, et Marcus, Petri filius et discipulus, tradiderunt nobis consecrationem mysticam corporis et sanguinis Dei Verbi. Desunt autem illa „panem cœlestem frangimus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti„ in eorum anaphoris[3].„ Et paucis interjectis subdit : „væ nobis si in nostra confessione sit panis qui de cœlo descendit, et non sit ipse Filius et Verbum Dei.„

Cyriacus ergo congregavit synodum in Beth-Botin ditionis Haranen-

[1]) In Liturgia syriaca S. Jacobi post consecrationem, invocationem Spiritus sancti et memoriam pro vivis et defunctis, antequam diaconus recitet orationem quæ *Catholica* appellatur, sacerdos frangit hostiam et recitat orationem hic in controversia positam. Vid. Renaudot, *Liturgg. Orientt. collect.*, t. II, 38.

[2]) Verba : „ab æterno autem usque in æternum„ desunt in codice romano. Et revera nullam habent connexionem neque cum præcedentibus neque cum sequentibus. Cfr. *B. O.*, II, 341.

[3]) Non desunt illa verba in anaphoris S. Marci et S. Jacobi prout exstant ap. Renaudot, *Liturgg. Orientt. col.* II, 38 et 182.

ܐܫܟܚ ܠܡܒܛܠܘܬܗ. ܘܐܦܣ ܕܡܠܠܘ
ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܠܟܠܐܢܫ ܒܗ. ܘܣܡ
ܐܪܒܥܝܢ ܩܢܘܢܐ ܥܠ ܬܘܪܨܐ. ܘܣܘܝܪܐ
ܕܫܡܝܫܛ ܗܘ ܕܐܦܠܐ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܩܪܝܬܗ
ܪܓܐ ܗܘܐ ܒܗ ܒܦܛܪܝܪܟܐ. ܒܥܠܐ ܡܥܒܕ
ܗܘܐ ܒܠܒܗ. ܘܐܦ ܦܛܪܝܪܟ ܐܬܚܒܨ ܗܘܐ
ܒܚܫܐ ܠܡܘܒܠܗ. ܘܐܫܬܠܡ ܠܐܬܪ ܡܪܥܝܬܗ
ܠܡܬܩܢܘ ܦܘܕܐ ܕܒܗ. ܘܟܕ ܐܬܐ
ܠܫܡܝܫܛ. ܠܐ ܫܒܩ ܠܗ ܣܘܝܪܐ ܬܪܥܐ
ܕܥܕܬܐ. ܥܕܡܐ ܕܫܠܛܢܐ ܟܕ ܚܙܐ
ܠܣܝܓܝܠܠܝܘܢ ܕܡܠܟܐ ܫܕܪ ܦܬܚܗ ܘܣܠܩ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܒܐܡܐ ܘܐܚܪܡ ܠܣܘܝܪܐ.
ܘܒܬܪܟܢ ܡܢ ܚܝܠ ܬܝܒܘܬܐ ܢܫܩ ܠܗ.
ܘܒܫܘܪܝ ܡܫܬܡܫܢܘܬܗ ܐܣܪܚ ܗܘ
ܦܛܪܝܪܟ ܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ ܠܐܢܫ ܕܫܡܗ
ܚܢܢܝܐ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ ܕܒܛܘܪ
ܐܠܦܦ ܐܦܣܩ ܠܡܪܕܐ ܘܟܦܪܬܘܬܐ. ܥܠ
ܗܢܐ ܟܬܒ ܕܢܚ ܝܫܘܥ ܢܣܛܘܪܝܢܐ. ܕܚܢܢܝܐ
ܗܢܐ ܐܦܣܩ ܝܥܩܘܒܝܐ ܕܣܘܝܪܝܢܐ ܐܫܟܚ
ܒܬܚܘܡܗ ܕܡܪܕܐ ܚܣܢܐ ܕܒܢܝܐ ܗܘܐ
ܒܦܣܝܠܬܐ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܕܩܕܡܝܐ. ܘܙܒܢܗ
ܘܥܒܕܗ ܕܝܪܐ. ܘܢܨܒ ܒܗ ܟܪܡܐ ܘܙܝܬܐ.
ܡܢ ܕܗܒܐ ܣܓܝܐܐ ܕܝܗܒ ܠܫܠܝܛܢܐ.
ܘܢܨܚ ܒܚܟܡܬܗ ܠܚܣܡܐ ܕܣܢܐܘܗܝ.

sis, nec potuit ea *verba* abrogare sed assensit ut unusquisque pro libitu iis uteretur. Condidit porro quadraginta canones de reformatione. Severus autem Samosatæ, qui ab initio electionis gratum non habuerat patriarcham, turbas in corde meditabatur. Patriarcha quum et ipse passione in eum cruciaretur, contulit se ad diœcesim ejus ut errata corrigeret. Quum igitur Samosatam advenisset, Severus portas Ecclesiæ ei aperire renuit, donec sultanus, viso regis diplomate, misit qui ecclesiam aperiret. Tunc patriarcha ascendit in suggestum et anathematizavit Severum. Postea tamen veniam roganti indulsit.

Initio consecrationis suæ Mar Cyriacus patriarcha ordinaverat quempiam nomine Ananiam e monasterio S. Matthæi in monte Elpheph episcopum Mardæ et Caphartutæ[1], de quo Denah Jesu[2] Nestorianus scribit Ananiam, episcopum Jacobitam Severianorum, invenisse in Mardæ vicinio arcem ædificatam e sectis lapidibus a tempore Græcorum. Emit eam, in cœnobium convertit et plantavit in ea vineas oleasque, auro, plurimo præfectis dato. Placavit autem sapientia sua invidiam inimicorum et erexit ibi ecclesiam et altare ac complures con-

1) ܟܦܪܬܘܬܐ *Caphartuta*, *Kafartut*, *Kafr-Tuça*, *Kafertuma*, oppidum Mesopotamiæ, Mardensi episcopatui olim conjunctum, cujus ruinæ hodie conspiciuntur in loco dicto *Kafertuça*, quinque leucis inter austrum et occasum ob urbe Mardini. Cfr. Assemanus, *Dissert. de Monophys.*, p. 73; Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, XI, theil., III abt., p. 374.

2) In codice romano (Assem. *Bibl. Or.*, t. III, part. 1, p. 195 not. 4) scribitur ܝܫܘܥܕܢܚ *Jesudenah*, quam orthographiam servat etiam Ebed-Jesus in *Catalogo scriptorum syrorum*, ubi recenset varia Jesudenhæ opera.

ܘܟܢܫ ܒܗ ܕܝܪ̈ܝܐ ܘܕܒܪ ܐܢܘܢ ܕܘܒܪܐ
ܫܦܝܪܐ ܛܒ . ܘܥܒܕ . ܕܡܛܠܗܘܢ ܡܫܡܫ .
ܘܠܘ ܡܛܠ ܫܘܒܚܐ ܣܪܝܩܐ ܟܕܒ ܗܘܐ .
ܐܠܐ ܡܛܠ ܦܘܪܥܢܐ ܕܡܢ ܠܥܠ .

ܘܒܫܢܬ ܐܩܛ · ܐܬܐ ܓܒܪܐܝܠ ܦܛܪܝܪܟ̈ܐ
ܕܝܘܠܝܢܝܣܛܐ ܠܘܬܗ ܕܩܘܪܝܩܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܠܢ . ܘܒܥܐ ܕܢܗܘܐ ܚܕܝܘܬܐ .
ܥܠ ܬܢܝ ܕܠܐ ܠܫܡܗ ܕܣܐܘܝܪܐ
ܢܟܪܙܘܢ ∴ ܐܦܠܐ ܠܝܘܠܝܢܐ ܢܚܪܡܘܢ . ܘܐܝܢܐ
ܡܢܗܘܢ ܕܢܚܠܦ ܡܢ ܚܒܪܗ . ܗܘ ܕܦܐܫ ∴
ܗܘ ܢܕܒܪ ܠܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܡܪ̈ܥܝܬܐ . ܐܝܟ ܠܐ
ܢܗܘܘܢ ܬܪ̈ܝܢ ܡܕܒܪ̈ܐ ܐܠܐ ܚܕܐ ܡܪܥܝܬܐ
ܘܚܕ ܪܥܝܐ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܚܕܝ ܛܒ
ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܐܫܬܘܬܦ ܠܓܒܪܐܝܠ
ܘܐܫܬܘܬܦ ܥܡܗ . ܐܦܣܩ̈ܦܐ ܗܠܝܢ ܕܠܐ
ܬܪܝܨܝܢ ܗܘܘ ܥܡܗ . ܪܛܢܘ ܘܐܬܪܥܫܘ
ܘܐܡܪܘ . ܕܠܐ ܗܘ ܡܩܒܠܝܢܢ . ܐܢ ܠܐ ܡܚܪܡ
ܠܝܘܠܝܢܐ ܓܒܪܐܝܠ . ܘܓܒܪܐܝܠ ܐܡܪ
ܠܗܘܢ . ܕܚܘ ܐܚ̈ܝ . ܐܢ ܠܝ ܒܠܚܘܕܝ
ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ · ܗܘ ܕܬܪܦܝܘܢ ، ܡܚܪܡ
ܐܢܐ ܠܝܘܠܝܢܐ . ܐܢ ܕܝܢ ܠܟܠܗ ܥܡܐ
ܕܝܠܝ ܠܐ ܡܦܝܣܝܢ . ܐܘ ܡܢ ܠܐ ܝܕܥܬܐ ܐܘ
ܡܢ ܥܝܕܐ ܕܐܬܥܬܩ . ܘܗܕܐ ܒܬܪܟܢ ܗܘܝܐ
ܗܘܐ . ܘܟܕ ܣܓܝܐܬܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܘܠܐ
ܐܬܛܦܝܣܘ . ܩܡ ܘܢܦܨ ܡܐܢܘܗܝ ܥܠܝܗܘܢ
ܘܐܡܪ . ܕܗܫܐ ܝܕܥܬ ܕܠܘ ܡܛܠ ܐܠܗܐ .
ܐܠܐ ܡܢ ܚܣܡܐ ܕܠܘܩܒܠ ܪܫܐ ܕܝܠܟܘܢ
ܕܠܐ ܬܬܥܒܕ ܛܒܬܐ ܒܐܝܕ̈ܘܗܝ ܛܥܢܬܐ
ܡܬܚܪܝܢ ܐܢܬܘܢ . ܘܫܒܩ ܐܢܘܢ ܘܐܙܠ .

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܝܬ ܒܩܘܣ ܐܦܣܩܘ̄

gregavit monachos, quorum curam optime gessit. Quod fecit non propter gloriam fallacem sed propter supernam retributionem.

Anno autem 1109 (*Chr.* 798), Gabriel, patriarcha Julianistarum, adiit Cyriacum, patriarchum nostrum, postulans uniri hoc pacto, ut non proclamarent nomen Severi nec Julianum anathematizarent, is vero qui alteri superviveret utrumque gregem regeret, ita ut non remanerent duo, sed unus grex et unus pastor. His valde delectatus patriarcha communicavit cum Gabriele et Gabriel cum eo. Episcopi illi qui recte cum patriarcha non tendebant murmurantes et tumultuantes dixerunt : «non recipiemus Gabrielem nisi anathematizaverit Julianum.» Gabriel autem respondit eis : «pensate, fratres mei, si me solum erudire velitis, anathematizarem Julianum; si autem totum populum meum, non acquiescent sive ex ignorantia sive ex consuetudine inveterata. Hoc autem postea fiet.» His cum plura addidisset et non obtemperarent, surgens excussit vestimenta sua super eos ac dixit : «nunc scio vos non propter Deum, sed ex invidia in præpositum vestrum, ne quid boni per manus ejus perficiatur, querelas movere.» Iis igitur relictis, abiit.

Eodem tempore mortuus est Bac-

ܕܩܘܪܘܣܛܝܐ . ܐܘܟܝܬ ܒܢܝ ܐܬܪܐ ܕܚܠܒ .
ܕܒܬܪܟܢ ܟܠܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܫܒܩܘ ܠܗܝܡܢܘܬܗܘܢ
ܘܗܘܘ ܡܫܠܡܢܐ . ܘܟܕ ܡܐܬ ܦܩܕ ܠܕܝܪ̈ܝܐ
ܕܕܝܪܗ . ܕܐܠܐ ܡܢ ܕܝܪܗܘܢ . ܐܠܐ ܐܦܣܩ
ܠܐ ܢܩܒܠܘܢ . ܐܡܪ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܠܝܬ ܡܕܡ
ܕܡܟܐܒ ܠܢܦܫܝ . ܐܠܐ ܕܠܐ ܗܘ ܠܗܠܟܢ
ܓܪܡܩܝܐ ܗܘ ܩܘܪܝܩܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܟܕ ܫܠܝܛ . ܢܒܛܠ ܡܢ ܐܬܪܢ ܠܡܠܬܐ ܕܠܐ
ܕܠܚܡܐ ܫܡܝܢܐ . ܗܝ ܕܐܚܝܕܝܢ ܗܘܝܢ ܡܢ
ܐܒܗ̈ܬܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܡܝܬ ܗܘ ܒܟܘܣ .
ܕܒܪܘ ܕܝܪ̈ܝܐ ܕܕܝܪܗ ܠܩܣܢܝܐ ܬܠܡܝܕܗ .
ܘܥܡܗܘܢ ܐܦ ܐܚܪ̈ܢܐ ܡܢ ܓܘܒܐ ܒܪܝܐ .
ܘܐܬܘ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܩܪܒܘ ܠܗ ܚܡܪܐ
ܘܡܪܟܒܬܐ ܘܚܘܛܪܐ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܥܕܬܐ .
ܘܒܥܘ ܕܠܩܣܢܝܐ ܢܣܝܡ ܠܗܘܢ ܐܦܣܩ .
ܘܦܛܪܝܪܟ ܦܢܝ ܕܠܐ ܐܬܠܝܗ ܕܐܝܟ ܝܪܬܘܬܐ
ܢܬܚܕܢ ܠܐܦܪ̈ܟܝܐ ܡܬܚܕܢܘܬܐ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ
ܐܡܪܘ ܕܗܢܐ ܢܬܬܣܝܡ . ܘܐܠܐ ܠܐ
ܡܩܒܠܝܢ ܚܢܢ . ܘܫܒܩܘܗ ܘܐܙܠܘ . ܦܛܪܝܪ̈ܟ
ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܚܡܝܡ ܗܘܐ ܡܕܥܗ ܨܒܐ
ܕܢܩܝܡ ܨܒܝܢܗ . ܘܥܓܠ ܐܣܝܡ ܠܗܘܢ
ܠܫܠܝܡܘܢ ܕܝܪܝܐ ܕܕܝܪܐ ܕܡܪܝ
ܝܥܩܘܒ ܕܩܘܪܘܣ ܠܐ ܒܙܒܢܗ . ܘܗܘܝܘ

chus, episcopus Cyrrhensium[1], seu regionis Alepi incolarum, qui postea omnes simul, fide sua relicta, Moslemi effecti sunt. Moriens autem præcepit monachis sui cœnobii ut nonnisi e suo cœnobio episcopum acciperent. Dicebat quippe : «nihil mihi molestum est nisi quod Garamæus[2] ille, Cyriacus scilicet patriarcha, dum dominaretur, aboleverit e regione nostra voces «panem cœlestem» quas a patribus tenebamus.» Mortuo igitur Baccho, duxerunt monachi cœnobii ejus Xenaiam, ejus discipulum, et secum alios *monachos* e Guba Baraia adieruntque patriarcham et obtulerunt ei asinum, manticam atque baculum, secundum consuetudinem in ecclesia vigentem, petentes ut Xenaiam sibi in episcopum ordinaret. Patriarcha autem respondit nefas esse diœceses tanquam hæreditatem detineri. Illi autem audacter dixerunt : «hic ordinandus est ; sin autem, non suscipiemus.» Et, relicto *patriarcha*, abierunt. Patriarcha autem, utpote qui fervidæ indolis erat, voluit suum placitum firmum esse, et festinans ordinavit illis, haud opportune, Salomonem, monachum cœnobii Mar Jacobi Cyri.

1) ܩܘܪܘܣܛܝܐ, *Crustenses*. Hæc vox derivatur a ܩܘܪܘܣ, *Cyro*, urbe metropoli regionis Cyrrhesticæ ; unde *Crustenses* iidem sunt ac Cyrrhenses, ut intellexit Assemanus *(Diss. de Monoph.*, p. et *B. O.*, t. II, 342). Huic interpretationi non obstat quod hic Crustenses dicantur incolæ esse regionis Alepi. Nam olim Cyrrhestica vocabatur tota illa regio quæ sese evolvit ab Alepo ad austrum ad montes ultra Cyrum vers septentrionem. Vid. Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, XVII theil, V abt. p. 1023, 1592.

2) ܓܪܡܩܘܡܝܐ. Deest hoc vocabulum in Smithii *Thesauro syriaco*. Deducendum videtur a ܓܪ̈ܡܩܝܐ quod apud Smith notat *Garamæum*, id est incolam regionis Beth-Garmæ (ܒܝܬ ܓܪ̈ܡܝ) in Assyria, unde Cyriacus forsan oriundus fuerit.

ܗܝܕܝܢ ܐܣܬܓܝܬ ܒܝܫܬܐ ܘܠܐ ܒܠܚܘܕ
ܠܐ ܩܒܠܘܗܝ ܠܐܦܣܩܘܦܐ · ܐܠܐ ܘܡܥܗܕܢܘܬܗ
ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܫܠܝܘܗ. ܘܐܙܠܘ ܠܘܬ ܚܠܝܦܐ
ܗܪܘܢ ܪܫܝܕ . ܠܡܪܓܐ ܕܕܒܩܐ . ܘܐܟܠܘ
ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ . ܕܗܢܐ
ܟܠ ܓܫܘܫܐ . ܗܘ ܕܪ̈ܘܡܝܐ ܒܐܬܪܢ .
ܘܡܫܕܪ ܐܓܪ̈ܬܐ ܘܫܘܕ̈ܥܐ . ܘܐܬܚܡܬ
ܚܠܝܦܐ · ܘܦܩܕ ܕܢܬܣܚܦܢ ܟܠܗܝܢ
ܒ̈ܢܝܢܐ ܚ̈ܕܬܐ ܕܥܕ̈ܬܐ · ܘܗܝܕܝܢ ܛܝ̈ܝܐ
ܛܘܪܢܐ ܥܒܕܘ . ܠܘ ܒܠܚܘܕ ܒܬܓܪܐ . ܐܠܐ
ܘܒܐܬܪܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܒܐܘܪܫܠܡ . ܘܥܬܝ̈ܩܬܐ
ܕܥܕ̈ܬܐ ܣܚܦܘ . ܘܗܘܬ ܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ
ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ · ܘܫܕܪ ܗܘ ܚܠܝܦܐ ܦܠ̈ܚܐ
ܕܢܝܬܘܢܝܗܝ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܒܨܥܪܐ ܡܢ
ܩܠܝܢܝܩܘܣ . ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܐܪܓܫ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܒܥܓܠ ܢܦܩ ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܚܠܝܦܐ · ܘܦܓܥ ܒܗ
ܥܠ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܥܠ ܝܕ ܓܒܪܝܢ .
ܘܟܕ ܒܥܘ ܥܠܘܗܝ ܘܐܬܪܡܝ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ .
ܗܝܕܝܢ ܫܠܝ · ܘܐܫܠܡ ܕܝܢܗ ܠܐܝܫܡܥܝܠ
ܒܪ ܨܠܝܚ ܣܦܪܗ . ܘܗܢܐ ܡܛܠ
ܕܪܚܡܗ ܗܘܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ · ܛܪܕ
ܠܡܐܟܠܩܪ̈ܨܘܗܝ ܘܠܦܛܪܝܪܟܐ ܫܕܪ ܠܕܝܪܗ
ܗܘ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ .

ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܓܘ̈ܒܝܐ ܥܡ ܐܦܣ̈ܩ ܐܢܫܝܢ
ܕܠܩܘܒܠܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ · ܐܬܟܢܫܘ ܒܒܝܬ

Tunc magis exarsit malum, nec solum episcopum non receperunt sed a proclamando Patriarchæ nomine *in liturgia* cessarunt. Iverunt autem ad Calipham Harun-Raschid ad Margam Dabecæ[1], et diffamarunt patriarcham dicentes: »iste explorator est Græcorum in regione nostra et defert litteras ac nuntia.« Iratus igitur Califa jussit vastari omnia nova ecclesiarum ædificia. Tunc Arabes tyrannidem exercuerunt calamitasque intulerunt non solum in Tagra, sed in ditione Antiochena et in Jerusalem atque antiquas ecclesias everterunt. Illata itaque est clades magna christianis. Misit autem Calipha milites qui adducerent ignominiose patriarcham e Callinico. Quo cognito, patriarcha festinans exivit perrexitque ad Calipham, cui occurrit in via prope Gubrin. Fusis porro precibus pro eo, se projecit ad pedes ejus. Tunc *Calipha* propitius factus commisit judicium ejus Ismaeli Barsaleh, notario suo. Hic vero, quia patriarchæ amicus erat, repulit illius accusatores et patriarcham remisit ad suum Callinici monasterium.

Monachi autem Gubenses cum quibusdam episcopis, patriarchæ adver-

1) ܡܪܓܐ ܕܕܒܩܐ *Marga Dabecæ*, quænam sit urbs non satis mihi compertum. Distinguenda omnino videtur a *Maraga*, tum propter epitheton *Dabecæ*, tum quia Barhebræus *Maragam* scribit ܡܪܐܓܗ. Antiqua *Margæ* diocesis erat subjecta sedi Metropolitanæ Adiabenæ et complectebatur eam regionem quæ est in Zabæ superioris parte Adorbiganam respiciente, et includitur in nova *Akræ* diœcesi. Cfr. Assemanus, *Dissert. de Nestor*, p. 711, 762; Martin, *La Chaldée*, p. 69, not. 2.

ܡܪܘܕܬܐ . ܘܐܣܪܚܘ ܬܪܝܢ ܐܦܣܩ̈ܐ . ܘܦܛܪ
ܟܢܫ ܐܦܣܩ̈ܐ ܒܓܘܒܪܝܢ ܩܣܛܪܐ
ܕܩܘܪܘܣܛܝܐ . ܘܐܚܪܡ ܠܓܘܒ̈ܝܐ ܟܠܗܘܢ
ܐܦܣܩ̈ܐ ܘܕܝܪ̈ܝܐ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܫܕܪܘ ܐܝܬܝܘ
ܠܐܒܪܗܡ ܕܝܪܝܐ ܡܢ ܩܪܬܡܝܢ . ܘܓܒܠܘܗܝ
ܠܗܘܢ ܠܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܫܪܝ ܗܘ ܕܘܝܐ
ܕܢܥܒܕ ܐܦܣܩ̈ܐ ܪ̈ܫܝܐ ܕܠܐ ܗܘܦܪܟܝܣ .
ܟܕ ܡܬܟܪܟܝܢ ܘܐܡܪܝܢ . ܕܡܛܠ ܡ̈ܠܐ ܩܪܒ
ܡܠܐ ܕܠܚܡܐ ܫܡܝܢܐ ܩܨܝܢ ܡܬܟܬܫܝܢ .
ܘܩܪܝܢ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܗܪܛܝܩܐ ܕܐܬܚܝܕ
ܠܓܘܠܝܢܝܣܛ̈ܐ .

ܘܟܕ ܒܗܢܐ ܐܝܟܢܐ ܙܢܝܐ ܗܘܐ · ܗܘܐ
ܠܘܩܒܠܗ ܬܘܒ ܚܪܝܢܐ ܡܢ ܒ̈ܢܝ
ܬܓܪܝܬ . ܒܗܝ ܕܙܒ̈ܢܐ ܩܒܠܘ ܥܠ
ܫܡܥܘܢ ܡܦܪܝܢܐ ܘܠܐ ܫܡܥ ܩܒܠܬܗܘܢ .
ܘܡܚܣܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ . ܕܡܛܠ ܕܐܝܬܘ̄
ܬܠܡܝܕܗ . ܢܣܒ ܒܐܦ̈ܘܗܝ . ܘܟܕ ܩܛܪ
ܐܠܨܗ . ܐܦܩܗ ܠܫܡܥܘܢ . ܘܡܛܠ
ܕܐܢܫܝܢ ܡܢ ܬܓܪ̈ܝܬܝܐ ܒܥܝܢ ܗܘܘ
ܠܫܡܥܘܢ، ܐܬܟܫܠܘ . ܘܫܪܝܘ ܡܨܚܝܢ
ܠܦܛܪܝܪܟ ܡܛܠ ܕܐܦܩܗ ܘܣ̈ܢܐܘ ܕܫܡܥܘܢ
ܡܨܚܝܢ ܗܘܘ ܠܗ . ܘܐܦ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܪܒܗ
ܡܛܠܬܗ . ܘܗܟܢܐ ܡܢ ܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܓܒ̈ܐ .

sariis, congregati sunt in pago Calaz[1], ubi duos ordinarunt episcopos. Patriarcha vero congregavit episcopos in Gubrin, Cyrrhensium castro, anathematizavitque Gubenses omnes episcopos et monachos. At isti accersiverunt Abrahamum[2] monachum e Cartamina et crearunt eum sibi patriarcham. Infelix iste cœpit facere archiepiscopos absque provinciis, qui circuibant dicentes se pro verbis „ panem cœlestem frangimus „ pugnare, et patriarcham, eo quod cum Julianistis unionem iniisset, hæreticum appellantes.

Dum autem hoc certamine disjiceretur, alia adversus eum contentio[3] mota est a Tagritensibus eo quod plures accusaverant Simeonem maphrianum et *patriarcha* accusationes non audiverat; exprobabant igitur ei quod ejus personam acceperat, quia Simeon erat ejus discipulus. Tandem, cum nimis urgeretur, ejecit Simeonem. Quidam autem e Tagritensibus, cum Simeonem expeterent, offensi fuerunt et patriarchæ convitiari cœperunt, quod ejecisset eum. Simeonis vero inimici ipsi convitiabantur et propter eum etiam patriarchæ, ipsius magistro. Hoc igitur modo ex utraque parte

[1]) In cod.Rom. ܩܠܙ, *Bibl. Or.*, II, 342.

[2]) Ab Abrahamo illo, quem Dionysius Barsalibæus etiam *Abiram* vocat, ortum est schisma Abrahamæorum. Erat porro schisma, non hæresis, ut erronee docuit Renaudotius (*Hist. patriar. Alex.* p. 249), in hac re ab Assemano (*Bibl. Or.*, II, 348) castigatus. Duravit autem schisma sub Cyriaco ejusque successore Dionysio Telmaharensi. Marcus, patriarcha Alexandrinus, scripsit Cyriaco epistolam synodicam in signum unionis utriusque Ecclesiæ, in qua in schismaticos fortiter invehitur.

[3]) De hoc dissidio sermo fit in altera sectione hujus *Chronici*.

ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܬܒܣܪ ܗܘܐ . ܘܡܚܕܐ ܐܬܪܥܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܐܙܠ ܠܬܓܪܝܬ .

ܘܡܝܬ ܫܡܥܘܢ ܘܐܬܬܣܝܡ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܗܘܐ ܚܪܝܢܐ ܥܡܗ ܥܡ ܡܬܝ̈ܢܝܐ . ܘܐܚܪܡ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܡܬܝ̈ܢܝܐ . ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܘܕܝ̈ܪܝܐ ܐܡܪܚܘ ܘܐܚܪܡܘ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܠܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܐܬܐܠܨ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܫܪܪ ܡܛܪܦܘܠܝܛܘܬܐ ܠܕܢܝܐܝܠ ܕܡܘܨܠ . ܒܪܡ ܕܡܫܬܥܒܕܐ ܗܘܐ ܕܬܓܪܝܬ ܢܗܘܐ . ܘܡܨܥܬ ܗܠܝܢ ܐܘܠܨܢܐ . ܐܕܪܟܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܫܘܠܡܗ . ܘܫܢܝ ܒܗ ܒܡܘܨܠ . ܐܫܬܬܥܣܪ ܒܐܒ ܫܢܬ ܐܩܟܚ . ܘܐܫܩܠܘܗ ܠܦܓܪܗ ܩܕܝܫܐ ܒܡܪܟܒܬܐ ܠܬܓܪܝܬ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܒܗ̈ܘܗܝ . ܫܡܫ ܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ . ܫܢܝܢ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥ . ܘܐܣܪܚ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܬܡܢܝܢ ܘܫܬܐ . ܕܗܒܐ ܐܘ ܟܣܦܐ ܠܐ ܩܪܒ ܒܐܝܕܗ ܟܠܗ ܙܒܢܐ ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܗ . ܘܡܛܠ ܕܛܢܢ ܗܘܐ ܘܩܫܝܐ ܥܠ ܥܒܪ̈ܝ ܥܠ ܢܡܘܣܐ . ܒܟܪܝܘܬܐ ܫܠܡ ܚܝ̈ܘܗܝ .

patriarcha parvipendebatur. Illico autem patriarcha statuit ire Tagritum[1].

Mortuus est porro Simeon et ordinatus Basilius, qui controversiam habuit cum Matthæanis[2]. Patriarcha anathematizavit Matthæanos. Episcopi autem et monachi Matthæani ausi sunt etiam patriarcham et Basilium excommunicare. Itaque coactus fuit patriarcha metropoliticam dignitatem confirmare Danieli Mossulæ, ea tamen conditione ut metropolitae Tagritensi subjiceretur. In mediis illis calamitatibus patriarchæ obtigit finis. Obiit quippe Mossulae decima sexta Ab (*Augusti*) anni 1128 (*Chr.* 817). Detulerunt sanctum ejus corpus navigio Tagritum, urbem patrum ejus. Patriarchatum autem gessit annis viginti quatuor et ordinavit episcopos octoginta sex. Aurum aut pecuniam ne manu quidem attigit toto patriarchatus sui tempore. Quia vero zelosus et severus erat in legis transgressores in moerore dies transegit[3].

ܒܬܪ ܩܘܪܝܩܘܣ ، ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܬܠܡܚܪܝܐ .

64. *Post Cyriacum*, DIONYSIUS *Telmaharensis*.

ܗܝܕܝܢ ܐܬܟܢܫܘ ܓܘ̈ܒܝܐ ܥܡ ܩܘܪ̈ܘܣܝܐ . ܘܐܬܘ ܠܘܬ ܐܒܪܗܡ ܗܘ ܕܩܡܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ

Tunc congregati Gubenses cum Cyrrhensibus, ad Abrahamum consti-

[1]) ܬܓܪܝܬ *Tagrit*, Arabibus *Tekrit*, urbs Mesopotamiæ ad fluvium Degilam seu Tigrim minorem, inter Mossulam et Bagdadum posita. Sedes fuit maphriani Jacobitarum ab anno 630. Cfr. Ritter, *Erdkunde*, West-Asien, X theil, III abt., p. 211-212, 222-225.

[2]) Matthæani, monachi scilicet monasterii S. Matthæi prope Mossul. Vid. supra p. 285, not. 2.

[3]) Cyriacus a Barhebræo in *Nomocanone* citatur inter canonistas Jacobitarum. Cyriaci opera hæc recenset Assemanus (*Bibl. Or.*, II, 116-117) : 1o *Epistolam synodicam* ad Marcum, patriarcham Alexandrinum ; 2o *Liturgiam* ; 3o *Canones*.

ܘܐܬܘ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܡܪܘ ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ
ܡܬܚܪܡܝܢ ܒܚܪܡܐ . ܘܦܪܝܫܝܢ ܡܢ
ܥܕܬܐ. ܗܐ ܦܛܪܝܪܟ ܩܘܪܝܩܘܣ ܕܚܦܝܛ
ܗܘܐ ܕܢܥܒܪܝܘܗܝ ܠܒܪ ܩܠܐ ܕܡܛܠܬܗ
ܐܫܬܕܩܢ ܡܢ ܟܕܘ ܥܢܕ . ܘܨܒܝܢ
ܕܢܫܬܝܢ ܠܥܕܬܐ . ܐܒܪܗܡ ܕܝܢ ܒܢ
ܢܟܝܠܘ ܦܢܐ ܠܗܘܢ ܕܐܦ ܐܢܐ ܚܫܝܫܐ
ܕܡܛܠܬܟܘܢ ܡܚܘܬܐ ܘܐܬܒܙܚܬ · ܒܪܡ
ܡܣܬܟܝܢܢ ܥܕܡܐ ܕܢܩܘܡ ܪܝܫܐ
ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܢ ܡܩܝܡܝܢ ܐܢܫ ܕܐܡܪ ܠܗ
ܠܒܪ ܩܠܐ . ܘܐܦܢ ܚܕܐ ܙܒܢ . ܚܪܡܐ
ܐܗܘܐ ܠܐ ܫܒܩ ܐܢܐ ܠܗܕܐ ܪܒܘܬܐ .
ܘܫܬܩ ܐܢܐ ܒܫܠܝܐ ܣܒܪ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܕܡܢ ܕܚܠܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ ܣܝܥܬܐ ܥܫܝܢܬܐ
ܕܡܥܕܪ̈ܢܘܗܝ . ܠܗ ܡܩܝܡܝܢ ܘܒܗܕܐ
ܣܒܪܐ ܟܠܗ ܗܝ ܫܢܬܐ ܫܠܝ ܗܘܐ ܡܬܡܟܟ
ܘܡܬܚܣܕ . ܐܦܝܣܩܘܦܐ· ܕܝܢ ܗܕܐ ܠܚܕ̈ܕܐ
ܘܐܬܟܢܫܘ ܡ̈ܗ ܒܩܠܘܢܝܩܘܣ ܒܚܙܝܪܢ
ܕܫܢܬ ܐܩܟܛ : ܘܐܬܐ ܐܦ ܐܒܪܗܡ ܘܟܢܫܐ
ܕܕܝܪ̈ܝܐ . ܘܫܪܘ ܒܐܘܣܛܘܢܐ . ܘܫܪܝܘ
ܡܫܓܫܝܢ ܡܛܠ ܩܠܐ ܕܠܚܡܐ ܫܡܝܢܝܐ
ܘܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ ܫܠܡܘ ܕܗܘ ܕܨܒܐ ܕܢܐܡܪܝܘܗܝ ܠܐ
ܡܬܟܠܐ ܘܗܘ ܕܠܐ ܨܒܐ ܠܐ ܡܬܐܠܨ ܠܗ ܘܥܒܕܘ
ܐܦ ܫܝܢܐ ܒܝܬ ܒܣܝܠܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ
ܠܡܬܝ̈ܐܢܐ : ܡܚܕܐ ܩܡ ܚܕ ܡܢ ܩܫ̈ܝܫܐ
ܒܡܨܥܬܐ ܘܐܡܪ: ܕܗܫܐ ܕܗܠܝܢ ܫܠܡܝܢ
ܙܕܩ ܠܢ ܕܠܪܫܐ ܕܟܠܗܝܢ ܛܒ̈ܬܐ ܢܬܩܪܒ
ܘܫܠܡܘ : ܕܢܨܘܡ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ : ܘܢܒܥܐ ܠܐܠܗܐ
ܕܢܛܝܒ ܠܥܕܬܗ ܗܘܢ ܡܢ ܕܝܕܥ ܕܠܡܣܒ
ܟܠܗ ܠܟܘܪܣܝܗ ܡܢ ܕܪܚܡ ܕܢܪܥܝܗ ܒܫܝܢܐ:

tutum antea ipsis patriarcham convenere dicentes : « quousque tandem sub anathemate manebimus ab Ecclesia separati? En patriarcha Cyriacus, qui de tollendis vocibus, pro quibus schisma fecimus, satagebat, jamdiu obiit; volumus igitur cum Ecclesia reconciliari. » Abrahamus vero subdole respondit eis : « ego quoque, ob meum erga vos studium, vapulavi et ignominia affectus sum. Expectemus nihilominus donec episcopis antistes præficiatur. Quodsi quempiam constituant qui vel una vice has voces usurpaverit, anathema sim nisi hanc dignitatem relinquam et in silentio agam. » Sperabat episcopos timentes violentam ipsius fautorum factionem eum esse constituturos *patriarcham*. In hac spe integro hoc anno quievit humilem piumque se exhibens. Episcopi autem se mutuo convocarunt et congregati sunt quadraginta quinque Callinici mense Haziran (*Junio*) anni 1129 (*Chr.* 818). Venit etiam Abrahamus cum agmine monachorum, qui in diversorio consistentes cœperunt tumultuari propter voces « panem cœlestem. » Episcopi porro consenserunt ut qui vellet eas recitare non prohiberetur, qui autem nollet non cogeretur. Præterea reconciliationem inierunt inter Basilium maphrianum et Matthæanos. Tunc unus e senioribus surgens e medio dixit : « hisce nunc absolutis, oportet nos rem aggredi quæ est omnium bonorum caput, nobisque jejunium trium dierum imponere, orantes ut præparet Deus Ecclesiæ suæ illum quem ipse scit

ܘܩܘܡܝܬܐ. ܘܟܕ ܫܦܪ ܡܠܟܗ ܕܩܫܝܫܐ:
ܨܡܘ ܘܨܠܝܘ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝ̈ܢ: ܘܒܬܪܟܢ
ܝܬܒܘ ܥܠ ܕܪ̈ܓܝܗܘܢ: ܘܐܦܝܣܘ ܠܚܕ̈ܕܐ
ܕܢܐܡܪ ܟܠܚܕ ܡܠܬܐ ܐܬܪܥܝܬܗ. ܘܟܕ ܣܓܝ̈ܐܐ
ܐܡܪܘ ܕܠܝܬ ܒܕܝܪ̈ܝܗܘܢ ܡܢ ܕܫܘܐ.
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܐܡܪܘ ܐܢܫܐ ܝܕܝ̈ܥܐ. ܘܡܢܗܘܢ
ܡܪܝ ܐܘܛܘܢܘܣ ܡܠܦܢܐ ܘܡܦܫܩܢܐ.
ܠܚܪܬܐ ܩܡ ܬܐܘܕܘܪܐ ܐܦܝܣܩ ܕܡܢ ܕܝܪܐ
ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܟܝܣܘܡ ܘܐܡܪ. ܐܢ
ܡܦܣܝܬܘܢ ܐܘ ܐܒܗ̈ܬܐ ܡܡܠܠ ܐܢܐ.
ܘܐܡܪ ܐܬܐ ܠܘܬܢ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܝܪܝܐ ܐܚܐ
ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܐܦܬܘܢܝܐ
ܕܗܘ ܕܝܪܐ ܕܩܢܫܪܝܢ. ܘܬܪܬܝܢ ܫܢ̈ܝܢ
ܗܘܐ ܠܘܬܢ. ܘܒܚܢܢܝܗܝ ܕܫܦܝܪ. ܘܟܕ
ܗܕܐ ܐܡܪ. ܐܬܚܙܝ ܠܫܪܟܐ ܕܐܦܣ̈ܩܦܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܪܪܘܢ ܡܠܬܗ. ܘܟܬܒܘ ܟܬܒܐ
ܕܫܠܡܘܬܐ. ܘܐܪܫܡܘ ܒܗ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ. ܩܕܡܝܐ
ܡܢ ܒܣܝܠܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܬܓܪܝܬܝܐ. ܘܡܢ
ܒܬܪ ܒܪܚܕܒܫܒܐ ܕܡܪܓܐ. ܘܝܘܚܢܢ
ܓܪܡܢܩܝܐ. ܘܐܢܣܛܐܣܝܘܣ ܕܕܪܡܣܘܩ.
ܘܫܪܟܐ ܒܛܟܣܐ ܒܛܟܣܐ. ܗܢܐ ܐܡܪ ܗܘ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. ܕܥܕܡܐ ܠܗܪܟܐ ܠܟܬܒܬ

eam recturum in pietate et sanctitate. Quum placuisset consilium senioris, jejunarunt et orarunt tribus diebus; deinde sederunt in gradibus[1] suis et se mutuo hortati sunt ut unusquisque quid sentiret exprimeret. Quum multi respondissent in monasteriis suis neminem reperiri idoneum, alii autem commemoravissent viros celebres, inter quos Mar Autunum, doctorem et explanatorem; tandem surrexit Theodorus, episcopus e cœnobio Mar Jacobi de Chisuma, qui dixit: «si permiseritis, ô Patres, loquar. Venit, inquit, ad nos frater Dionysius monachus, e cœnobio Mar Joannis Baraphtonii, quod est monasterium Kenserinense, et duobus annis apud nos commoratus est atque probavimus eum esse idoneum.» Quod cum dixisset, opportunum visum est ceteris episcopis ut verbum ejus ratum haberent, et exararunt libellum consensus, cui manum apposuerunt, primum quidem Basilius, maphrianus Tagriti, deinde Barhadbeschaba Margæ, Joannes Germaniciæ, Anastasius Damasci, et ceteri per ordinem. Ait hic ipse Dionysius: «hucusque historias[2]

[1]) Deperdita una pagina apographi nostri, præcedentia inde a verbo ܕܒܝܬܐ p. 345, l. 9, usque ad ܕܪ̈ܓܝܗܘܢ p. 347, l. 3, excusa fuerunt e cod. vat. 387, e quo vitam Dionysii transcripsit D. Martin, qui eam nobiscum benigne communicavit. Ex eodem cod. aliquas varias lectiones in decursu notabimus.

[2]) Dionysius scripsit, inquit Assemanus (*Bibl. Or.*, II, 98, sqq.), « *Annales ab orbe condito ad suam usque ætatem, nimirum ad annum Græcorum* 1086, quorum duplex editio apud Syros circumfertur: alii enim prolixiores sunt et in modum Historiæ ecclesiasticæ Eusebii ceterorumque scriptorum Græcorum compositi. Alii breviores et Chronici Eusebiani instar in annos digesti, quorum exemplar pervetustum in Scetensi Deiparæ Syrorum monasterio nacti sumus, initio tamen et fine mutilum.» Assemanus summarium Chronici brevioris Dionysii, a tempore Justiniani imperatoris usque ad annum Græcorum 1086, Christi 775, describit. Prolixiores vero Dionysii *Annales* usque ad annum Christi circiter 844 perducuntur ut ex

ܦܪܝܫ ܗܘܝܬ ܠܡܫܡܠܝܘܬܐ. ܘܠܐ ܫܒܚܬ
ܐܘ ܨܚܝܬ ܠܐܢܫ ܒܡܣܒ ܒܐܦܐ. ܗܫܐ
ܕܝܢ ܐܚܪܢܐ ܡܟܬܒܢܐ ܒܥܐ ܗܘܝܬ ܕܣܘܪܚܢܐ
ܕܝܠܝ ܢܦܪܣ. ܘܠܬܘܪܨܐ ܐܢ ܐܝܬ ܘܡܫܒܚ
ܠܥܘܗܕܢܐ. ܗܘ ܢܟܬܘܒ ܘܠܐ ܐܢܐ. ܘܡܛܠ
ܕܠܝܬ ܡܢ ܕܝܕܥ ܒܗܠܝܢ ܕܝܠܝ ܐܝܟܘܬܝ.
ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܦܢܐ ܡܟܠܐ ܐܢܐ. ܐܡܪܐ ܕܠܐ
ܐܬܚܙܐ ܕܒܒܝܬܝܬܐ ܡܨܥܪ ܐܢܐ. ܠܗܠܝܢ
ܕܝܢ ܕܡܚܝܠܘܬܐ ܘܠܐ ܣܦܩܘܬܐ ܕܝܠܝ ܡܘܕܐ
ܐܢܐ ܥܡ ܕܗܘܝܬ ܐܢܐ. ܕܐܢܐ ܡܢ ܟܠ ܒܨܝܪܐ
ܘܡܫܝܛܐ ܕܐܢܫܐ. ܐܝܟܢܐ ܗܘܝܬ. ܘܠܐ ܝܕܥ
ܐܢܐ ܐܡܪܐ ܦܘܠܘ ܐܬܟܣܝܘ ܐܒܗܬܐ ܚܣܝܐ.
ܕܠܐ ܐܡܪ ܐܬܛܥܝܘ ܒܡܣܒܪܢܘܬܐ ܕܥܠܝ.
ܐܠܐ ܐܝܟ ܦܫܝܛܐ ܒܡܫܡܥܬܐ. ܐܬܚܛܦܘ ܡܢ
ܢܘܟܪܝܐ ܠܗܕܡܘܬܐ. ܘܫܕܪܘ ܬܪܝܢ ܕܝܪܝܐ
ܝܕܘܥܐ ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܬܡܢ
ܥܡܝܪ ܗܘܝܬ. ܡܛܠ ܕܒܢܝ ܩܢܫܪܝܢ
ܡܒܕܪܝܢ ܗܘܘ. ܘܟܕ ܥܠܘ ܠܘܬܝ
ܐܚܕܘܢܝ ܘܢܛܪܘܢܝ ܐܝܟ ܥܒܕ ܒܝܫܬܐ
ܥܕܡܐ ܕܐܬܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܫܝܢ ܘܕܠܐ
ܡܬܪܚܡܢܐ ܐܬܚܙܝܘ ܠܝ. ܘܡܛܠ ܕܡܢ
ܡܬܟܬܫ ܐܢܐ ܠܡܨܥܬܐ ܕܣܘܢܗܕܘܣ
ܐܬܬܬܒܠܬ. ܘܟܕ ܡܚܘܐ ܐܢܐ ܡܚܝܠܘܬܝ.
ܘܠܐ ܣܦܩܘܬܝ ܒܒܟܝܐ ܘܒܓܘܢܚܐ.
ܐܬܬܥܫܢܘ ܥܠܝ ܒܩܛܝܪܐ. ܘܠܐ ܫܠܝܘ
ܐܠܐ ܡܢ ܬܡܢ ܕܢܩܘܡܘܢ ܡܢ ܡܘܬܒܝܗܘܢ
ܘܢܦܠܘܢ ܩܕܡ ܒܨܝܪܘܬܝ ܐܬܟܠܝܘ. ܘܟܕ

ex animo prosecutus sum; nec quemquam aut laudavi aut vituperavi per acceptionem personarum. Nunc autem alium scriptorem quaerebam qui errata mêa patefaceret, et recte facta, si quæ sint laude digna, ipse, non autem ego, memoriae traderet. Quia vero rerum mearum nemo conscius est ut ego, a laude quidem abstineo; nolim *tamen* videri domestica mea deprimere, quid vero infirmitatis et insufficientiae in me geram confiteor. Eram quippe hominum minimus et maxime contemptibilis[1]; interim nescio quomodo præoccupati fuerint, ne dicam decepti, Patres religiosisimi in sua de me existimatione; sed, tanquam sensu simplices, rumoribus extraneis abrepti praemiserunt duos monachos cordatos ad monasterium Mar Jacobi, ubi commorabar, quia incolae Kenserinenses dispersi erant. Ingressi igitur ad me apprehenderunt me et custodierunt tanquam malefactorem, donec venirent episcopi qui duriores et valde immisericordes mihi visi sunt. Dum illis obniterer[2], in mediam synodum adductus sum, et quum assererem infirmitatem meam ac insufficientiam cum fletu et prostrationibus, irruerunt violenter in me, nec tandem quin e sedibus suis surgerent et coram parvitate mea procumberent se cohibuerunt, quamvis acceptu difficile prædicarem sacerdotium non solum pro me misero

infra dicendis colligitur. Barhebræus Dionysium sequitur in suo Chronico a tempore Justiniani. Tullberg edidit primum *Chronici* Dionysiani librum, Upsalæ, 1850.

1) Cod. Vat. 387 rectius ܘܐܕܫܐ.

2) Cod. Vat. 387 ܡܬܟܬܫ.

3) Cod. Vat. erronee ܘܦܪܓܠܐ.

ܠܫܡܫܘܬ ܠܟܫܝܪܘܬܐ ܦܪܐ ܗܘܝܬ ܠܡܫܠܡܘܬܐ.
ܠܗ ܡܠܟܘܬ ܠܒ ܠܒܘܫܐ ܡܢܟܝܐ. ܐܠܐ
ܡܠܟܘܬܝ ܕܐܬܦܬܚܘ ܠܕܘܟܐ ܕܡܬܠܘܪܬܐ.
ܕܐܦܢ ܥܘܕ ܥܠ ܡܬܠܐܒܫܠܘܬܐ ، ܕܡܠܟܘ
ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܣܛܘܢܐ ܗܘܐ. ܥܒܕܘܢܝ
ܩܫܝܫܐ ܕܒܥܘܡܪܐ ܐܣܬܝܢܘܬ ܡܠܟܘܬ ܩܕܝܫܐ
ܕܐܣܛܘܢܐ. ܘܩܫܘܡ ܩܫܐ ܩܫܝ ܡܠܘܟܪܐ
ܕܡܠܟܝ ܐܒ. ܘܩܝܘܡ ܚܕܫܐ ܪܝܫܗ
ܕܐܝ ܕܫܢܬ ܐܡܬܝ ܠܟܗܢܘܬܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܕܪܝܫܐ ܩܘܠܘܬܐ ܐܬܝܒܘܬ ܡܠܟܝܬܐ
ܩܠܝܢܝܩܘܣ ܕܡܝܬܘܬܐ ܩܐܠܝܢܝܩܘܣ
ܘܝܪܬܐ ܘܡܠܡܠܟܐ ܕܟܘܪܣܝܐ ܠܟܡܝܢ ܐܡܪ
ܕܗܘܝ ܐܦܪܝܡ . ܠܝ ܕܠܐ ܫܘܐ ܐܢܐ ܠܟܪܘܟܐ
ܕܡܣܐܢܐ .

ܫܒܩ ܕܝܢ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܕܐ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ
ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ. ܘܐܒܪܗܡ ܡܢ ܕܚܙܐ ܕܡܢ ܣܒܪܗ
ܡܪܘ ܐܬܟܪܝ. ܘܐܡܪ ܠܓܘܒܝܐ ܚܒܪܘܗܝ.
ܚܙܘ ܡܢܐ ܥܒܕܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܕܡܢ ܕܝܪܐ
ܘܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܛܠܬ ܩܠܐ ܕܠܚܡܐ
ܫܡܝܢܐ ܐܩܝܡܘ ܠܗܘܢ ܪܝܫܐ . ܗܫܐ ܗܘ
ܡܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ . ܕܐܢܘܢ
ܘܡܐ ܕܐܢܐ ܠܐ ܬܫܒܩܘܢ ܐܢܫ ܠܡܩܒܪܝ
ܕܬܩܝܡܘܢ ܪܝܫܐ ܕܡܫܡܫܢ ܐܢܫ ܕܢܬܒ
ܥܘܕ ܗܠܝܢ . ܘܠܐ ܬܫܬܠܡܘܢ ܠܗܠܝܢ .
ܘܗܟܢܐ ܡܢ ܦܠܝܓܝܢ ܫܒܩܘ ܘܐܙܠܘ .

ܘܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ ܐܫܬܪܝܬ
ܣܘܢܗܕܘܣ . ܐܫܬܢܝ ܠܗ ܠܩܘܪܘܣ

et vili, sed vel pro iis qui ad summum virtutis fastigium pervenerant. Ne perseverarem in inobedientia periculum erat. Idcirco die Veneris ordinarunt me diaconum in monasterio Estunæ[1], et die sabbati presbyterum in cœnobio Mar Zachæ[2], et die dominica, prima Ab (*Augusti*) anni 1129 (*Chr.* 818) promoverunt me ad perfectum ordinem summi sacerdotii in ecclesia catholica urbis Callinici, atque haeredem possessoremque sedium[3], ut ipsi dicunt, fecerunt me qui non sum dignus *solvendi* corrigias calceamentorum."

Imposuit autem ei manum Theodosius Callinici. Abraham vero ut vidit spem suam delusam[4] ferociit et dixit Gubensibus sociis suis : "videte quid fecerint episcopi : e monasterio et urbe quæ abolevit voces " panem cœlestem " constituerunt sibi antistitem. Nunc igitur in verbo Dei præcipio vobis ne quum mortuus fuero, corpus meum sepeliri sinatis, donec in mea dignitate præsulem constitueretis, neque cum istis reconciliemini" Sic ergo divisi reliquerunt synodum et abierunt.

Dionysius autem patriarcha, absoluta synodo, se transtulit ad Cyr-

1) *Estunæ*, id est *Columnæ* apud Callinicum.
2) Apud eamdem urbem.
3) Cod. Vat. ܠܡܪܘܒܐ.
4) Cod. Vat. ܡܢ ܣܒܪܐ ܕܡܢ ܠܗ.

ܘܩܘܪܘܣ ܐܬܟܢܫܘ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܘܥܡܐ. ܘܟܕ ܝܕܥܘ ܕܠܐ ܟܠܐ ܕܢܐܡܪܘܢܗ ܠܚܡܪܐ ܡܠܐ ܐܬܦܢܝܘ ܠܘܬܗ. ܐܠܐ ܐܒܪܗܡ ܚܪܡ ܐܢܘܢ. ܘܗܦܟܘ ܡܬܚܪܝܢ ܠܦܠܓܘܬܗܘܢ.

ܦܛܪܝܪܟ ܕܝܢ ܡܢ ܩܘܪܘܣ ܢܦܩ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܥܒܪ ܠܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ. ܘܢܚܬ ܬܘܒ ܠܒܓܕܕ ܘܢܣܒ ܠܗ ܣܝܓܠܝܘܢ. ܘܟܕ ܬܓܪ̈ܝܬܝܐ ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܕܢܐܬܐ ܦܛܪܝܪܟ ܠܘܬܗܘܢ ܘܢܥܒܕ. ܟܬܒ ܡܦܪܝܢܐ ܒܣܝܠܝܘܣ ܗܘܐ ܠܗ ܕܠܐ ܙܒܢܐ ܗܘ ܕܢܐܬܐ ܠܬܓܪܝܬ. ܡܛܠ ܕܐܠܝܨܝܢ ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܡܢ ܫܠܝܛܐ ܡܪܝܪܐ ܕܫ̈ܠܝܛܢܐ. ܘܡܛܠܗܕܐ ܫܒܩ ܐܘܪܚܐ ܕܟܠ ܬܓܪܝܬ ܘܡܘܨܠ. ܘܣܠܩ ܒܗ̇ ܕܟܠ ܦܪܬ ܠܩܪܩܝܣܝܢ. ܘܟܠܝ ܒܩܘܪ̈ܝܐ ܕܚܒܘܪ ܘܒܢܨܝܒܝܢ ܘܕܪܐ ܘܟܦܪܬܘܬܐ ܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܐܙܠ ܠܫܠܡܗ ܕܐܡܝܪܐ ܥܬܡܢ. ܘܢܣܒ

rhenses. Cyri igitur congregati sunt presbyteri, diaconi et populus, qui, cum didicissent ipsum non prohibere recitationem vocum „panem cœlestem", conversi sunt ad eum. Sed Abrahamus anathematizavit eos. Quare ad schisma redierunt.

Patriarcha autem e Cyro profectus est Antiochiam, unde in Mesopotamiam transiens descendit Bagdadum et diploma obtinuit. Cum porro Tagritenses rogarent ut patriarcha ad eos diverteret et diem festum ageret, Basilius maphrianus scripsit ei tempus non esse veniendi Tagritum, eo quod fideles acerbo principum edicto premerentur. Idcirco a via Tagriti et et Mossulæ deflectens ascendit per viam Euphratis in Circesium[1], et commoratus est in pagis Chaborae et in urbibus Mesopotamiæ Nisibi[2], Dara[3] et Caphartuta, unde ivit ad salutandum Emirum Othmanum, a quo licentiam obtinuit ædificandi templum admirabile monasterii[4] Kenserinensis,

1) ܩܪܩܣܝܢ, alias ܩܪܩܝܣܝܢ, ܩܪܩܝܣܝܘܢ, *Circesium* Procopii, Evagrii et Zozimi, *Circesum* Eutropii, *Cercusum* Ammiani, urbs episcopalis in Osrhoena ad confluenta Euphratis et Chaboræ. Cfr. Assemanus, *Diss. de Monophys.*, p. 75.

2) ܢܨܝܒܝܢ, *Nisibin*, urbs Mesopotamiæ antiquissima juxta et nobilissima, *Achar* olim dicta (*Gen.*, X, 10). Syris recentioribus ܨܘܒܐ, *Soba*, dicitur. Arabes *Nasibin* vocant, Græci *Antiochiam Mygdoniæ* dixere. Urbi ad aquilonem mons *Masius* imminet, unde erumpens fluvius *Mygdonius* seu *Masius* muros urbis alluebat antequam aquas suas in Chaboram emitteret. Hodie destructa jacet in via quæ a Mossula ducit Mardinum et inter ejus ruinas conspicitur humilis pagus ab Armenis et Nestorianis inhabitatus, qui venerantur ibi sepulchrum S. Jacobi, hujus urbis sæculo IV episcopi. Cfr. Assemanus, *Dissert. de Monophys.*, p. 102; Ritter, *Erdkunde, West-Asien*, XI theil, III, abt., p. 413-437, ubi fuse prosequitur historiam urbis Nisibin ejusque statum recentem describit.

3) ܕܪܐ *Dara*, Mesopotamiæ urbs episcopalis, olim florentissima, nunc destructa, sita erat inter Nisibin et Mardinum ad radices montis Masii, octo leucis distans a Nisibi, duodecim vero a Mardino. Cfr. Assemanus, *Diss. de Monophys.*, p. 78; Ritter, *Erdkunde, West-Asien*, XI theil., III, abt., p. 406-413.

4) Cod. Vat. ܗܝܟܠܐ ܠܥܘܡܪܢ ܘܕܝܪܐ.

ܡܛܠܗ ܕܘܝܩܕܐ ܠܟܬܒܐ ܕܐܘܩܕܗ ܠܡܠܟܐ
ܕܕܝܪܐ ܕܡܠܦܢܘܬܗ ܕܝܠܗ ܗܘܐ. ܘܫܥܒܕ
ܠܘܩܒ ܠܕܝܪܝܐ ܕܥܘܡܪܐ ܕܐܘܣܒܘܢܐ
ܕܒܒܪܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܢܩܝܦܝܢ ܗܘܘ ܠܐܒܪܗܡ.
ܗܝܕܝܢ ܐܙܠ ܐܒܪܗܡ ܠܘܬ ܐܡܝܪܐ ܥܒܕ
ܐܠܠܗ ܒܪ ܛܗܝܪ ܠܩܠܝܢܝܩܘܣ ܘܐܬܐ
ܐܦ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. ܘܟܕ ܣܓܝܐܬܐ
ܐܬܐܡܪܝ ܒܡܨܥܬܐ ܦܩܕ ܐܡܝܪܐ ܠܗܘ
ܕܩܕܡ ܠܒܪ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܕܢܦܘܩ ܢܫܐܠ
ܐܢܘܢ ܠܟܪܣܛܝܢܐ ܕܩܝܡܝܢ ܠܒܪ. ܡܢܘ
ܐܝܬܘܗܝ ܪܫܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܘܟܕ ܢܦܩ ܘܐܘܕܥ
ܠܟܢܫܐ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܒܪ ܠܬܪܥܐ ܩܥܘ.
ܕܐܒܪܗܡ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܪܫܐ ܕܝܠܢ. ܐܦܠܐ
ܟܪܣܛܝܢܐ ܗܘ. ܗܝܕܝܢ ܐܡܝܪܐ ܚܪ
ܒܐܒܪܗܡ ܒܚܡܬܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܚܙܐ ܐܢܐ
ܕܓܒܪܐ ܕܓܠܐ ܘܡܛܥܝܢܐ ܐܝܬܝܟ. ܘܦܩܕ
ܘܐܫܠܚܘܗܝ ܒܪܢܘܣܗ. ܘܟܐܐ ܒܗ ܘܐܡܪ

quod igne concrematum fuerat. Subjecit etiam sibi monachos cœnobii Eusebonæ in ditione Antiochena qui Abrahamo adhærebant. Tunc Abrahamus se contulit Callinicum ad Abdallah, Tahiri filium[1], ubi etiam advenit Mar Dionysius. Quum autem multa in medio prolata fuissent, præcepit Emirus primo suo administro (?) exire et quærere a christianis foris adstantibus quis esset eorum antistes. Qui, cum exiisset et multitudini foris ad januam stanti rem significasset, clamarunt : «Abrahamus nec noster antistes, imo nec christianus est.» Tunc Emirus respiciens Abrahamum cum ira dixit ei : «video te hominem esse mendacem ac impostorem.» Statimque jussit eum «veste[2]» privari eumque increpavit dicens : «ne amplius audiam te patriarcham vocari; sed vade, revertere ad solitudinem tuam et mo-

[1]) Abdallah a Mamone, Calipha Bagdadæ, patri suo suffectus fuit anno 821.

[2]) ܒܪܢܘܣܐ arabice *Bornus* vel *Birnus*, ut exponunt Bar-Bahlul et Bar-Ali apud Smith in *Thes. syr.* ad h. v. Smith (*ibid.*) docet esse «*vestem summi Pontificis.*» Quænam autem vestis sit ex diversis quas gerit patriarcha, Smith non audet definire. Refert hac de re explicationes J. S. Assemani, quæ haud satis sibi consentiunt. Docet autem Assemanus ܒܪܢܘܣܐ esse *vestem pontificiam* (*B. O.*, II, 423); *mitram* (*ib.* 459); *pallium* (*ib.* III, 1, 343); *vestem pontificiam* qua recens consecratus induitur (*ib.* 428); *cidarim* opere phrygio ornatam qua fratres minores caput tegunt, quum e sacrario ad altare pergunt, liturgiam celebraturi (*ib.* 683). Quum hæc non satis sibi cohærerent, recurrendum duxi ad Ill. archiepiscopum chaldæum Bar-Tatar supra jam laudatum, qui diversas hujus vocis significationes hisce verbis exposuit : «1o ܒܪܢܘܣܐ, usitata ferme apud omnes orientales, est *chlamys* decorativa a regibus solita concedi antiquitus summis ecclesiarum præsulibus proper præclarum fàcinus; at identidem inducta in obeundis majoribus functionibus ad solemnitatis pompam. 2o ܒܪܢܘܣܐ vocatur indumentum exterius perlongum et amplum personam totam cooperiens, ad modum fere togæ senatoriæ aut purpuræ cardinalitiæ. 3o ܒܪܢܘܣܐ tandem qua in præsentiarum utuntur in Oriente est ipsissima fere *Capa* latina longior seu talaris. 4o ܒܪܢܘܣܐ (a ܦܪܢܣ *liberum effecit, exemptione donavit*) designat Sultanorum *indulta imperialia* quæ arabice *Barat* (gallice *Bérat*) vocantur.» Putaverim Abrahamum simul et ornamento patriarchali et privilegiis huic dignitati annexis privatum fuisse.

ܕܢܦܩܘܢ ܠܐ ܐܫܒܘܩ ܕܡܠܦܢܐ ܐܠܐ ܦܛܪ ܕܝܪ̈ܝܟ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܡܫܒܩܘ. ܘܟܕ ܠܕܝܪ̈ܝܐ ܕܒܬܪ. ܘܗܟܢܐ ܐܬܕܚܝ ܐܒܪܗܡ ܘܕܥܡܗ. ܐܠܐ ܠܐ ܫܒܩ ܐܢܘܢ ܣܛܢܐ ܕܢܫܠܘܢ. ܫܕܪܘ ܓܝܪ ܠܫܡܥܘܢ ܐܚܘܗܝ ܕܐܒܪܗܡ ܠܒܓܕܕ. ܘܟܬܒܗ ܕܥܠܝ ܕܒܪ ܐܒܘܛܠܒ ܚܡ ܢܒܝܐ ܕܠܗܘܢ. ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܠܕܝܪܐ ܕܓܘܒܐ ܒܪܝܐ. ܘܟܕ ܚܙܘ ܕܒܢܝ ܥܠܝ. ܟܬܒܬܐ ܕܩܫܝܫܗܘܢ. ܐܬܘ ܠܘܬ ܚܠܝܦܐ ܘܩܪܒܘ ܠܗ ܣܝܓܠܝܘܢ. ܘܟܕ ܐܬܐ ܫܡܥܘܢ ܠܒܝܬܐ ܕܕܝܪ̈ܝܐ · ܘܐܬܟܢܫܘ ܟܢܫܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܩܡ ܐܬܐ ܠܩܠܝܢܝܩܘܣ ܘܟܠܗ ܥܡܗܘܢ ܠܘܬ ܐܡܝܪܐ ܥܒܕܐܠܠܗ. ܘܐܡܝܪܐ ܟܕ ܚܙܐ ܠܣܝܓܠܝܘܢ ܕܐܒܪܗܡ. ܫܘܚܪܗ ܠܡܘܥܕܐ. ܘܫܕܪ ܫܠܝܚܐ ܠܒܓܕܕ. ܘܠܘܬ ܥܣܪܝܢ ܝܘ̈ܡܝܢ. ܐܝܬܝ ܦܬܓܡܐ ܕܡܐܡܘܢ ܕܡܒܛܠ ܠܣܝܓܠܝܘܢ ܕܐܒܪܗܡ. ܘܐܫܠܡܗ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܥܒܕ ܒܗ ܨܒܝܢܗ. ܦܛܪܝܪܟ̄ ܕܝܢ ܟܕ ܢܣܒ ܒܘܫܝܛܗ ܫܕܝܗ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܙܠ ܠܩܘܪܘܣ ܗܘܐ ܟܕ ܫܓܫ. ܘܫܡܥ ܐܡܝܪܐ ܗܦܟ ܬܘܒ ܐܝܬܝܗ ܟܕ ܐܣܝܪ ܐܝܟ ܓܝܣܐ ܘܫܠܚܗ ܬܘܒ ܩܕܡ ܐܡܝܪܐ ܘܩܘ̈ܡܐ ܕܢܒܗܬ ܗܘ ܠܗ ܡܢ ܒܝܫܬܐ ܘܢܬܟܠܐ ܡܢ ܒܝܫܬܗ.

nachos tuos dimitte.» Sic repulsi sunt Abrahamus et qui cum eo erant. Satanas vero non sivit eos quiescere. Miserunt quippe Simeonem, fratrem Abrahami, Bagdadum et cum eo scriptum quod Ali, filii Abitaleb, soceri prophetæ eorum, dederat monasterio Gubæ Baraiæ. Quum autem vidissent Ali sectatores scripturam senioris eorum, Calipham adierunt et obtulerunt diploma *Simeoni*, qui, cum rediisset, congregavit turbam monachorum. Res porro innotuit patriarchæ, Antiochiæ tunc versanti, qui surgens venit Callinicum; et omnes *simul* adierunt Emirum Abdallah. Emirus autem, viso Abrahami diplomate, rem moratus est et misit proprium nuntium Bagdadum, qui post viginti dies attulit rescriptum Mammonis, irritans diploma Abrahami. Igitur *Emirus* tradidit *Abrahamum* in manus patriarchæ ut in eum suam voluntatem exequeretur[1]. Patriarcha autem, arrepto *Abrahami* cucullo[2], abjecit eum. Rediit igitur Cyrum tumultuans. Quo audito, Emirus rursus adduxit eum vinctum tanquam latronem, et spoliavit *vestitu patriarchali* iterum ante se et familiares suos ibi præsentes, ut erubesceret et a malis desineret.

[1]) Cod. Vat. ܕܠܟܠܗܝ.

[2]) ܟܘܣܝܬܐ (Cod. Vat. ܟܘܣܝܬܗ) *Cusita*, proprie *opertorium* seu quidquid cooperit. Hinc usitatur hoc vocabulum de *tiara* seu *magno cucullo*, in forma semispherica compacto, sine quo patriarcha Jacobitarum domo exire nequit. Mitra qua utuntur Nestoriani omnes in certis regionibus etiam *Cusita* appellatur. Cfr. ܟܘܣܝܬܐ p.105, *nota*.

ܘܒܫܢܬ ܐܩܠܘ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܟܕ ܐܡܝܪܐ ܥܒܕ
ܐܠܠܗ ܢܚܬ ܠܡܨܪܝܢ . ܡܘܚܡܡܕ ܐܚܘܗܝ
ܐܝܢܘܢ ܟܠ ܒܢܝܢܐ ܚܕܬܐ ܕܐܫܟܚ ܒܥܕ̈ܬܐ
ܕܐܘܪܗܝ . ܚܪܒ ܠܥܕܬܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܣܗ̈ܕܐ .
ܘܠܕܝܩܘܢܝܩܘܢ . ܘܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܕܥܕܬܐ ܪܒܬܐ .
ܘܠܬܘ̈ܢܐ ܡܥܪ̈ܒܝܐ ܕܒܝܬ ܡܥܡܘܕܝܬܐ .
ܘܠܒܣܝܠܝܩ̈ܐ . ܘܠܕܝܪܐ ܕܢܫ̈ܐ
ܕܟܠܩܕܘܢܝ̈ܐ . ܘܐܬܒܢܝܬ ܡܣܓܕܐ
ܒܛܛܪܦܘܠܘܢ ܕܩܕܡ ܥܕܬܐ ܥܬܝܩܬܐ .
ܕܩܕܡ ܡܬܩܪܝܐ ܗܘܬ ܒܝܬ ܫܒܬܐ .
ܕܒܗ ܝܬܒܝܢ ܗܘܘ ܪ̈ܫܢܐ ܒܬܪ ܬܫܡܫܬܐ
ܕܨܦܪܐ . ܟܕ ܡܬܕܪܫܝܢ ܒܫܘ̈ܐܠܐ ܥܕ̈ܬܢܝܐ
ܘܦܝܠܣܘܦܝ̈ܐ . ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܚܙܩ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܐܝܓܘܦܛܘܣ ܥܠ ܝܡܐ . ܘܩܡܘ ܥܠܘܗܝ
ܡܚܫ̈ܘܠܐ ܘܐܬܦܩܘ ܓܠ̈ܠܘܗܝ ܕܝܡܐ .
ܘܠܡܚܣܢ ܐܬܦܢܝ ܠܠܡܐܢܐ ܕܛܢܝܣ
ܡܕܝܢܬܐ . ܗܝ ܕܐܝܟ ܓܙܪܬܐ ܗܝ ܒܝܡܬܐ
ܕܡܢ ܡܝ̈ܠܘܗܝ ܕܢܝܠܘܣ ܢܗܪܐ . ܘܡܢ
ܝܡܐ ܪܒܐ ܐܘܩܝܢܘܣ ܡܬܬܪܒܐ . ܘܢܦܩܘ
ܠܐܘܪܥܗ ܟܪ̈ܝܣܛܝܢܐ ܕܬܡܢ . ܐܝܟ ܬܠܬܝܢ
ܪ̈ܒܘ ܒܡܢܝܢܐ ܗܘܘ . ܘܐܬܐ ܠܘܬܗ
ܡܪܝ: ܝܥܩܘܒ ܦܛܪܝܪܟ ܦܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܘܐܦܣܩ̈ܦܐ ܥܡܗ ܚܕܝܢ ܘܐܡܪܝܢ ܕܡܢ ܙܒܢܐ
ܕܡܪܝ ܣܘܝܪܐ ܪܒܐ . ܠܐ ܐܬܚܙܝ
ܦܛܪܝܪܟ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܒܡܨܪܝܢ . ܐܡܪ ܕܝܢ
ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ . ܕܗܝܕܝܢ ܐܘܕܥܢܢ ܠܗܘܢ

Anno autem Græcorum 1136 (*Chr.* 825), quum Emirus Abdallah[1] descendisset in Ægyptum, Mohammed, ejus frater, quæcumque invenit nova ædificia in ecclesiis Edessenis vastavit: destruxit ecclesiam quadraginta martyrum, diaconium ac sacrarium ecclesiæ magnæ, cubicula occidentalia baptisterii, basilicas atque monasterium mulierum Chalcedonensium. Ædificata autem est meschita in tetrapylo ante ecclesiam veterem, in loco antea dicto *Bethschabta*[2], in qua requiescebant primores post officium matutinum, de quæstionibus ecclesiasticis et philosophicis disserentes. Quapropter accinxit se patriarcha in Ægyptum. Exorta est autem tempestas et intumuerunt fluctus maris atque vix se recipere potuit ad portum urbis Tanis, quæ velut insula est in lacu per ora Nili fluminis et mare mediterraneum efformato. Occurrerunt ei christiani hujus urbis ad triginta prope millia. Venit etiam illuc ad eum Jacobus patriarcha, Alexandriæ papa[3], et *cum eo* episcopi gaudentes et dicentes a tempore Mar Severi magni nullum Antiochiæ patriarcham visum fuisse in Ægypto. Ait autem Mar Dionysius: „tunc commemoravimus eis verba Athanasii patriarchæ cognomento Camelarii et unionem quam fecit cum Anastasio post schisma Petri et Damiani, et agnovimus debilitatas esse

1) Expeditio Abdallah in Ægyptum narratur in *Chronici*, part. I. t. I, p. 160 et t. II, p. 152.

2) Id est *Domus sabbati*.

3) Meminit hujusce rei Renaudotius, qui tradit Dionysium antea synodicam epistolam misisse Marco, Jacobi prædecessori. Cfr. *Hist. patriar. Alex.*, pp. 256, 270.

ܥܠ ܡܛܠܬܗ ܕܐܬܒܛܠܘ ܦܘܫܩ̈ܐ ܕܐܬܦܢܝ
ܥܡܠܐ. ܘܣܝܡܘܬܐ ܕܟܬܒ̈ ܟܠܗ ܐܢܫܝܗܘܢ.
ܒܬܪ ܗܝܕܝܢ ܕܐܬܐ ܘܕܡܫܪܝܬܐ. ܘܐܙܠ ܘܥܠ
ܕܡܢ ܗܘ ܕܠܐ ܥܠܝܠ ܠܗܘܢ ܥܠ ܡܪܟܒܬܐ
ܕܡܠܟܐ ܐܬܩܒܠܗ ܒܐܝܩܪܐ ܠܟܬܒܗܘܢ.
ܘܡܢ ܟܕ ܐܠܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܡܟܣܗ
ܠܡܪܟܒܬܐ ܕܦܪܫܬܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܢܐ ܐܠܨܟ
ܠܡܨܪܝܢ. ܘܡܨܐ ܗܘܝܬ ܕܬܫܕܪ ܠܝ ܒܟܬܒܐ
ܕܐܓܪܬܐ ܒܨܒܝܢܗ ܒܥܐ ܥܠܘܗܝ ܘܐܬܩܒܠ
ܕܩܝܡܬܐ. ܘܐܘܕܥ ܒܝܫܬܐ ܕܐܬܬ
ܠܐܘܪܗܝ. ܗܝܕܝܢ ܟܬܒ ܗܘ ܒܐܝܕܗ ܐܡܝܪܐ
ܠܐܚܘܗܝ ܟܕ ܡܟܣ ܠܗ ܘܦܩܕ ܐܠܐ. ܠܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܠܐ ܢܚܒܠ ܠܒܥܕܬܗ ܘܥܕܬܐ ܠܡܥܒܕܗ.
ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܒܥܐ ܕܐܬܟܪܝ ܥܠ ܬܢܝܣܝܐ.
ܕܡܫܬܥܒܕܝܢ ܒܡܕܐܬܐ ܒܣܡܐ ܕܒܣܝܡܐ.
ܕܡܢ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܐܘ ܥܬܝܪܐ ܐܘ ܡܣܟܢܐ.
ܘܦܩܕ ܐܡܝܪܐ ܕܢܣܒܘܢ ܡܢ ܥܬܝܪ̈ܐ. ܘܐܦ ܡܢ
ܡܨܥܝܐ ܕܢܣܒܘܢ ܡܢ ܡܣܟܢܐ ܙܘܙܐ
ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܡܢܝܐ.. ܡܨܥܝܐ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ
ܡܢ ܡܣܟܢܐ ܬܪܥܣܪ ܙܘܙܐ ܐܘ ܠܡܣܟܢܐ
ܘܡܨܥܝܐ. ܘܡܢ ܐܡܝܪܐ ܕܡܢ ܠܥܬܝܪܐ
ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܡܢܝܐ ܙܘܙܐ ܢܣܒܘܢ. ܘܡܢ
ܡܨܥܝܐ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ. ܘܡܢ ܡܣܟܢܐ
ܬܪܥܣܪ.

ܐܦ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܡܝܛܪܦܘ ܕܐܘܪܗܝ.
ܕܐܚܘܗܝ ܗܘܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܥܡܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܥܡܗ ܐܙܠ ܠܡܨܪܝܢ ܗܘܐ ܩܒܠܬܐ ܕܢܟܠܝܢ

recitationes[1] ex eo quod neglecta fuerit apud eos scientia Scripturarum:" Exinde patriarcha *Dionysius* abiit et perveniens ad castra Persarum ingressus est ad Tahirum. Quia porro Emiro gratissimus erat, reprehendit eum *Emirus* de navigatione dicens : "quid cogebat te ut venires in Ægyptum , quum posses per epistolam significare mihi quid velles? " Patriarcha autem, fusis pro eo precibus, bene exceptus fuit et manifestavit ei mala Edessæ illata. Tunc Emirus propria manu scripsit fratri suo eum reprehendens jubensque ne læderet aut vexaret patriarcham neve ecclesias impeteret. Patriarcha etiam rogavit pro Tanisiis qui conquerebantur de onere imposito. Quinque enim denarii exigebantur a quacumque persona sive divite sive paupere. Præcepit igitur Emirus ut a divitibus quadraginta et octo zuzæ, a mediis viginti quatuor, a pauperibus vero duodecim, acciperentur.

Sed et Theodosius, Edessæ metropolita, frater germanus patriarchæ, cum eo tunc temporis profectus erat in Ægyptum, pro grege suo querelas *apud Emi-*

[1]) ܥܘܢܝ̈ܬܐ (a ܥܢܐ *iteravit, narravit*) *narrationes*. Quid hoc loco significet anceps hæreo. Conjecerim hac voce hic designari recitationem officii liturgici.

ܡܠܦܢܐ ܡܙܪܒܢܬܗ . ܘܗܘ ܗܢܐ ܬܐܘܕܘܣܝܣ
ܐܥܒܪ ܟܬܒܐ ܕܡܐ̈ܡܪܬܐ ܕܬܐܘܠܘܓܘܣ
ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ . ܘܥܠܗ ܬܘܒ
ܥܗܕܗ ܐܢܛܘܢܝ ܕܝܪܝܐ ܪܗܛܘܪ ܒܡܐܡܪܐ
ܐܚܪܝܐ ܐܘܟܝܬ ܚܡܝܫܝܐ ܕܟܬܒܗ ܪܗܛܘܪܝܩܐ
ܘܦܝܠܘܦܘܢܘܣ ܕܦܩܝܚܘܬܐ ܕܠܫ̈ܢܐ
ܡܫܒܚ ܗܘܐ ܕܠܬܕܡܘܪܗ ܦܪܐ ܠܗ . ܘܡܢ
ܗܪܟܐ ܡܬܝܕܥܐ ܕܒܝܘܡ̈ܘܗܝ ܕܡܪܝ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟ ܬܠܡܚܪܝܐ . ܐܝܬܘ̄
ܗܘܐ ܗܢܘ ܐܢܛܘܢܝ ܕܝܪܝܐ ܬܓܪܝܬܢܝܐ . ܐܝܟ
ܕܐܫܬܥܝܘ ܠܢ ܡ̈ܠܦܢܐ ܘܣ̈ܒܐ ܕܙܒܢܢ . ܐܠܐ
ܡܬܕܡܪܐ ܐܢܐ ܥܠ ܗܢ ܓܒܪܐ . ܕܐܝܟܢܐ
ܐܬܛܥܝ ܡܢܗ ܕܦܛܪܝܪܟ . ܓܒܪܐ ܕܐܝܟ
ܗܢܐ ܡܝܬܪܐ ܘܠܐ ܥܗܕܗ ܒܡܟܬܒܢܘܬܗ .

ܦܛܪܝܪܟ ܕܝܢ ܡܢ ܕܐܫܬܡܠܝ ܨܒܝܢܗ
ܐܝܟ ܦܢܝܗ ܘܗܦܟ ܐܬܐ ܠܣܘܪܝܐ ܐܦܢܝ
ܕܢܬܬܢܝܚ ܒܩܠܝܠ . ܠܐ ܐܫܠܝ ܡܢ ܗܝ
ܕܢܬܛܪܦ ܒܚ̈ܫܐ ܕܣܓܝ ܥܕܬܐ .
ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܕܢܨܝܒܝܢ ܡܢ ܡܛܠ
ܥܠ̈ܠܬܐ ܛܢܦܬܐ ܕܐܬܩܪܒܘ ܠܗ ܠܘܬܗ ،
ܡܢ ܢܘܢܐ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܓܒܪܐ ܡܝܬܪܐ
ܘܡܫܒܚܐ . ܒܣܘܢܗܕܘܣ ܕܐܪܒܥܝܢ ܐܦܣ̈ܩ
ܕܐܬܟܢܫܘ ܒܪܝܫܥܝܢܐ ܐܬܦܢܝ . ܐܦ ܠܘܬ
ܩܘܪܗܣܝܐ . ܘܢܓܕ ܠܐܒܝܪܡ ܘܫܘܬܦ̈ܘܗܝ .
ܗܢܘܢ ܕܠܗ ܠܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܫܒܘ̈ܥܝܐ ܗܘܘ

rum emissurus. Hic Theodosius librum carminum Theologi e græco syriacum fecit : cujus et meminit Antonius Rhetor monachus in oratione ultima[1] seu quinta, quam inscripsit Rhetóricam Philoponi[2], *ubi* eumdem ob variarum linguarum peritiam admirabilem prædicat. Hinc palam fit diebus Dionysii Telmaharensis patriarchæ floruisse hunc Antonium, monachum Tagritensem, quemadmodum nobis doctores et senes nostræ ætatis prodiderunt. Miror tamen virum adeo eximium a patriarcha neglectum, et in ejus opere non memoratum fuisse.

Patriarcha porro, absoluto juxta desiderium suum negotio, reversus est in Syriam ut paululum quietis caperet; sed non desiit multa perpeti pro ecclesia. Philoxenus Nisibis, propter accusationes nefandas patriarchæ de eo oblatas a Nonno archidiacono[3], viro eximio et inclyto, in synodo quadraginta episcoporum Rhesinæ congregata depositus fuerat; quare sese recepit apud Cyrrhenses et trahens Abiram[4] ejusque socios, eos, *inquam*, qui ipsi Philoxeno vices hebdomadorias ad *agenda officia liturgica* Gubrini concesserant, adduxit in Eccle-

[1]) Legendum cum codd. Vatt. 166 et 387 ܐܚܪܝܐ.

[2]) Legunt codd. Vatt. ܕܦܝܠܘܦܘܢܘܣ. Antonii rhetoris *carmen* edidit Roediger in *Chrestomathia syriaca*, ed. 2ª, p. 110.

[3]) Cod. Vat. ܐܪܟܕܝܩܘܢ .

[4]) *Abiram* seu Abraham. Utroque etiam nomine appellatur in catalogo patriarcharum Jacobitarum a Dionysio Barsalibaeo confecto.

ܥܕܬܗܘܢ ܕܢܨܝܒܝܢ ܡܢ ܗܝܕܝܢ ܡܬܦܪܫܐ
ܘܐܬܦܠܓܬ ܐܝܟ ܠܬܪܬܐ ܕܦܠܓܝܢ. ܘܒܗ
ܙܒܢܐ ܡܬܦܠܓܬܐ ܠܬܪܬܝܢ ܦܠܓܘܢ.

ܘܒܗ ܙܒܢܐ ܢܦܠܬ ܦܠܓܘܬܐ ܒܝܬ
ܝܗܘܕܝܐ ܥܠ ܪܝܫ ܓܠܘܬܐ. ܟܕ ܛܒܪܝܢܝܐ
ܐܩܝܡܘ ܠܚܕ ܕܫܡܗ ܕܘܝܕ: ܘܒܒܠܝܐ
ܠܕܢܝܐܝܠ ܡܢ ܗܪܣܝܣ ܕܥܢܢܝܐ ܗܢܘܢ
ܕܫܒܬܐ ܦܣܠܝܢ. ܘܠܪܒܘܥ ܐܪܒܥܐ
ܒܫܒܐ ܢܛܪܝܢ. ܘܟܕ ܡܛܬ ܕܝܢܗܘܢ
ܠܡܐܡܘܢ ܡܠܟܐ. ܦܩܕ ܕܐܢ ܡܬܛܦܝܢ
ܥܣܪܐ ܓܒܪ̈ܐ. ܡܢ ܟܠ ܬܘܕܝܬܐ ܐܝܕܐ ܕܗܝ.
ܘܢܒܥܘܢ ܕܢܩܝܡܘܢ ܠܗܘܢ ܪܫܐ. ܝܗܘ̈ܕܝܐ
ܢܗܘܘܢ ܐܘ ܟܪܣܛܝܢܐ ܐܘ ܡܓܘ̈ܫܐ ܠܟܠܗ
ܕܢܟܠܐ ܠܗܘܢ.

ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܢܚܬ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܒܓܕܕ. ܘܩܕܡ ܕܢܦܓܘܫ ܒܚܠܝܦܐ.
ܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܐ ܒܓܕ̈ܕܝܐ ܠܠܥܙܪ ܐܦܝܣܩ̄
ܕܝܠܗܘܢ. ܘܟܕ ܡܥܟܒ ܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܥܡܐ. ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܠܬܓܪܝܬ. ܕܠܐ
ܢܬܓܚܟ ܗܘܐ ܥܡܢ ܒܝܬ ܥܡ̈ܡܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ
ܠܐ ܣܝܒܪܘ ܒܓܕ̈ܕܝܐ. ܐܠܐ ܟܢܫܘ ܩܛܪ̈ܓܘܣ
ܕܐܦܝܣܩ̄ ܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܘܓܠܝܘܗܝ ܒܩܛܪ̈

siam Nisibis, quæ exinde in duas partes scissa est.

Hoc tempore ortum est dissidium inter Judæos de præposito „ dispersionis, „ cum Tiberiadenses constituissent quempiam nomine Davidem, Babylonii vero Danielem e secta Ananitarum qui sabbatum profanant et feriam quartam hebdomadis servant. Eorum causa ad judicium Mamonis delata, jussit ut si convenirent decem viri cujuscumque religionis, sive Judæi essent, sive Christiani, sive Magi, et antistitem sibi constituere vellent, nemo eos impediret.

Ob hanc igitur causam patriarcha descendit Bagdadum[1]. Antequam autem Caliphæ obviam fieret, Bagdadenses accusarunt Lazarum eorum episcopum[2]. Patriarcha autem rem remorante donec ipse veniret Tagritum ne populus noster ludibrio haberetur inter gentes alienigenas, Bagdadenses non tulerunt, sed congesserunt accusationes adversus episcopum et coe-

[1]) ܒܓܕܕ *Baydad*, a recentioribus Syris etiam ܒܒܠ *(Babylon)* dicta, ab Arabibus *Erach Babel* nuncupata, urbs ad Tigrim in Eracha Babylonica ab Abugiafaro Almansore, Abassidarum calipha secundo, medio sæculo VIII, condita, et ab eo *Dar Assalam* seu *Medinat Assalam* appellata, per quinque sæcula florentissima et Calipharum sedes regia fuit. Ædificata est e ruinis Seleuciæ et Ctesiphontis, a qua urbe unius diei itinere ad septentrionem distat. Initio ripam occidentalem, deinde utramque, nunc vero solam ripam orientalem occupat. Cfr. Ritter, *Erdkunde, West-Asien*, X theil, 111 abt. p. 195, sqq.

[2]) Pleno nomine vocatur ܠܥܙܪ ܒܪ ܫܒܬܐ *Lazarus, Sabtæ filius*. Gessit etiam Philoxeni atque Basilii nomen, ut probat Assemanus in *Bibl. Or.*, t. II, p. 123-124. Præter tractatum de officiis ecclesiasticis scripsit *Anaphoram*, quæ prodiit latine in Renaudotii *Liturgg. orientt.*, coll. t. II, 399.

ܘܡܛܪܕܘܗܝ. ܗܝܕܝܢ ܐܬܦܠܓܬ ܥܕܬܐ
ܕܒܓܕܐܕ ܗܟܘܬ ܠܬܪܬܝܢ ܦ̈ܠܓܘܬܐ.
ܘܡܛܬ ܫܘܥܪܢܐ ܥܕܡܐ ܠܚܠܝܦܐ. ܘܠܟܠܗ
ܫܘܓܫܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܦܛܪܝܪܟ ܐܫܕܝܘܗܝ
ܒ̈ܢܝ ܓܒܗ ܕܠܥܙܪ. ܐܠܐ ܡܐܡܘܢ ܡܛܠ
ܕܚܟܝܡܐ ܗܘܐ. ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܥܝܩ ܠܓܘܢܐ
ܪܫܐ ܕܡܢ ܐܬܪ̈ܘܬܐ ܪ̈ܚܝܩܬܐ ܐܬܐ ܠܫܝܠܬܗ
ܥܡ ܕܫ̈ܢܐ. ܘܡܛܠ ܙܒܢܐ ܡܢ ܐܬܝܗܒ ܠܗ
ܠܦܛܪܝܪܟ ܕܢܥܘܠ. ܠܗ ܒܠܚܘܕ ܫܒܩ
ܡܢ ܐܦ̈ܝܣܩ ܕܥܡܗ ܐܝܟ ܕܢܬܩܪܒ ܠܗ.
ܡܢ ܪܟܝܒ ܥܠ ܪܟܫܐ ܘܡܗܠܟ ܒܦܪܕܝܣܐ.
ܘܡܢ ܐܘܫܛ ܠܗ ܝܡܝܢܗ ܫܐܠܗ ܕܡܢܐ
ܠܟ. ܘܐܝܟܢܐ ܐܝܬ ܠܗܘܠܝܢ ܕܝܠܟ.
ܦܛܪܝܪܟ ܕܝܢ ܒܬܪ ܨ̈ܠܘܬܐ ܡܠܠܗ
ܕܐܘܦܠܣܝܣ ܕܠܥܙܪ ܫܪܝ ܡܘܪܝܐ
ܠܡܠܬܗ. ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܬܬܕܝܢ ܠܡܬܡܪܚܘ
ܘܐܬܚܝܒ ܘܐܬܦܠܛ. ܡܬܚܡܨܢ ܘܐܡܪ. ܕܠܢ
ܦܘܩܕܢܐ ܝܗܝܒ ܠܢ. ܕܡܢ ܥܣܪܐ ܡܢܢ
ܢܗܘܐ. ܢܩܝܡ ܠܢ ܠܡܩܝܡܘ ܪܫܐ.
ܘܚܠܝܦܐ ܦܢܝ. ܕܗܢܐ ܦܘܩܕܢܐ ܥܠ
ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܠܥܡܘܪܟ ܠܩܕܡ ܢܦܩ. ܡܛܠ
ܕܠܗ ܡܬܪܥܝܬܐ ܠܢ ܕܢܣܝܡ ܕܠܩܛܝܪ
ܠܟܘܢ ܪܝܫܢܘܬܐ. ܦܛܪܝܪܟ ܐܡܪ. ܕܝܕܥ
ܡܝܕܥܐ ܚܟܡܬܟ. ܕܡ̈ܘܕܝܐ ܘܡ̈ܫܘܬܐ ܐܝܬ
ܒܝܬ ܠܢ ܘܠܟܘܢ. ܡܢ ܐܡܬܝ ܕܝܗܒܘ ܠܟܘܢ
ܐ̈ܒܗܝܢ ܣܓܝܐܐ ܕܡܕܝ̈ܢܬܐ. ܕܠܐ ܢܫܚܠܦܘܢ
ܥܠܝܢ ܢܡ̈ܘܣܝܢ. ܘܓܠܝܐ ܕܢܡܘܣܐ
ܕܠܐ ܣܝܘܡ ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܡܬܢܛܪ.

gerunt patriarcham ut eum deponeret. Tunc scissa est ecclesia Bagdadensis similiter in duas partes, resque usque ad Calipham pervenit. Totam autem perturbationem patriarchæ imputarunt asseclæ Lazari. Sed Mamon, quia prudens erat, noluit molestare præsulem qui e locis dissitis[1] cum muneribus eum salutaturus venerat. Aliquamdiu postea, cum ingrediendi potestas patriarchæ facta esset, ipsi soli, absque episcopis qui cum ipso erant, permisit Calipha accedere ad se equo insidentem et in horto ambulantem. Porrecta porro patriarchæ dextra interrogavit eum: „quid tibi? quomodo tua se habent?„ Patriarcha autem, fusis prius precibus, a Lazari negotio dicendi exordium fecit, quod legaliter judicatus, condemnatus ac depositus auderet dicere: „nobis edictum datum est ut si decem e nobis convenerint licet nobis antistitem constituere.„ Calipha autem respondit: „istud edictum a nobis prius de Judæis latum est, quia nobis mens non est coacte vobis præpositum imponere.„ Patriarcha dixit: „apprime scit sapientia tua, a quo tempore patres nostri civitates multas vobis tradiderunt, inter nos et vos exstare promissiones et pacta[2], de non immutandis contra nos legibus nostris; manifestum vero est legem absque legislatore non posse servari; una porro ex legibus nostris est principatus noster ecclesiasticus.„ Post multa, Calipha dixit:

[1]) Cod. Vat. ܪ̈ܚܝܩܐ.

[2]) Cod. Vat. ܫ̈ܘܡܐ.

ܘܩܘܡ ܡܢ ܠܡܘܬܒܐ ܕܝܘܡܢ ܗܘ ܘܙܡܢܐ
ܐܚܪܢܐ ܐܬܐ ܠܘܬܢ. ܘܒܬܪ ܥܣܪܐ ܝܘܡܝܢ ܐܡܪ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܠܥܙܪ ܪܗܛܐ ܗܘ ܕܩܕܡ
ܗܘܐ ܠܡܠܟܐ ܘܐܥܗܕܗ ܠܗ ܕܡܘܠܟܢܗ.
ܘܐܡܪ ܡܐܡܘܢ ܕܠܨܦܪܐ ܢܐܬܐ.
ܘܩܪܐ ܬܘܒ ܠܝܕܘܥܝ ܢܡܘܣܐ ܕܝܠܗ. ܘܐܬܘ ܟܠܗܘܢ.
ܘܫܐܠ ܐܢܘܢ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ. ܡܢܐ ܡܬܚܙܐ ܠܟܘܢ.
ܕܢܫܪܪ ܠܪܫܢܐ ܕܟܪ̈ܝܣܛܝܢܐ ܐܝܟ ܫܘܠܛܢܢ.
ܘܐܡܪܘ ܠܐ ܘܠܐ ܥܒܕܝܢ ܚܢܢ. ܐܠܐ ܒܠܚܘܕ
ܕܠܐ ܢܩܛܪ ܐܢܘܢ ܠܡܫܚܠܦܘ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ
ܘܥܝܕܝܗܘܢ. ܐܠܐ ܢܛܪܘܢ ܫܘܥܒܕܐ ܕܚܝܒܝܢ ܠܢ
ܘܢܫܠܝܘܢ ܒܫܝܢܐ ܕܡܬܗܢܝܢ ܒܗ ܒܫܘܠܛܢܢ.
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܫܪܐ ܐܢܘܢ. ܘܐܡܪ ܠܡܠܟܐ.
ܐܒܗܝܟ ܕܒܪܝܟ ܥܘܗܕܢܗܘܢ ܝܗܒܘ ܠܢ
ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܘܣܝܓܠܘܢ ܐܦ ܐܢܬ ܝܗܒܬ ܠܝ.
ܘܗܫܐ ܠܐ ܬܬܐܡܪ ܥܠܝܢ ܢܡܘܣܐ ܚܕܬܐ. ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ
ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܢܬܘܢ ܟܪ̈ܝܣܛܝܢܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠܗܝܢ
ܕܚܠ̈ܬܐ ܡܬܥܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܦܘܩܕܢܐ ܗܢܐ. ܘܐܡܪ
ܦܛܪܝܪܟܐ. ܐܦ ܗܢܘܢ ܪܛܢܝܢ. ܘܬܘܒ ܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܓܘ̈ܫܐ ܘܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܕܙܒܢܐ ܗܘ ܘܒܝܪܘܬܐ ܡܫܬܠܡ.
ܕܝܠܢ ܕܝܢ ܪܘܚܢܝܐ ܗܘ ܘܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܡܠܦ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ
ܚܘܣܪܢܐ ܕܫܘܠܛܢܗܘܢ ܒܕܗܒܐ ܡܬܚܫܒ. ܗܢܐ ܕܝܢ
ܕܝܠܢ ܠܗܝܡܢܘܬܢ ܡܛܐ. ܘܗܕܐ ܡܬܝܕܥܐ ܡܢ ܗܝ.

« valde molesti estis nobis, o Christiani, præsertim vos Jacobitæ; sed jam hodie discedas et alia die revertere. » Post decem dies patriarcha locutus est Lazaro Cursori (?)[1] qui præibat Caliphæ eique in memoriam revocavit illius promissionem. Mamon dixit : « cras mane veniat. » Invitavit rursus suos legisperitos. Præsto fuerunt omnes. Interrogavit igitur eos Calipha dicens : « quid vobis videtur? Debemusne firmare christianorum præsules quantum fert nostra potestas? » Ipsi autem responderunt : « non debemus; sed tantum vi eos non cogere ad mutandam eorum fidei professionem eorumque consuetudines, modo servent subjectionem nobis debitam et tranquilli remaneant, pace delectati qua per potestatem nostram fruuntur. » Patriarcha porro, his dimissis, Calipham alloquens dixit : « patres tui bonæ memoriæ adjudicarunt nobis patriarchatum et diploma nobis tradiderunt, quod tu pariter mihi dedisti. Nunc itaque non feratur in nos lex nova. » Calipha petiit : « cur vos christiani præ ceteris religionibus isto mandato vexamini? » Patriarcha respondit : « illi etiam murmurant; præterea potestas Magorum et Judæorum temporalis est et hæreditate transmittitur, nostra vero spiritualis est et pietatem docet; unde *illorum potestatis* jactura auro computatur, cum hæc *apud nos* ipsam fidem nostram attingit. Et hoc manifestum fit ex eo

[1]) Pro ܡܪܕܝܚܐ apud D. Martin ܡܪܕܝܚܐ *Mardeha*, vox aliunde nobis incognita, quæ derivanda videtur a radice ܪܕܐ.

ܘܦܛܪܝܪܟ ܦܠܛ . ܘܐܦ ܗܠܝܢ ܡܬܠܡܝܕܘܗܝ.
ܠܐ ܗܘ ܕܢܘܟܠܐ ܕܡܚܘܬܐ ܘܕܡܘܬܐ
ܡܦܣܩܝܢܢ ܐܢܘܢ . ܘܣܪܝܩܘܬܐ ܕܩܢܝܢܐ
ܠܗܘܢ.. ܘܐܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܩܫܝܫܐ
ܡܢ ܕܪܓܗ ܡܥܒܪܝܢܢ ܠܗ. ܘܐܢ ܥܠܡܝܐ
ܗܘ ܡܢ ܥܕܬܐ ܡܦܩܝܢܢ ܠܗ . ܦܢܝ ܚܠܝܦܐ.
ܘܐܡܪ ܕܡܢ ܕܪܓܐ ܘܡܢ ܐܝܩܪܐ ܕܬܥܒܪܘܢ
ܘܬܫܪܘܢ ܠܚܛܝܐ ܠܐ ܟܠܝܢܢ ܠܟܘܢ .
ܕܬܦܩܘܢ ܕܝܢ ܠܗ ܡܢ ܥܕܬܐ ܘܡܢ ܨܠܘܬܐ
ܘܬܟܠܘܢ ܠܗ ܠܐ ܕܢܝܢܢ ܕܫܠܝܛ ܠܟܘܢ .
ܠܚܛܝܐ ܓܝܪ ܝܬܝܪܐܝܬ ܘܠܐ ܕܢܨܠܘܢ
ܘܢܒܥܘܢ ܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ ܡܢ ܐܠܗܐ :
ܗܝܕܝܢ ܦܩܕ ܚܠܝܦܐ ܠܐܝܣܚܩ ܕܝܢܐ ܘܐܡܪ
ܕܒܨܝ ܣܘܥܪܢܐ ܘܐܢ ܫܡܥ ܠܥܙܪ ܠܦܛܪܝܪܟܐ
ܒܬܘܕܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܫܠܡ ܠܗ ܦܘܩܕܢܗ.
ܘܗܟܢܐ ܢܦܩ ܡܢ ܠܘܬ ܡܡܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܟܕ ܡܫܬܒܚ ܡܢ ܝܕܘܥܝ ܢܡܘܣܐ ܡܛܠ
ܚܝܠܬܢܘܬ ܢܦܫܗ . ܘܗܘܝ ܗܠܝܢ ܒܝܪܚܐ
ܕܐܕܪ ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ .

ܘܒܬܫܪܝܢ ܕܫܢܬ ܐܠܦ ܘܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܚܕܐ
ܐܣܪܡܣ ܠܒܓܕܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܚܠܦ ܠܥܙܪ.
ܘܐܬܐ ܠܬܓܪܝܬ . ܘܡܢ ܬܡܢ
ܠܡܘܨܠ . ܘܟܕ ܫܢܝ ܒܣܝܠܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ
ܒܕܝܪܐ ܕܚܢܢܝܫܘܥ ܘܩܒܪ ܬܡܢ .

quod pœnam in peccatores non verbera aut mortem aut opum privationem decernimus; sed, si episcopus sit aut presbyter, a gradu eum removemus, si vero sæcularis, ab ecclesia ejicimus. " Calipha reposuit : " quod a gradu et dignitate removeatis et deponatis peccatorem non prohibemus vobis; quod autem ejiciatis eum ab ecclesia et ab oratione prohibeatis fas vobis non judicamus; peccatores quippe præsertim oportet orare et petere a Deo remissionem delicti. " Tunc præcepit Calipha Isaaco judici dicens : " *negotium* examina, et si Lazarus subjectus sit patriarchæ in fidei confessione, adimple in eum mandatum ejus. " Sic igitur discessit a Mamone patriarcha, laudatus a legisperitis (?) propter animi fortitudinem. Contigerunt hæc mense Adar (*Martio*) anni 1140 (*Chr.* 829).

Mense autem Teschrin (*Octobri* vel *Novembri*) anni 1141 (*Chr.* 829) ordinavit Bagdadi episcopum in locum Lazari; deinde se contulit Tagritum et inde Mossulam. Mortuo autem Basilio Maphriano in monasterio Hani-

ܘܐܩܝܡ ܒܕܘܟܬܗ ܠܕܢܝܐܝܠ ܡܢ ܕܝܪܐ
ܕܒܪܩܘܡܝ. ܘܗܘ ܐܙܠ ܠܣܘܪܝܐ ܒܟܢܘܢ
ܩܕܡ.

ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܐܬܐ ܡܐܡܘܢ ܡܠܟܗܘܢ
ܠܟܝܣܘܡ. ܘܐܙܠ ܦܛܪ̄ܟ ܕܢܚܙܝܘܗܝ. ܘܠܐ
ܐܫܟܚ ܡܛܠ ܕܡܣܪܗܒܐ ܐܙܠ
ܠܕܪܡܣܘܩ. ܘܐܙܠ ܒܬܪܗ ܐܦ ܗܘ ܦܛܪ̄ܟ.
ܘܬܡܢ ܩܒܠ ܠܥܙܪ ܡܢܪܘܣܝܐ ܐܬܦܢܝܘ
ܐܝܩܪܐ ܐܘܟܝܬ ܡܐܢܝܐ ܕܐܘܒܠ ܠܗ.
ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ ܠܦܛܪ̄ܟ ܕܢܐܙܠ ܥܡܗ
ܠܡܨܪܝܢ ܕܢܫܕܪܝܘܗܝ ܐܝܙܓܕܐ ܠܘܬ
ܟܪ̈ܝܣܛܝܢܐ ܒܫܡܘܪ̈ܝܐ ܕܒܐܪܥܐ ܬܚܬܝܬܐ
ܕܐܓܝܦܛܘܣ. ܐܝܟ ܕܢܬܦܢܘܢ ܡܢ
ܡܪܘܕܘܬܐ. ܘܟܕ ܐܙܠ ܦܛܪ̄ܟ ܕܝܠܢ ܥܡ
ܦܛܪ̄ܟ ܝܘܣܦ ܕܡܨܪ̈ܝܢ ܕܢܫܝܢܘܢ ܠܗܘܢ.
ܐܦܫܝܢ ܪܒ ܚܝܠܐ ܠܐ ܨܒܐ ܫܠܡܐ. ܘܐܘܩܕ
ܢܘܪܐ ܒܩܘܪ̈ܝܐ ܘܟܪ̈ܡܐ ܘܓܢ̈ܐ ܕܝܠܗܘܢ.
ܘܠܣܓܝܐܐ ܡܢܗܘܢ ܩܛܠ ܘܠܫܪܟܐ ܐܣܝܪ.
ܫܕܪ ܐܢܘܢ ܒܐܠܦܐ ܠܐܢܛܝܘܟܝ. ܘܡܢ ܬܡܢ
ܠܒܓܕܕ. ܘܣܓܝܐܐ ܡܢܗܘܢ ܒܐܘܪܚܐ ܡܝܬܘ.
ܘܗܦܟ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܘܬ ܡܐܡܘܢ. ܘܐܘܕܥ
ܕܐܬܟܒܫܘ ܒܫܡܘܪ̈ܝܐ. ܘܢܣܒ ܦܘܣܩܢܐ
ܘܢܦܩ ܠܕܪܡܣܘܩ.

karum[1] extra Baladam[2] sito, ordinavit in ejus locum Danielem e monasterio Birkumi[3], et mense Conum priori *(Decembri)* perrexit in Syriam.

Eodem anno venit Calipha Mamon Chisumam. Patriarcha porro profectus est ad eum invisendum, sed nequivit quia Calipha inopinate Damascum abierat. Eum igitur secutus est patriarcha. Ibi porro a Lazaro Cursori (?) recepta sunt honoraria, vestimenta(?) nempe, quæ attulerat ei. Mandavit autem Calipha patriarchæ secum proficisci in Ægyptum, ut eum legatum mitteret ad christianos Byamitas[4], in regione inferiore Ægypti habitantes, ut a rebellione reverterentur. Quumque profectus esset patriarcha noster cum patriarcha Ægypti Josepho ad eos reconciliandos, Apschinus, militiæ præfectus, pacem noluit, sed villas eorum, vineas hortosque igne comburens, plurimos quidem interfecit, reliquos vero vinctos navibus Antiochiam misit, et exinde Bagdadum. Multi autem in via mortui sunt. Patriarcha ad Mamonem reversus ei denuntiavit Byamitas opprimi, et ipse, accepta licentia, Damascum profectus est.

[1]) Cod. Vat. ܟܠܬܡܐ.

[2]) ܒܠܕ *Balad*, urbs Mesopotamiæ ad Tigrim, sex circiter parasangis, teste Abulfeda, a Mossula distans. Cfr. Assemanus, *Diss. de Monophys.*, p. 69.

[3]) Prope Baladam juxta Assemanum, *Diss. de Monophys.*, p. 131.

[4]) *Byamitas*, *Binaias* et *Birmaidas* appellat Pocockius in versione Eutychii, t. II, p. 429, ubi id factum totidem verbis, suppresso dumtaxat Dionysii et Josephi patriarcharum Jacobitarum nomine, narratur. Renaudotius eos Bschammiritas appellat. Erant autem christiani e secta Jacobitica. Cfr. Assemanus. *Bibl. Or.*, II, p. 346, not.; Renaudotius, *Hist. patriarc. Alex.*, p. 272 et 279. Eosdem *Bsammyritanos* vocat Lequien, *Or. Christ.*, II. 1373.

ܥܠ ܦܦܐ ܝܘܣܦ ܘܐܦܣܩ̈ܘܦܐ ܡܨܪ̈ܝܐ
ܡܠܠܐ ܦܛܪ̈. ܕܐܫܟܚܢ ܠܥܡܐ ܢܟܦܐ
ܘܡܟܝܟܝܢ ܒܚܘܒܐ ܕܐܠܗܐ ܥܬܝܪܝܢ ܐܢܘܢ.
ܘܗܢܐ ܣܓܝ ܝܩܪܢ ܒܝܢܬܗܘܢ . ܐܝܟܢܐ
ܕܟܠܗ ܦܪܘܛܘܩܣܝܣ ܕܡܬܒܥܝܐ
ܠܦܦܐ ܒܐܬܪܗ ܕܢܬܠܘܢ ܠܢ ܝܗܒܘܗ ܥܕܡܐ
ܕܕܝܪܝܢ ܒܝܢܬܗܘܢ . ܐܠܐ ܥܝܕ̈ܐ ܕܠܐ ܫܘܝܢ
ܠܡܝܬܪܘܬܗܘܢ ܚܙܝܢ ܒܗܘܢ · ܥܒܪܬ ܗܘܬ
ܓܝܪ ܡܢܗܘܢ ܗܪܓܐ ܕܟܬܒ̈ܐ ܩܕ̈ܝܫܐ .
ܘܡܝܬܪܐܝܬ[1] ܕܝܪ̈ܝܐ ܡܚܣܪܝܢ ܗܘܘ ܗܕܐ
ܝܕܥܬܐ . ܘܐܝܠܝܢ ܕܪܗܛܝܢ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܠܐ ܝܨܦܐ ܘܚܟܡܬܐ ܒܨܝܢ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ·
ܐܠܐ ܥܠ ܩܢܝܢܐ ܕܕܗܒܐ . ܡܛܠ ܕܒܠܥܕ
ܡܐܬܝܢ ܐܘ ܬܠܬܡܐܐ ܕܪ̈ܝܟܘܢ ܠܐ ܡܨܐ ܐܢܫ
ܕܢܡܛܐ ܠܪܝܫܘܬ ܟܗܢܘܬܐ . ܘܟܕ ܟܣܢ
ܐܢܘܢ ܥܠ ܗܕܐ . ܥܢܐ ܦܦܐ ܡܦܩ ܒܪܘܚܐ ܠܘܬܢ
ܦܫܐ . ܕܟܠ ܡܪܕܝܢ ܚܙܐ ܠܐ ܢܡܘܣܝܬܐ.
ܘܥܕܟܝܠ ܟܣܢ ܐܢܘܢ . ܕܕܟܪ̈ܐ ܕܠܐ
ܡܥܡܕܝܢ ܗܘܘ ܕܩܕܡ ܝܘܡ ܡܢ ܐܪܒܥܝܢ
ܡܘܬܐ . ܘܢܩܒܬܐ ܝܘܡ ܡܢ ܬܠܬܝܢ .
ܘܡܛܠܗܕܐ ܫܒܪ̈ܐ ܢܦܩܝܢ ܗܘܘ ܕܠܐ ܡܥܡܕ .

De papa Josepho et episcopis Ægypti patriarcha hæc narrat: «eos esse invenimus populum pudicum, sincerum, humilem, amore Dei divitem, et tanto honore excepti fuimus ut omnem prærogativam papæ in ditione sua debitam nobis tribuerent, quamdiu inter eos habitavimus. Sed consuetudines virtute eorum haud dignas apud eos observavimus. Sublatum enim eis erat studium Scripturarum sanctarum; monachi præsertim hac scientia carebant; qui ad sacra ministeria aspirabant, de acquirenda scientia et sapientia nihil curabant, sed de parando auro, siquidem absque ducentis aut trecentis daricis non potest quis pervenire ad summum pontificatum. Quum itaque de hac re eos reprehenderemus, papa pro apologia nobis respondit[1] se hanc legis violationem exstantem invenisse[2]. Rursus eos reprehendimus quod mares ante quadragesimum diem, feminas ante trigesimum[3], non baptizarent, unde *fiebat* ut multi infantes absque baptismo obirent[4].

[1]) Cod. Vat. addit: ܕܟܠ ܥܡܡ ܡܫܘܕܥܐ ܘܡܬܐܡܪܐ ܥܠ ܕܟܪ̈ܝܣܛܝܢܐ.

[2]) Etsi in ecclesia Coptorum Jacobitarum rara non sint simoniæ exempla, tamen hoc delictum jure eorum canonico prohibitum erat et patriarchæ non semel allaborarunt ut a clero simoniam abolerent, ut videre est passim in Renaudotii *Historia patriarcharum Alexandrinorum.*

[3]) Pro *trigesimo* Assemanus habet *octogesimum,* quod reponendum esse in textum patet ex consuetudine Coptorum non baptizandi puellas ante octogesimum diem, ut in annotatione sequenti observamus. Attamen codex Vaticanus, quem legit Assemanus, et alter, quem excripsit D. Martin, habent ܬܠܬܝܢ ut noster codex.

[4]) «Orientis disciplina, inquit Denzinger (*Ritus orientalium,* t. I, p. 26), veteris Testamenti regulas imitans, voluit ut ipsa puerpera infantem ad templum afferret, in baptismo Domino offerendum, post partum tamen per quadraginta dies se contineret, si proles mascula esset, octoginta si femella. Unde ea regula orta est, quæ apud Cophtas, Æthiopes, Syros Jacobitas, Nestorianos, valuit, ut infantes masculini sexus nonnisi post quadraginta dies, puellæ post octoginta baptizentur...Incusat coptitas Thomas a Jesu quod, extra

ܐܡܪ ܬܘܒ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܚܙܝܢ ܬܡܢ ܠܡܫܠ̈ܬܐ ܕܗܠܝܘܦܘܠܝܣ ܡܕܝܢܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܨܪ̈ܝܐ . ܗܝ ܕܦܘܛܝܦܪ ܚܡܘܗܝ ܕܝܘܣܦ ܟܗܢܐ ܗܘܐ ܒܗ̇ . ܟܠ ܡܫܠܬܐ ܚܕܐ ܟܐܦܐ ܕܫܬܝܢ ܐܡ̈ܝܢ ܪܘܡܗ̇ . ܘܦܬܝܐ ܘܥܘܒܝܐ ܫܬ ܐܡ̈ܝܢ . ܠܘ ܕܝܢ ܡܢ ܟܐܦܐ ܪܟܝܟܬܐ . ܐܠܐ ܡܢ ܓܢܣܐ ܕܫܝܫܐ . ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܛܪܝܠܝܬܘܢ ܕܗܠܝܘܦܘܠܝܣ ܒܪܝܬܐ ܕܗܝ ܒܥܠܒܟ . ܐܪܒܥܝܢ ܐܡ̈ܝܢ ܒܠܚܘܕ ܐܝܬ ܐܪ̈ܘܟܐ ܕܚܕܐ ܡܢܗܝܢ . ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܝܢ ܕܝܢ ܒܪ̈ܝܫܝܗܝܢ ܐܝܟ ܟܘܒ̈ܥܝܢ ܕܦ̈ܠܚܐ . ܡܢ ܢܚܫܐ ܚܘܪܐ . ܕܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܠܦ ܠܝܛܪ̈ܐ ܝܬܝܪ ܡܬܩܠܝܢ . ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܢ ܛܝ̈ܝܐ ܥܠܘ̈ܒܐ ܐܫܟܚܘ ܕܢܣܩܘܢ ܘܢܫܩܠܘܢ ܠܗܘ̇ ܢܚܫܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܢܣܒܘ ܠܩܘܠܘܣܘܣ ܕܪܘܕܘܣ ܓܙܪܬܐ . ܕܣܚܦܘܗܝ ܛܝ̈ܝܐ ܘܬܒܪܘܗܝ . ܘܬܠܬܐ

Addit Mar Dionysius : „ Vidimus ibi obeliscos[1] Heliopoleos[2], urbis regiæ Ægyptiorum, cujus Putiphar, socer Josephi, sacerdos erat. Singuli obelisci ex unico lapide, altitudinis sexaginta cubitorum, latitudinis atque soliditatis sex cubitorum, nec e lapide molli sed ex quodam marmoris genere *constant*; illi vero τρίλιθοι (?) Heliopoleos sylvestris seu Baalbech sunt singuli altitudinis dumtaxat quadraginta cubitorum. Gerebant autem in summitate velut galeas militum ex ære albo, quarum unaquæque plus mille „litrarum[3]„ pondus habebat; quare nemo ex avaris Arabibus potuit ascendere et detrahere hoc æs, sicut tulerunt *æs* colossi insulæ Rhodi, quem everterunt et confregerunt iidem Arabes, et *ex quo* tria onerum millia exportarunt. Porro Jeremias propheta[4] de Christo prophetavit

Cairum, maxime in Scythia (Scete) tam stricte regulam illam non baptizandi ante quadragesimum diem observent, ut ne quidem imminente præsentissima morte ante hunc ætatis diem baptismus conferarur, imo quod baptismum prius collatum pro invalido habeant. Verumtamen id ex ipsius testimonio generatim non obtinet, et Vanslebius, in iis partibus versatus, extrema necessitate excepta, illum terminum observari ait. Denique Renaudotius in contrarium allegat Echmimensem qui in collectione canonum ait : „ mos est ut quadragesimus dies expectetur, donec baptizentur infantes masculi, et octoginta quoad alterum sexum. Sed si superveniat morbus vel ejus habeatur minimum indicium, prompte baptizandi sunt infantes, ne pejus quid accidat. „ Verumtamen id negandum non est, Coptitas plus æquo variis ex ratiunculis baptismum, usque ad quinque vel sex, imo septem menses differre. „

[1]) Cod. Vat. ܡܫܠ̈ܬܐ .

[2]) Heliopolis, urbs Ægypti, templo solis olim celeberrima, hodie destructa jacet in loco quem arabice *Matarieh* appellant ad Aquilonem urbis Cahiri. Cfr. Allioli, *Biblische Erd- und Länderkunde*, p. 98. Altera Heliopolis, nempe sylvestris seu exterior, alio nomine Baalbech dicta, sita erat in provincia Phœniciæ secundæ non multum a Damasco distans. Cfr. Lequien, *Oriens christ.*, II, 841.

[3]) ܠܝܛܪܐ *Litra*, pondus orientale, quod libræ latinæ nonnulli æquale judicarunt. Interpres *Commentariorum* S. Ephræmi (*Opp. syr.*, II, 145) *Litram* libram vertit. Sed Michaelis in Lexico syriaco Castelli contendit hucusque non satis exploratum esse quodnam verum sit „litræ„ pondus.

[4]) *Jerem.*, XLIII, 13.

ܬܫܥܝܢ ܫܢ̈ܝܐ ܢܦܩܘ : ܐܪܡܝܐ ܓܝܪ ܢܒܝܐ
ܐܬܢܒܝ ܥܠܘܗܝ ܡܟܝܠܐ ܕܢܬܒܪ ܥܡܘ̈ܕܐ
ܕܒܝܬ ܫܡܫ. ܘܟܒܪ ܠܒܘܛܠܐ ܕܦܘܠܚܢܗܘܢ
ܩܪܐ ܬܒܪܗܘܢ. ܘܐܠܐ ܗܘܐ ܠܐ ܡܬܬܒܪ̈ܝܢ.

ܐܡܪ ܬܘܒ ܗܘ ܦܛܪ̈ ܕܚܙܝܢ ܒܡܨܪܝܢ
ܠܗܠܝܢ ܦܘܪܡܝܕܐܣ : ܕܥܒܕ ܕܘܟܪܢܗܘܢ
ܬܐܠܘܓܘܣ ܒܡܐܡܪ̈ܘܗܝ . ܘܠܐ ܐܘܨܪ̈ܐ
ܕܝܘܣܦ ܐܝܬܝܗܘܢ . ܐܝܟ ܕܐܣܒܪܘ ܐܢܫܝܢ .
ܐܠܐ ܒܢܝܢ̈ܐ ܬܡܝܗܐ ܕܥܠ ܩܒܪ̈ܐ ܕܡܠܟ̈ܐ
ܩܕ̈ܡܝܐ . ܣܛܝܢ ܡܥܒ̈ܝܢ ܘܐܣܝܪ̈ܐ ܘܠܐ
ܚܠܝ̈ܠܐ ܘܣܦܝ̈ܩܐ . ܚܙܝܢ ܦܬܝܚܘܬܐ
ܕܒܣܛܪܐ ܗܘܬ ܕܚܕܐ ܕܡܢܗܘܢ .
ܘܥܘܡܩܐ ܗܘܬ ܐܝܟ ܚܡܫܝܢ ܐܡ̈ܝܢ .
ܘܐܫܟܚܢ ܕܦܣܝ̈ܠܬܐ ܐܢܝܢ ܘܪ̈ܨܝܦܢ . ܘܡܢ
ܫܬܐܣܬܐ ܐܡ̈ܝܢ ܦܬܝܢ ܡܢ ܠܦܬܝܐ .
ܘܫܬܐܣܬܐ ܐܘܪܟܝܢ ܒܐܫܬܐܣܬܐ ܡܪ̈ܒܥܬܐ .
ܥܠ ܐܡܬܐ ܚܕܐ ܡܬܚܒܨܝܢ ܡܢ ܠܥܠ .
ܪܘܡܐ ܕܝܠܗܝܢ ܡܐܬܝܢ ܐܡ̈ܝܢ . ܘܟܐܦܐ
ܕܚܕ ܕܚܕ ܡܢܗܘܢ . ܡܢ ܚܡܫ ܘܡܢ ܥܣܪ
ܐܡ̈ܝܢ ܦܬܝܐ ܒܒܢܝܢܐ . ܘܐܝܟ ܛܘ̈ܪܐ ܪ̈ܘܪܒܐ
ܡܬܚܙܝܢ ܡܢ ܪܘܚܩܐ .

ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܕܚܙܝܬ ܒܝܬܐ ܕܒܢܐ ܥܠ
ܢܗܪܐ ܢܝܠܘܣ . ܐܝܟܐ ܕܟܠܗ ܫܠܝܡ .
ܥܕܠܐ ܕܢܬܦܠܓ ܠܐܪ̈ܒܥܐ ܪ̈ܫܝܢ . ܘܐܝܬܘ̄
ܐܝܟ ܒܝܬ ܡܪ̈ܒܥܬܐ . ܘܒܡܨܥܬܐ ܕܝܠܗ
ܩܐܡ ܥܡܘܕܐ ܕܟܐܦܐ . ܕܪ̈ܫܝܡܢ ܒܗ ܕܪ̈ܓܐ

ipsum confracturum esse columnas domus solis[1], ubi forte cultus eorum abolitionem „confractionem“ vocaverit, cum alioquin non forent confractæ.

Addit rursus patriarcha : „ vidimus in Ægypto istas pyramides, quarum meminit Theologus in carminibus; nec horrea sunt Josephi, ut quidam opinati sunt, sed admiranda ædificia, super sepulchra antiquorum regum *exstructa*, obliqua et solida, non cava et vacua. Aspeximus in aperturam in latere unius earum factam: quinquaginta circiter cubitorum profunda erat. Invenimus porro *pyramides* esse e lapidibus sectis et superpositis, quæ dum ad basim quinginta latitudinis cubita et longitudinis etiam quingenta cubita habent, in vertice ad unum dimensionis cubitum attenuantur[2], altitudinis vero ducenta et quinquaginta cubita habent. Unusquisque lapidum eorum structuræ quinque vel decem cubitorum densus est. Tanquam alti[3] montes a longe apparent.

Addit denique : „ vidi domum ædificatam super Nilum flumen *in loco* ubi integer fluit antequam dividatur in quatuor capita. *Domus* ista est veluti piscina quadrata; in medio stat columna lapidea in qua indicata sunt

1) ܒܝܬ ܫܡܫܐ, *domus solis*, id est *Heliopolis*, ut interpretatur S. Ephræmus ad hunc Jeremiæ locum.

2) Cod. Vat. pro ܡܬܚܒܨܝܢ habet ܡܬܚܡܨܝܢ.

3) Cod. Vat. ܛܘܪ̈ܐ ܪ̈ܡܐ ܪܘܪ̈ܒܐ .

ܘܡܫܘ̈ܚܬܐ . ܘܡܐ ܕܡܠܐ ܢܗܪܐ ܒܐܝܠܘܠ
ܡܝܐ ܘܥܐܠܝܢ ܡܛܘ̈ܢ ܠܓܘܗ ܕܒܝܬܗ .
ܐܬܝܢ ܫܠܝܛܢܐ ܒܟܠܝܘܡ ܘܚܙܝܢ ܟܡܐ
ܣܠܩܝܢ ܡ̈ܝܐ ܒܗܘ ܐܣܛܘܢܐ . ܐܢ ܒܨܝܪܝܢ
ܡܢ ܐܪܒܥܣܪ ܕܪ̈ܓܝܢ . ܡܥܛܐ ܒܨܝܪܬܐ
ܫܬܝܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ . ܘܠܐ ܙܪܥܬܐ
ܡܙܕܪܥܐ ܘܠܐ ܡܬܦܪܥܐ ܡܕܐܬܐ . ܘܐܢܘ
ܕܚܡܫܬܥܣܪ ܕܪ̈ܓܝܢ ܣܠܩܝܢ ܡ̈ܝܐ .
ܥܠܠܬܐ ܡܨܥܝܬܐ ܗܘܝܐ . ܗܟܢ ܘܡܕܐܬܐ .
ܘܐܠܘ ܕܫܒܥܣܪ ܐܘ ܕܬܡܢܬܥܣܪ ܕܪ̈ܓܝܢ
ܣܠܩܝܢ . ܟܠܗ ܡܨܪܝܢ ܫܬܝܐ . ܘܥܠܠܬܐ
ܘܡܕܐܬܐ ܡܬܡܠܝܢܐ ܗܘܝܐ . ܘܐܢ ܢܣܩܘܢ
ܠܥܣܪܝܢ ܕܪ̈ܓܝܢ . ܚܘܣܪܢܐ ܥܒܕܝܢ . ܘܠܐ
ܗܘܝܐ ܥܠܠܬܐ ܒܗ̇ ܫܢܬܐ .

ܘܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܩܡܘ ܢܚܬ ܦܛܪܝ̈ܪܟܐ ܠܬܓܪܝܬ .
ܘܫܝܢ ܚܪܝ̈ܢܐ ܕܒܝܬ ܡܬ̈ܝ ܠܬܓܪ̈ܝܬܝܐ .
ܘܦܣܩ ܕܒܫܢܬܐ ܬܪܬܝܢ ܙܒܢ̈ܝܢ ܒܠܚܘܕ
ܢܬܟܪܙ ܡܝܛܪܘ ܕܕܝܪܐ ܒܥܕܬܐ
ܕܬܓܪ̈ܝܬܝܐ ܕܒܡܘܨܠ ܒܐܘܫܥ̈ܢܐ
ܘܒܩܘܕܫ ܡܘܪܘܢ . ܡܢ ܒܪܝܫܘܬܐ ܒܬܪ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܠܡܦܪܝܢܐ ܟܕ ܗܘ
ܒܟܠܗ ܡܕܢܚܐ . ܘܡܛܠ ܕܕܢܝܐܝܠ
ܬܓܪܝܬܝܐ ܫܢܝ ܗܘܐ . ܓܒܐ ܘܐܣܪܚ ܠܬܐܘܡܐ
ܠܬܓܪܝܬ . ܘܗܦܟ ܠܣܘܪܝܐ . ܘܬܘܒ
ܢܚܬ ܠܒܓܕܕ ܠܫܐܠܬ ܫܠܡܗ
ܕܡܥܬܨܡ ܕܗܘ ܗܘܐ ܒܬܪ ܡܐܡܘܢ

gradus et mensuræ. Quando flumen inundat mense Ilul (*Septembri*) et ingrediuntur aquæ intra domum, veniunt præfecti quotidie atque observant quantum ascendant aquæ in columna. Si infra decimum quartum gradum remaneant, minor pars Ægypti inundatur; frumenta non seminantur nec tributum persolvitur. Si quindecim gradibus ascendant, segetes mediæ sunt sicut et tributum; si autem septemdecim aut octodecim gradibus ascendant, tota Ægyptus inundatur, segetes ac tributum plenitudinem attingunt; si denique inundant vigesimum gradum, exitium[1] efficiunt et segetes deficiunt isto anno.

Anno autem 1146 (*Chr.* 835) descendit patriarcha Tagritum et compescuit dissidia inter Matthæianos et Tagritenses decrevitque ut bis tantum in anno metropolita cœnobii *S. Matthæi* proclamaretur in ecclesia Tagritensium Mossulana, in festo scilicet hosannorum[2] et in consecratione chrismatis[3], primatu post patriarcham Antiochenum Maphriano remanente in toto Oriente. Quia porro Daniel Tagriti obierat, elegit et ordinavit Tagriti Thomam atque in Syriam reversus est. Iterum descendit Bagdadum ad salutandum Motasimum Calipham qui patri suo Mamoni suc-

[1]) Cod. Vat. ܚܘܣܪܢܐ ܪܒܐ.

[2]) Festum Hosannarum ea est dominica quam *Palmarum* seu *in Palmis* dicimus.

[3]) Chrisma, quod Jacobitæ voce græca μύρον appellant, consecratur apud eos, ut apud nos, feria quinta in Cœna Domini.

ܐܒܘܗܝ . ܘܐܫܟܚ ܬܡܢ ܒܪܗ ܕܡܠܟܐ ܕܢܘ̈ܒܝܐ
ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܚܠܝܦܐ .

ܘܒܫܢܬ ܐܠܦ̈ܩܡܚ ܡܝܬ ܐܒܪܗܡ ܗܪܘܣܐ .
ܘܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ ܕܝܠܗܘܢ ܗܪ̈ܘܣܐ . ܘܐܩܝܡܘ
ܠܫܡܥܘܢ ܐܚܘܗܝ ܚܠܘܦܘܗܝ . ܟܕ
ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܕܢܨܝܒܝܢ ܕܡܫܬܪܐ ܗܘܐ
ܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ . ܟܕ ܥܡܐ ܟܠܗ
ܕܩܘܪܘܣܛܝܐ ܠܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܨܒܝܢ ܗܘܘ .
ܘܠܫܡܥܘܢ ܢܩܝܦܝܢ ܗܘ̣ ܕܩܛܝܪܝܢ ܡܢ
ܩܛܝܪܐ ܕܐܢܫܝܗܘܢ . ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ ܥܠ
ܫܡܪ̈ܝܐ . ܕܠܡܪܝܐ ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ
ܘܠܐܠܗܝܗܘܢ ܦܠܚܝܢ ܗܘܘ .

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܣܓܝܘ ܐܘ̈ܠܨܢܐ ܐܠܝ̈ܨܐ ܡܢ
ܛܝ̈ܝܐ ܥܠ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܕܒܟܠܗܘܢ ܕܘ̈ܟܝܬܐ ܠܐ
ܡܣܬܝܒܪ̈ܢܐ . ܕܥܠܝܗܝܢ ܗܟܢ ܟܬܒ ܗܘ̣
ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܐܝܟ ܕܠܘܬ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ܕܕܪܐ
ܕܒܫܐܠܬܗ ܐܣܬܥܪ ܠܡܟܬܒܢܘܬܗ ܕܟܠ
ܙ̈ܒܢܐ . ܕܠܐ ܣܢܝܩ ܐܢܐ ܕܐܛܪܘܚ ܠܣܘܟܠܢܘܬܟ
ܕܒܟܡܐ ܐܘ̈ܠܨܢܐ ܐܝܬܝ . ܘܐܝܟ ܗܢܐ ܐܡܝܢ

cesserat[1]. Invenit autem ibi filium regis Nubiorum qui venerat Caliphæ obsequium suum præstiturus.

Anno 1148 (*Chr.* 837) mortuus est Abrahamus, schismatis auctor. Congregati porro episcopi schismatici constituerunt in ejus locum Simeonem, fratrem ejus, cui manum imposuit Philoxenus Nisibis, qui depositus fuerat; quamvis omnis Cyrrhensium populus Mar Dionysium habere voluisset, Simeoni tamen adhærebat, ductus suorum coactione; quemadmodum de Samaritanis scriptum est, eos Dominum timuisse, deos tamen suos coluisse[2].

Eodem tempore calamitates omnis generis multiplicatæ sunt ab Arabibus in Christianos ubique locorum per exactiones intolerandas, de quibus sic scribit Dionysius ad Joannem Daræ[3], cujus rogatu exaravit Chronicon suum : « necesse non habeo gravare intelligentiam tuam quantis in calamitatibus verser ita ut noctes absque

[1]) Mamon mortuus est anno Hegiræ 418, Christi 833, cui post tres dies successit Motassimus. Vide hujus *Chronici* partem 1am a Bruns et Kirch editam, textus Syriaci, p. 152 et versionis lat., p. 155.

[2]) *IV Reg.* XVII, 28-32.

[3]) E præsenti loco duo edocemur, ut recte observat Assemanus : primum, Joannis Darensis ætatem, de qua hucusque a viris doctis dubitatum fuerat : alterum, Dionysii Chronicon ad annum circiter Christi 844 perductum fuisse : idque de prolixiori ejusdem Chronico intelligendum ; nam Chronicon brevius, quod in Scetensi cœnobio Assemanus nactus est, anno circiter 775 terminatur, idemque non Joanni Darensi, sed Georgio Amidæ chorepiscopo, Eutelio Archimandritæ, Lazaro periodeutæ et Anastasio monacho, nuncupatum est. Ita Assemanus, *Bibl. Or.*, II, 347-348.

Plura scripsit Joannes Darensis, nempe :

1o *De resurrectione corporum libri quatuor ;*

2o *De cœlesti et ecclesiastica hierarchia libri duo, ubi illustratur opus S. Dionysio Areopagitæ tributum de eadem re ;*

3o *De sacerdotio libri quatuor*. Hujus operis excerpta leguntur apud Zingerle, *Monumenta syriaca* (Œniponti, 1869, p. 105, sqq.) et apud Overbeck, *S. Ephraemi Syri, Rabbulæ, Balæi aliorumque opera selecta* (Oxonii, 1865, p. 409, sqq.).

ܕܠܫܢ̈ܬܐ ܕܠܐ ܫܠܝܐ . ܘܐܝܡ̈ܡܐ ܕܠܐ ܫܠܝ
ܢܦܫܐ ܠܡܥܒܪܘ ܟܕ ܟܠ ܫܘ̈ܩܐ ܐܚܪ̈ܢܐ .
ܦܘܪܥܢܐ ܕܡܪ̈ܢܝܬܐ ܕܡܩܘ̈ܡܝܢ ܠܠܒܐ
ܘܡܟܬܫܝܢ ܠܦܓܪܐ . ܟܕ ܟܠ ܡܪܓܫܢܐ
ܣܡܐ ܗܘ ܕܓܪ̈ܡܐ . ܐܝܟ ܣܣܐ ܒܟܐ ܐܢܐ ܘܐܒܠ ܐܢܐ
ܠܚ̈ܝܝ . ܕܐܢܐ ܕܘܝܐ ܡܛܠ ܚ̈ܛܗܝ .
ܫܒܝܩ ܕܐܫܬܝܘܗܝ ܠܟܣܐ ܗܢܐ . ܘܐܣܒܠ
ܘܐܬܐܠܨ ܠܒ ܒܟܐܒ . ܡܐ ܕܚܙܐ ܐܢܐ ܒܥ̈ܝܢܝ
ܠܫܘ̈ܦܣܐ ܘܡܪ̈ܘܕܬܐ ܕܡܩܒܠܝܢ ܒܢ̈ܝܗ
ܕܥܕܬܐ . ܘܒܟܠܝܘܡ ܒܝ̈ܫܬܐ ܡܬܬܘܣܦܢ
ܠܢ . ܘܡܛܠ ܚܕ ܗܘ ܠܝ ܦܘܪܩܢܐ ܡܢ
ܒܝ̈ܫܬܐ ܡܘܬܐ . ܗܘ ܕܠܗ ܐܝܟ ܕܠܡܨܒܝܢܘܬܐ
ܛܒܬܐ ܘܡܬܡܠܠܢܐ ܪܓܝܓ ܐܢܐ . ܘܗܪܟܐ ܫܠܡ
ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܗܢܐ ܡܟܬܒܢܘܬܗ . ܘܫܢܝ
ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܪܝܢ ܒܐܒ ܝܪܚܐ . ܫܢܬ
ܐܠܦ ܘܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܫܬ . ܘܐܬܩܒܪ
ܒܕܝܪܐ ܕܩܢܫܪܝܢ : ܘܫܡܫ ܒܦܛܪܝܪܟܘܬܐ
ܫ̈ܢܝܐ ܫܒܥܣܪܐ ܘܫܠܡ . ܘܐܣܡܟ ܡܐܐ
ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ .

somno, dies absque ulla quiete transeam, ut taceam ceteras angustias atque illam sollicitudinum[1] erosionem, quæ dum cor urunt corpus etiam excruciant, quandoquidem cor *vivido* sensu affectum ossium *veluti* tinea est. Fleo igitur et lugeo vitam meam, quod infelix ego propter peccata mea relictus sim ad bibendum calicem istum, utque patiar et dolore prematur cor meum quando oculis meis video clades pœnasque quas sufferunt filii Ecclesiæ. Imo singulis diebus mala nostra augentur. Unica igitur mihi superest a malis liberatio, mors scilicet, quam tanquam rem bonam faustamque appeto. » Hic absolvit beatus ille vir Chronicon suum. Obiit autem vigesima secunda mensis Ab *(Augusti)* anni millesimi centesimi quinquagesimi sexti (*Chr*. 845) et sepultus est in monasterio Kenserinensi. Porro patriarchæ munus obivit annis septemdecim atque ordinavit centum episcopos.

ܒܬܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܬܠܡܚܪܝܐ . ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ .

65. *Post Dionysium Telmaharensem*, *Mar* JOANNES.

ܗܢܐ ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܙܟܝ ܕܠܒܪ ܡܢ
ܩܠܝܢܝܩܘܣ ܐܝܬܘܗܝ . ܘܡܢ ܒܬܪ ܫܘܢܝܗ ܕܡܪܝ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ . ܐܬܟܢܫܘ ܐܦ̈ܝܣܩܦܐ ܒܥܘܡܪܐ
ܕܡܪܝ ܫܝܢܐ ܘܐܣܪܚܘܗܝ ܒܫܢܬ ܐܩܢܚ . ܗ̄ܐ

Erat ille e cœnobio Mar Zachæi, extra Callinicum *sito;* post obitum Mar Dionysii, episcopi congregati sunt in cœnobio Mar Schinæ[2], illumque ordinarunt anno 1158 (*Chr*. 846),

[1]) Cod. Vat. ܕܡܪ̈ܢܝܬܐ ·

[2]) Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 348, vocat illud cœnobium *sancti Silæ* (*Mar Schilæ*); in codice suo Romano legerit ܫܝܠܐ, non vero ܫܝܢܐ ut est in codice nostro Londinensi.

ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ . ܟܕ ܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ
ܡܪܝ ܚܒܝܒ ܕܛܪܣܘܣ .

ܘܒܫܢܬ ܐܩܢܛ ܕܝܘܢܝܐ . ܝܩܕܬ ܥܕܬܐ
ܪܒܬܐ ܕܐܡܝܕ ܒܬܡܘܙ ܝܪܚܐ ܒܝܕ ܦܘܠܚܢܐ
ܐܝܟ ܐܣܘܛܐ ܕܡܩܒܠ ܗܘܐ ܠܥܠܝܗ ܛܠܝܐ
ܡܣܪ̈ܩܐ ܘܟܕ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܠܠܠܝܐ ܥܠ
ܢܪܬܩܣ ܕܥܕܬܐ ܘܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܘܫܬܝܢ
ܘܩܕܚܝܢ ܢܘܪܐ ܘܐܚܕܬ ܒܩܝܣܝ ܥܠ
ܫܠܕ̈ܐ ܐܪ̈ܙܐ . ܘܟܕ ܕܚܠ ܗܘ ܕܘܝܐ
ܐܬܦܢܝ ܘܫܩܠ ܩܠܬܐ ܕܡܫܚܐ ܘܣܒܪ
ܕܡ̈ܝܐ ܐܢܘܢ . ܘܐܫܕܗ ܥܠܝܗ̇ ܗܢ ܢܘܪܐ
ܘܫܓܫ ܒܟܠܗܘܢ ܩܝ̈ܣܐ . ܘܐܫܬܟܚܬ ܟܠܗ̇
ܗܕܐ ܥܕܬܐ ܡܚܒܠܬܐ . ܘܒܬܪ ܬܠܬ ܫ̈ܢܝܢ
ܡܪ̈ܝܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܚܕܪܘ ܬܠܬܐ
ܩܫ̈ܝܫܐ ܠܘܬ ܦܩܪܐܛ ܒܪ ܐܫܘܛ ܡܪܐ
ܕܡܘܫ ܡܗܝܡܢ ܬܪܝܨܐ . ܘܥܕܪ ܐܢܘܢ
ܒܩܝ̈ܣܐ ܪ̈ܘܪܒܐ ܕܦܣܩ ܡܢ ܛܘ̈ܪܐ ܕܐܬܪܗ.
ܘܝܗܒ ܠܟܠܗܘܢ ܡܢ ܕܝܠܗ ܩܘܪܒܢܐ
ܕܬܠܬ ܐܠ̈ܦܝܢ ܙܘ̈ܙܐ . ܘܐܬܒܢܝܬ ܠܥܬܝܕ
ܐܚܪܝܢ ܟܠܗ ܫܢܝܐ . ܘܫܒܩܬ ܡܢ ܕܪܡܐ
ܗܝ ܥܕܬܐ ܘܐܝܟ ܠܗ ܐܝܟ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ .

ܗܢܘ ܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܒܪ ܠܥܕܬܐ ܫܢ̈ܝܐ
ܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥ . ܘܐܣܪܚ ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ ܬܡܢܝܢ
ܘܫܬܐ ܘܫܢܝ ܒܬܠܬܐ ܒܟܢܘܢ ܩܕܡ
ܫܢܬ ܐܩܦܗ ܒܪܫܥܝܢܐ . ܘܐܬܩܒܪ
ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܣܘܦܩܠܝܣ . ܘܒܬܪ ܙܒܢܐ
ܐܬܥܒܪ ܠܥܘܡܪܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܙܟܝ
ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܗ .

die 21ª Teschrin posterioris (*Novembris*), manum ei imponente Mar Habibo, Tarsi *episcopo*.

Anno vero Græcorum 1159 (*Chr*. 848), mense Tamuz (*Julio*) incensa est magna Amidæ ecclesia culpa æditui cujusdam helluonis, qui juvenes corruptos apud se exceperat; nempe cum supra narthecem ecclesiæ edendo et bibendo noctem agerent, ejacularunt ignem, quo una e trabibus cedrinis correpta fuit. Tum miser ille perterritus conversus est, percipiensque urceum olei, quod aquam esse putabat, illud in ignem effudit, quo jam in omnibus trabibus exardescente, factum est ut universa hæc ecclesia splendida fuerit deleta. Porro elapso triennio, optimates civitatis pro sollicitudine sua presbyteros tres miserunt ad Pacratium Bar-Aschut, Moschæ dominum, vera fide conspicuum, qui ipsis opem tulit, præbendo ligna ingentia e montibus suæ regionis excisa, et expendendo de suo oblationem trium millium zuzarum. Ita reædificata fuit ecclesia illa, quamquam non talis *effecta* qualis *antea* fuerat.

Patriarcha autem rexit ecclesiam annis septem et viginti, atque octoginta sex ordinavit episcopos. Obiit vero Rhesinæ, die tertia Conum prioris (*Decembris*) anni 1185 (*Chr*. 873), et sepultus est in sacro cœnobio Sophocli[1]; at postea translatus fuit ad cœnobium suum Mar Zachæi, prout ipse præscripserat.

[1]) *S. Sophocli* monasterium, non procul ab urbe Rhesina positum, hic et infra pluries vocatur idem illud quod, supra p. 282 et apud Assemanum perpetuo, dicitur *S. Saphyli*, unâ littera ܦ mutata in ܘ.

ܒܬܪ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܀ ܐܝܓܢܛܝܘܣ.

ܗܢܐ ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܚܪܒܙ ܐܝܬܘܗܝ. ܐܬܕܒܪ ܕܝܢ ܡܢ ܩܠܝܬܐ ܚܒܝܫܝܐ ܕܥܠ ܓܒ ܦܪܬ ܢܗܪܐ ܒܐܘܪܥܐ ܕܫܡܝܫܛ. ܘܐܬܬܣܝܡ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܙܟܝ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ. ܒܚܡܫܐ ܒܚܙܝܪܢ. ܫܢܬ ܐܩܦܛ. ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܡܪܝ ܛܝܡܬܐܘܣ ܕܫܡܝܫܛ. ܘܕܒܪ ܠܥܕܬܐ ܫܢܝܐ ܐܪܒܥ ܘܝܪ̈ܚܐ ܥܣܪܐ. ܘܐܣܪܚ ܐܦܣܩ̈ ܥܣܪܝܢ ܘܫܬܐ. ܘܥܢܕ ܒܥܣܪܝܢ ܘܫܬܐ ܒܐܕܪ. ܒܬܠܬܐ ܕܫܒܐ ܕܚܫܐ ܒܩܣܛܪܐ ܕܡܘܪܝܒܐ. ܫܢܬ ܐܩܨܕ ܘܐܬܬܩܒܪ ܒܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܬܡܢ.

66. *Post Mar Joannem*, IGNATIUS[1].

Erat is e cœnobio Herbaz; evocatus autem fuit e cella solitaria habitationis *sitæ* juxta Euphratem fluvium in ditione Samosatæ, et consecratus in cœnobio Mar Zachæi Callinicensi, die quinta Haziran (*Junii*) anni 1189 (*Chr.* 878), manum ei imponente Mar Timotheo Samosateno. Rexit deinde ecclesiam annis quatuor et decem mensibus, ordinavitque viginti sex episcopos. Obiit autem die vicesima sexta Adar (*Martii*), feria tertia Passionis, anni 1194 (*Chr.* 883), in Moriba castro, ubi in ecclesia magna sepultus est.

ܒܬܪ ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܀ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܕܗܘ ܪܘܡܢܘܣ ܐܣܝܐ.

ܒܬܪ ܫܘܢܝܗ ܕܡܪܝ ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܦܫܬ ܥܕܬܐ ܕܝܠܢ ܐܪܡܠܬܐ ܫܢܝܐ ܐܪܒܥ. ܘܗܕܐ ܓܕܫܬ ܡܢ ܥܠܬܐ ܗܕܐ ܕܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܗ ܒܕܪܐ ܓܒܪܐ ܦܫܝܛܐ ܘܣܗܝܕ ܒܡܫܡܥܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܡܫܬܘܝܢܐ ܡܢ ܟܠܢܫ. ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܐܢ ܡܬܬܐܡܪܐ ܗܘܐ ܫܡܐ

67. *Post Ignatium*, THEODOSIUS, qui vocatur etiam *Romanus medicus*.

Post Mar Ignatii obitum, ecclesia nostra per annos quatuor vidua permansit; idque ea de causa accidit quod nullus inter coævos reperiretur aptus, præsulumque testimonio ita probatus ut omnium in eum fieret consensio. Hinc si cujusquam nomen producebatur, dicebant: „profecto talis

[1]) Plane Barhebræo consonant, quæ de hoc patriarcha ex *serie chronologica patriarcharum Jacobitarum* (ܣܘܟܠ ܙܒ̈ܢܐ ܕܦܛܪ̈ܝ ܕܝܥܩܘܒܝܐ) adnotat Elias Nisibenus, *ad annum* Hegiræ *ducentesimum sexagesimum quintum*, qui incipit *feria IV, die* 3a *Sept.* anni Græcorum 1189 seu *Chr.* 878 (ܫܢܬ ܡܐܬܝܢ ܫܬܝܢ ܘܚܡܫ ܠܥܪܒܝܐ ܝܗ̄ ܐܝܠܘܠ ܕܐܦܩܗ) ܒܗ̇ ܐܬܬܣܝܡ ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩ̈ܘܒܝܐ ܒܚܡܫܒܫܒܐ ܒܚܡܫܐ ܒܚܙܝܪܢ ܘܚܝܐ ܒܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܐܪܒܥ ܫܢܝܢ ܘܥܣܪܐ ܝܪ̈ܚܝܢ ܘܣܡ ܥܣܪܝܢ ܘܫܬܐ ܐܦܣܩܘܦܐ. „*Eo anno constitutus est Ignatius patriarcha Jacobitarum, feria V, die quinta Junii, vixitque in patriarchatu quatuor annis et mensibus decem, et constituit sex et viginti episcopos.*"

ܕܐܝܟ ܐܦܪܝܢ ܗܘܘ. ܡܬܝܪܝܢ ܘܡܠܝܢ ܘܡܟܝܠ ܐܢ
ܠܐ ܡܬܝܬܪܝܢ ܡܢܗ ܠܐ ܒܨܝܪܝܢ. ܘܟܕ
ܡܬܬܚܝܐ ܠܐ ܫܘܝܘܬܐ ܕܬܪ̈ܥܝܬܐ. ܟܝ ܥܡܐ
ܡܗܝܡܢܐ ܘܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܕܝܠܗ
ܡܥܝܩܐ ܗܘܬ. ܗܝܕܝܢ ܐܬܟܢܫܘ ܠܐܡܝܕ.
ܘܝ̈ܘܡܬܐ ܣ̈ܓܝܐܐ ܗܘܘ ܥܠ ܗܝ ܡܬܚܪ̈ܝܢ
ܥܡ ܚܕ̈ܕܐ. ܡܟܝܠ ܦܢܝܘ ܕܢܪܡܘܢ ܬܘܒ ܥܠܝܗܘܢ
ܦܣ̈ܐ. ܟܠܗܘܢ ܫ̈ܡܗܐ ܕܡܬܥܗܕܝܢ ܗܘܘ
ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ. ܘܟܬܒܘ ܫ̈ܡܗܐ ܕܬܪܥܣܪ
ܦܪ̈ܨܘܦܐ. ܘܣܡܘ ܐܢܘܢ ܥܠ ܦܬܘܪܐ ܕܐ̈ܪܙܐ
ܐܠܗ̈ܝܐ. ܘܢܦܩ ܦܣܐ ܫܡܐ ܕܪܗܘܡܝܐ
ܐܣܝܐ. ܘܐܬܬܣܝܡ ܒܗ ܒܐܡܝܕ. ܘܐܬܩܪܝ
ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܕܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܩܪܬܡܝܢ.
ܒܚܡܫܐ ܒܫܒܛ ܫܢܬ ܐܩܨܚ. ܘܣܡ
ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܡܪܝ ܛܝܡܬܐܘܣ
ܕܫܡܝܫܛ. ܘܫܡܫ ܒܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܬܡܢܐ
ܫܢ̈ܝܢ ܘܝܪ̈ܚܐ ܐܪܒܥܐ ܘܫܟܒ. ܘܐܬܬܣܝܡ
ܦܓܪܗ ܒܗ ܒܥܘܡܪܐ ܕܝܠܗ ܕܩܪܬܡܝܢ.
ܒܚܕ ܒܚܙܝܪܢ ܫܢܬ ܐܪܨ. ܘܐܣܪܚ
ܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬܐ. ܐܝܬ ܠܗ
ܟܘܢܫܐ ܬܡܝܗܐ ܒܐܣܝܘܬܐ. ܗܘ ܕܐܦ
ܒܫܡܗ ܟܘܢܫܐ ܕܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܡܬܩܪܐ.

et talis, illo, si non præcellant, haud saltem sunt inferiores. « Crescente vero sententiarum discordia, populus fidelis indignatus est, ac diœcesis quæque suum episcopum *hac de re* molestiis urgebat. Tunc convenerunt Amidam atque, inter mutuas contentiones transactis diebus plurimis, hoc unum illis supererat ut iterum super ea nomina quæ commemorata fuerant jacerent sortes. Scripserunt ergo nomina duodecim personarum, eaque in sacra mensa mysteriorum divinorum deposuerunt. Tum sorte eductum est nomen Romani medici, e monasterio Cartaminensi, qui Amidæ fuit ordinatus et vocatus Theodosius; *factum est hoc* quinta *die* Schebat (*Februarii*) anni 1198 (*Chr*. 887), eique manum imposuit Mar Timotheus Samosatæ. Functus patriarchatu annis octo et mensibus quatuor, obiit, ejusque corpus reconditum fuit in cœnobio ipsius Cartaminensi, prima *die* Haziran (*Junii*) 1207 (*Chr*. 896). Ordinaverat triginta tres episcopos. Habet admirabile syntagma de medicina, quod et ejus nomine syntagma Theodosii patriarchæ vocatur.

ܒܬܪ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ.

68. *Post Theodosium*, DIONYSIUS.

ܒܗ ܒܫܢܬܐ ܕܫܟܒ ܡܪܝ ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ.
ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܠܒܝܬ ܒܛܝܢ ܕܚܪܢ
ܡܕܝܢܬܐ. ܘܥܒܕܘ ܓܒܝܬܐ ܒܦܣ̈ܐ.
ܘܒܝܪܚ ܢܝܣܢ ܕܫܢܬ ܐܪܛ ܐܣܪܚܘ ܠܡܪܝ

Eodem anno quo obiit Mar Theodosius, synodum habuerunt episcopi in Beth-Botin, civitatis Haran *cœnobio*, electionem vero sortibus perfecerunt, atque mense Nisan (*Aprili*) anni 1209

ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ ܗܘ ܕܝܪܐ
ܕܒܝܬ ܒܛܝܢ ܒܐܣܟܝܛ ܩܪܝܬܐ ܕܣܪܘܓ܀
ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ
ܕܚܡܨ.

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܡܫܬܡܗ ܗܘܐ ܣܘܝܪܐ
ܐܦܣܩܦܐ ܕܒܝܬ ܪܡܢ. ܕܗܘ ܡܘܫܐ ܒܪ

(*Chr.* 898) Mar Dionysium ex eodem monasterio Beth-Botinensi patriarcham ordinarunt in Aschit, *regionis* Sarugensis pago, eique manum imposuit Jacobus Hemesæ.

Claruit ea ætate Severus episcopus Beth-Raman, qui et Moses Bar-Cepha[1]

[1]) Cum Moyses Barcepha (Petri filius) inter celebriores sectæ Jacobiticæ scriptores jure censeatur, nonnulla de ejus vita et scriptis hic adjicimus. Iterum a Barhebræo commemoratur in altera hujus Chronici sectione in vita Athanasii maphriani, ejus æqualis; præterea illius gesta prosequitur auctor Syrus anonymus, *Biblioth. Orient.*, *II*, 218 *sq.* : e quo discimus eum vixisse annos circiter nonaginta; trium civitatum Ninivitícæ ditionis sedes episcopales tenuisse per annos quadraginta, assumpto Severi nomine, nimirum Beth-Raman, Beth-Chiunæ seu Beth-Chinæ atque Mossulæ; item fuisse per decennium Tagritensis ecclesiæ, proprio tunc episcopo viduatæ, periodeutem seu visitatorem (ܣܥܘܪܐ). In codice Musei Britannici DCCXXI, scripto sæculo 10 vel 11, vocatur ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܒܝܬ ܪܡܢ ܘܕܒܝܬ ܥܪ̈ܒܝܐ *episcopus Beth-Raman et Arabum*, i. e. Hirtæ Naamani, ut putat Assem. *Diss. de Monoph.*, pp. 65 et 88. Vide : *Catalogue of syriac manuscripts in the British museum, acquired since the year* 1838, by W. Wright, LL. D., etc. part II, p. 621. London, 1871.

Obiisse porro dicitur anno 1214 (*Chr.* 903), uti etiam legitur in codice romano Chronici, quo usus est Assemanus, *Bibliot. Orient.*, *loc. cit.*, cum e contra juxta manuscriptum Londinense non obierit ante annum 1224, ad quem pariter ejus mortem Andreas Masius refert *in præfatione ad tractatum de Paradiso*, pag. 6 ; verum hic annus mendum prodit in notatione numerali, nempe substituta littera ܟ pro ܝ; nam infra, in altera Chronici sectione, codex idem Londinensis mortem Moysis plenis verbis refert ad annum 1214 (*Chr.* 903). Sepultus autem fuit in cœnobio S. Sergii, seu de Moallak, quod situm erat juxta Tigrim fluvium, e regione urbis Balad, cujus situm indicavimus supra (*p.* 287, *not.* 1), et e qua Moysis mater erat oriunda.

Apud Assemanum, *Biblioth. Orient.*, *II*, 130, Barcephæ scripta recensentur quæ sequuntur :

1. *Commentarius in Hexaëmeron.*
2. *Tractatus* tripartitus *de Paradiso*, ad Ignatium inscriptus, quem latine cum erudita præfatione anno 1569, typis Plantinianis, edidit Masius noster, quemque inde repetiit Biblioth. Patrum Lugdunensis. Cf. Migne, *Patrol. gr.* CXI.
3. *Commentarii in vetus ac novum Testamentum.*
4. *Anaphoræ duæ*, quarum una prodiit latine per Renaudotium (*liturgg. Orient.* tom. II, 391), altera vero ne in manuscriptis quidem superesse scitur. Cfr Bickell : *conspectus rei Syrorum literariæ*, Monasterii, 1871, p. 67.
5. *Commentarius in liturgiam.*
6. *Liber de anima.*
7. *Tractatus de sectis*, idem forsan, qui apud Anonymum audit : *liber disputationum adversus hæreses.*
8. *Expositio mysteriorum quæ in tonsura monachorum continentur.*
9. *Homiliæ in præcipuas anni solemnitates.* Ex homilia *de dedicatione Ecclesiæ* textum nuper protulit Illustr. Benni, archiep. Mossulensis, in : *the tradition of the Syriac Church of Antioch, etc.* Londin. 1871, p. 78.

Porro his addendi sunt

10. *Commentarii in libros Dialecticæ*, a Barhebræo commemorati, in altera Chronici sectione.
11. *Expositio in duos tomos Theologi* (S. Gregorii Nazianzeni), et
12. *Liber de historia ecclesiastica*, qui commemoratur ab Anonymo, *Bibl. Or.*, *II*, 219.
13. Forsitan etiam *liber de sacerdotio*, in quatuor tractatus divisus. Scilicet hoc opus in codice

ܒܐܦܐ ܡܦܫܩܢܐ ܕܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ. ܫܢܝ ܕܝܢ ܗܘ ܚܣܝܐ ܒܬܪܥܣܪ ܒܫܒܛ ܫܢܬ ܐܪܟܕ ܝܘܢܝܐ. ܘܐܬܩܒܪ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܣܪܓܝܣ ܕܒܛܘܪܐ ܨܗܝܐ.

ܗܘ ܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܟܕ ܕܒܪ ܠܥܕܬܐ ܫܢ̈ܝܐ ܬܠܬܥܣܪܐ ܘܐܣܪܚ ܐܦܣ̈ܩ ܚܡܫܝܢ ܘܚܕ. ܫܢܝ ܒܬܡܢܥܣܪ ܢܝܣܢ. ܒܬܠܬܒܫܒܐ ܗܘ. ܒܫܒܘܥ ܫܒܬܐ ܕܫܠܡܐ ܕܢܘܚܐ ܫܢܬ ܐܪܟ. ܒܗ ܒܥܘܡܪܐ ܗܘ ܕܐܬܬܣܝܡ ܦܓܪܗ ܩܕܝܫܐ.

appellatur, sanctarum Scripturarum commentator. Obiit autem episcopus ille duodecima Schebat (*Februarii*), anno Græcorum 1224 (*Chr.* 913), in cœnobio Mar Sergii sito in monte Sahia (i. e. *arido*).

Patriarcha ipse, postquam rexisset ecclesiam annis tredecim et ordinasset episcopos quinquaginta et unum, mortuus est decima octava mensis Nisan (*Aprilis*), feria tertia hebdomadis quietis[1], anno 1220 (*Chr.* 909), in eodem monasterio, ubi sanctum ejus corpus depositum fuit[2].

ܒܬܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. ܝܘܚܢܢ.

69. *Post Dionysium*, JOANNES.

ܗܢܐ ܡܢ ܐܣܛܘܢܐ ܕܕܝܪܐ ܕܩܘܪܙܚܝܠ ܗܘܐ ܒܐܬܪܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝ. ܐܬܬܣܪܚ ܕܝܢ ܒܥܘܡܪܐ ܕܬܠ ܣܦܝܪܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܚܪܢ. ܒܥܣܪܝܢ ܘܚܕ ܒܢܝܣܢ ܫܢܬ ܐܪܟܐ. ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ

Erat ille e columna monasterii Kurzahel in ditione Antiochena, ordinatus vero fuit in monasterio Tel-Sephre extra Haran *sito*, vigesima prima Nisan (*Aprilis*) anni 1221 (*Chr.* 910), eique manum imposuit Mar Joannes

ab Abrahamo Echellensi exarato perperam Joanni Maroni tribuitur (*Bibl. Or.*, I, 520), in alio vero, anno 932 vetustiore, (*Bibl. Or.*, II, 118), adscribitur Joanni Darensi; ast in tertio quodam manuscripto monasterii Sharfiani Montis Libani, anno 1224 exarato, quod nuper in Europa innotuit per Josephum David chorepiscopum Mossulensem (*Antiqua Ecclesiæ Syro-Chaldaicæ traditio circa Petri primatum*, Romæ, 1870), Moyses Barcepha illius auctor assignatur. Litèm hanc dirimant alii. Interim ex hoc libro quædam prodierunt apud David, *lib. cit.*, pp. 23 sqq.; Benni, *op., cit.*, pp. 17, 18, 20; P. Zingerle, *Monumenta Syriaca*, vol. I, pp. 105-108; Overbeck, *S. Ephræmi, etc. opera selecta*, pp. 409-413.

[1]) ܫܒܘܥܐ ܕܫܘܠܡܐ *hebdomas quietis* seu *cessationis*. Ita designatur in lectionariis Jacobitarum hebdomas paschalis, aliis præterea appellationibus insigniri solita, scilicet: ܕܩܝܡܬܐ *resurrectionis*, ܕܚܘ̈ܪܐ *in albis*, vel ܫܒܘܥ ܫܒ̈ܘܥܐ *hebdomas hebdomadum, magna hebdomas*. Cff. *Catalogus codd. mss. orientt. musei britan.*, edit. Forshall, 1838, p. 35 et passim; *Catalogue of Syriac manuscripts in the british museum, acquired since the year 1838*, by W. Wright, LL. D., 1870, part. I, pp. 146 sqq.

[2]) Dionysii obitum accurate adnotat ex *serie chronologica patriarcharum* Elias Nisibenus ad annum Gr. 1220: [ܘܒܗ ܒ]ܫܢܬܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘܒܝܐ ܒܝܘܡܬܐ.....ܒ[ܬܡܢܬ]ܥܣܪ ܒܢܝܣܢ. « *Eo anno* (*Chr.* 909) *obiit Dionysius patriarcha Jacobitarum, in diebus......, die decima octava Aprilis.* »

ܕܡܪܥܫ. ܘܗܘܐ ܠܟܠܗ ܫܢ̈ܝܐ ܬܪܬܥܣܪܐ
ܘܝܪ̈ܚܐ ܫܒܥܐ. ܘܐܣܪܚ ܐܦܣܩ̈ܘܦܐ ܐܪܒܥܝܢ
ܘܚܕ. ܘܫܢܝ ܒܫܒܬܐ ܫܠܡܐ ܝܪܚܗ ܕܬܫܪܝ
ܐܚܪܝ. ܒܪܝܫܥܝܢܐ ܒܥܘܡܪܐ ܕܣܘܦܘܟܠܘܣ

episcopus Marasch. Per annos duodecim et septem menses ecclesiam rexit, ordinavitque episcopos unum et quadraginta; obiit Rhesinæ die sabbati, exeunte mense Teschrin posteriore (*Novembri*), in cœnobio Sophocli.

ܒܬܪ ܝܘܚܢܢ ܒܣܝܠܝܘܣ.

ܗܢܐ ܡܢ ܕܘܝܪܐ ܕܣܘܦܘܟܠܘܣ
ܕܪܝܫܥܝܢܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܐܬܬܣܪܚ ܒܡܘܪܝܒܐ
ܚܣܢܐ ܕܪܝܫ ܟܐܦܐ. ܒܚܡܫܬܥܣܪ
ܒܐܒ. ܒܫܢܬ ܐܪܠܕ. ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ
ܡܪܝ ܚܒܝܒ ܕܐܢܙܪܒܐ. ܘܗܘܐ ܠܟܠܗ ܫܢ̈ܝܐ
ܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ ܘܝܪ̈ܚܐ ܫܒܥܐ. ܘܐܣܪܚ ܐܦܣ̈ܩ
ܬܠܬܝܢ ܘܬܪܝܢ. ܘܫܢܝ ܒܫܒܐ ܐܪܒܥܐ
ܕܚܫܐ ܒܟܗ ܒܐܕܪ. ܘܐܬܬܣܝܡ ܦܓܪܗ
ܒܕܝܪܐ ܡܕܢܚܝܐ.

70. *Post Joannem*, BASILIUS.

E cœnobio Sophocli Rhesinensi erat et ordinatus fuit in Moriba castro Risch-Cephæ, die decima quinta Ab (*Augusti*), anni 1234 (*Chr.* 923)[1], manum ei imponente Mar Habibo, Anazarbæ *episcopo*. Rexit ecclesiam annis viginti uno et septem mensibus, atque episcopos triginta duos ordinavit. Obiit feria quarto Passionis, 25ª *mensis* Adar (*Martii*) ejusque corpus fuit in monasterio Orientali sepultum.

ܒܬܪ ܒܣܝܠܝܘܣ ܝܘܚܢܢ.

ܗܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܝܚܝ̈ܕܝܐ ܕܛܘܪܐ ܐܘܟܡܐ
ܐܝܬܘܗܝ. ܐܬܬܣܪܚ ܒܟܚ ܒܐܒ. ܫܢܬ ܐܪܡܙ
ܒܬܠܥܕܐ ܚܣܢܐ ܕܒܐܢܛܝܘܟܝܐ

71. *Post Basilium*, JOANNES.

Erat e solitariis montis Uchamæ (*Nigri*). Ordinatus est 28 Augusti anni 1247 (*Chr.* 936)[2] in Teleda castro ditionis Antiochiæ, manumque ei

[1]) *Ex chronologica serie patriarcharum Jacobitarum* ܡܘܫܚܐ ܙܒ̈ܢܐ ܕܦܛܪ̈ܝ ܕܝܥܩ̈ܘ, Elias Nisib., ad annum *tercentesimum et undecimum* Arabum qui incipit *die dominica*, 20 *Nisanis die* anni Græcorum 1234 : ܕܚܕܥܣܪܐ ܫܘܪܝܗ̇ ܒܚܕ ܒܫܒܐ ܟ ܒܢܝܣܢ ܐܪܠܕ hæc adnotat : ܒܗ̇
ܐܬܬܣܝܡ ܒܣܝܠܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘܒܝܐ
ܒܝܘܡܐ ܕܚܡܫܬܥܣܪ ܒܐܒ ܘܚܝܐ ܒܦܛܪܝܪܟܘܬܐ
ܥܣ[ܪܝܢ]ܘ[ܚܕ] ܫܢ̈ܝܐ. ܘܣܡ ܬܠܬܝܢ ܘܬܪܝܢ ܐܦܣ̈ܩ܀
« *Eo anno constitutus est Basilius patriarcha Jacobitarum, die decima quinta mensis Augusti, vixitque in patriarchatu annis viginti uno, et constituit triginta duos episcopos.* »

[2]) Hæc habet Elias Nisiben. ad annum 324 (Arabum, qui incipit) feria 2ª, die 30 novembris anni (Græcorum) 1247 : ܒܗ̇ ܐܬܬܣܝܡ ܝܘܚܢܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܥܩܘܒܝܐ ܒܚܕ ܒܫܒܐ ܥܣܪܝܢ ܘܬܫܥܐ
ܒܐܒ · « *eo anno constitutus est Joannes patriarcha Jacobitarum, die dominica, vigesima nona Augusti.* »

ܕܐܠܗܡܣܬ · ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣ ܕܛܪܣܘܣ . ܘܕܒܪ ܠܥܕܬܐ ܫܢ̈ܝܐ ܬܫܥܣܪܐ ܘܝܪ̈ܚܐ ܥܣܪܐ . ܘܐܣܪܚ ܐܦ̈ܝܣܩ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܡܢܝܐ . ܘܫܟܒ ܒܝܘܡ ܚܕ ܒܫܒܐ . ܬܠܬܐ ܒܬܡܘܙ . ܘܐܬܬܩܒܪ ܒܕܝܪܐ ܪܒܬܐ ܕܬܠܥܕܐ ܒܓܘܪܢܐ ܕܚܣܝܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܐܘܪܗܝ .

imposuit Mar Athanasius, Tarsi *episcopus*. Rexit ecclesiam annis novemdecim et mensibus decem, quibus ordinavit octo et quadraginta episcopos. Obdormivit die dominica, tertia Julii, et sepultus fuit in magno Teledæ monasterio in arca religiosi Mar Jacobi Edesseni.

ܒܬܪ ܝܘܚܢܢ ، ܐܝܘܐܢܢܝܣ .

72. *Post Joannem*, JOANNES[1].

ܗܢܐ ܐܬܩܪܝ ܡܢ ܐܣܛܘܢܐ ܕܩܘܪܙܚܝܠ ܕܥܠ ܥܘܦܪܝܢ ܢܗܪܐ · ܘܐܬܬܣܪܚ ܒܫܬܬܥܣܪ ܒܬܡܘܙ ܫܢܬ ܐܪ̈ܣܗ ܒܬܠܥܕܐ ܩܣܛܪܐ . ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܝܥܩܘܒ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ . ܘܕܒܪ ܠܥܕܬܐ ܫܢ̈ܝܐ ܬܪܬܝܢ ܘܝܪ̈ܚܐ ܫܬܐ . ܘܐܣܪܚ ܐܦ̈ܝܣܩ ܥܣܪܐ . ܘܫܢܝ ܒܫܘܠܡܗ ܕܟܢܘܢ . ܘܐܬܬܢܝܚ ܦܓܪܗ ܩܿ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܫܠܝܡܘܢ ܕܕܠܘܟ .

Evocatus is fuit e columna Kurzahel ad Uphrinum fluvium. Ordinatus est decima sexta Tamuz (*Julii*), anno 1265 (*Chr.* 954), in Teleda castro, manus ei imponente Jacobo Callinici *episcopo*. Rexit ecclesiam annis duobus et sex mensibus, atque episcopos ordinavit decem. Obiit autem exeunte mense Conun (*Decembri* vel *Januario*), et sepultum est sanctum ejus corpus in cœnobio Mar Salomonis Dulichæ[2].

ܒܬܪ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ، ܕܝܘܢܢܘܣܝܘܣ .

73. *Post Joannem*, DIONYSIUS.

ܗܢܐ ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܩܪܬܡܝܢ ܐܝܬܗ̇ . ܘܐܬܬܣܪܚ ܒܟ̈ܚ ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ . ܫܢܬ̇ ܐܪ̈ܣܛ ܒܬܠܥܕܐ ܩܣܛܪܐ . ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܝܥܩܘܒ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ . ܘܕܒܪ

Erat is e cœnobio Cartaminensi, et ordinatus fuit 28 Teschrin posterioris (*Novembris*) anni 1269 (*Chr.* 957), in Teleda castro, manum ei imponente Jacobo Callinicensi. Rexit ec-

[1]) Idem utriusque nomen, hoc excepto quod prius orientali, posterius græca orthographia scribatur, nimirum ita : *post Juchanan, Joannes*.

[2]) ܕܠܘܟ sive ܕܕܠܘܟ . *Dulichia, Doliche*, erat Syriæ oppidum, situm ad Euphratem, 51 milliariis a Samosata distans. Cf. Lequien, *Or. christ.*, II, 937, et Wiltsch, *Handbuch der Kirchlichen Geographie*, I, 199.

ܠܥܕܬܐ ܫܢܝ̈ܢ ܬܪ̈ܬܝܢ ܘܝܪ̈ܚܐ ܫܬܐ . ܘܐܣܪܡܕ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܬܡܢܝܐ . ܘܫܢܝ ܒܬܪܝܢ ܒܚܙܝܪܢ ܕܫܢܬ ܐܪ̈ܥܒ . ܘܐܬܬܣܝܡ ܦܓܪܗ ܩ̄ ܒܥܘܡܪܐ ܕܩܪܬܡܝܢ . ܒܐܪܘܢܐ ܕܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܦܛܪ̄ ܕܡܢܗ ܕܥܘܡܪܐ .

ܒܫܢܘ̈ܗܝ ܕܗܢܐ ܦܛܪ̄ ܘܕܡܪܝ ܐܠܝܐ ܡܝܛܪ̄ ܕܡܠܝܛܝܢܝ ܕܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܙܘܩܢܝܢ . ܐܬܒܢܝ ܕܝܪܐ ܕܣܪܓܝܣ ܒܬܚܘܡܐ ܕܐܬܪܐ ܕܓܘܒܘܣ . ܐܢܫ ܡܗܝܡܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܦܪܣ . ܡܢ ܐܘܫܢܘ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܕܘܪܒܝܓܢ . ܗܘܐ ܠܗ ܪ̈ܓܬܐ ܕܢܥܡܪ ܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ . ܘܢܦܩ ܡܢ ܐܬܪܗ ܘܐܬܐ ܠܐܬܪܐ ܕܣܡܚܐ ܘܝܬܒ ܒܕܝܪܐ ܕܩܪܝܒ ܠܛܘܪܫܢܐ ܩܪܝܬܐ . ܡܢ ܒܬܪ ܕܥܒܪ ܦܪܬ ܘܒܢܐ ܕܝܪܐ ܒܐܬܪܐ ܕܩܠܘܕܝܐ . ܠܘܬ ܓܪܝ- ܓܘܪܝܢܐ ܩܪܝܬܐ . ܘܟܕ ܥܡܪ ܗܘܐ ܒܗ ܒܩܪܝܬܐ . ܐܬܘ ܠܘܬܗ ܬܠܬܐ ܕܝܪ̈ܝܐ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ ܕܡܪܕܐ . ܢܘܚ ܘܣܘܝܪܝܘܣ ܘܥܡܢܘܐܝܠ . ܘܟܕ ܠܐ ܨܒܘ ܕܢܩܘܘܢ ܬܡܢ . ܕܒܪܘܗܝ ܠܪܒܢ ܓܝܣܡ ܘܐܬܘ ܠܬܚܘܡܐ ܕܓܘܒܘܣ . ܘܚܙܘ ܠܕܘܟܬܐ ܗܝ ܕܫܦܝܪܐ ܠܕܝܪܐ . ܘܒܢܝ̈ ܐܬܪܐ ܚܕܝܘ ܒܗܘܢ . ܘܐܘܒܠܘ ܐܢܘܢ ܠܘܬ ܐܣܦܐ ܡܪܝ ܝܘܣܦ ܦܪܘܛܘܣܦܬܪ ܕܡܬܩܪܐ ܓܘܡܝܝܐ .

clesiam annis duobus et mensibus sex[1], ordinavitque episcopos octo. Obiit secunda Haziran (*Junii*) anni 1272 (*Chr.* 961), ejusque corpus sanctum sepultum fuit in cœnobio Cartaminensi, in arca Theodosii patriarchæ, ex eodem monasterio *quondam evocati*.

Ætate illius patriarchæ et Mar Eliæ metropolitæ Melitinæ qui erat e cœnobio Zukninensi, extructum fuit monasterium Sergii, in confinio regionis Gubæ. Vir quidam fidelis, e Perside oriundus, ex Uschanu[2], Adorbiganæ civitate, regiones christianas inhabitare cupiebat; idcirco e patria sua profectus pervenit ad regionem Semaha, et in monasterio prope Turschenam pagum sedem fixit; postea, Euphrate transmisso, monasterium ædificavit in regione Claudiæ, juxta Gregorianum pagum. Dum in pago isto commoraretur, advenerunt ad eum tres monachi e monasterio Mar Ananiæ Mardinensi, Noë scilicet, Severus et Emmanuël : qui cum illic consistere nollent, secum assumpserunt Rabban Gajasam perveneruntque ad confinium Gubæ; porro viderunt locum monasterio convenire, incolæ vero de ipsorum *præsentia* lætantes eos ad præfectum Mar Joseph, cognomine Gumæum[3], protospatharium perdu-

[1]) Imo *tribus annis cum dimidio* ut patet ex anno obitus ejus mox adscripto.

[2]) *Uschanu* ܐܘܫܢܘ sive *Osna*, ut scribit Assemanus, *Bibl. Or.*, II, 350, forsan non differt ab *Asnocha* quæ memoratur *ibid.*, p. 456. Adorbiganæ regionis, quæ Mediæ antiquæ fere respondet, civitates recensentur a Lequien, *Or. christ.*, II, 1283 : Taurizium sive Tabrizium, Bardaa, Ardebil, Maraga et Salmasa. Cfr. Khayyath, *Syri Orientales seu Chaldæi, Nestoriani et RR. Pontiff. primatus*, p. 156, nota 3.

[3]) Ita forsan vocatus quod esset oriundus e vico *Gumiorum*, ܓܘܡܝܝܐ sive *Gamua* ܓܡܘܐ in diœcesi Mardensi, de quo vide supra p. 215, *Bibl*-

ܘܐܦܣ ܠܗ ܕܢܒܢܝܗ ܠܥܘܡܪܐ ܕܝܪܐ. ܐܦ
ܥܕܪܗ ܒܡܠܬܐ ܘܒܥܒܕܐ. ܗܝܕܝܢ ܢܓܕܘ
ܗܘ ܘܕܝܪܝܐ ܕܥܡܗ. ܘܒܢܘ ܥܕܬܐ ܒܠܒܢ̈ܐ
ܘܩܝ̈ܣܐ. ܘܐܢܚܘ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܡܠܘܐ̈ܬܐ ܡܢ
ܕܓܪ̈ܡܐ ܣܪܓܝܣ ܘܒܟܘܣ ܘܫܟܢܘ ܐܢܝܢ
ܒܗ. ܘܒܢܘ ܐܦ ܩܠܝ̈ܬܐ. ܗܠܝܢ ܒܫܢܬ
ܐܪ̈ܥܛ. ܘܟܕ ܢܦܩ ܠܗ ܫܡܐ ܠܥܘܡܪܐ.
ܐܬܐ ܠܗ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ[1] ܕܡܪܘܢ[2]. ܗܘ
ܕܐܬܪܕܝ ܗܘܐ ܡܬܠܡܕܘܬܐ ܒܝܘ̈ܠܦܢܐ ܕܒܪ̈ܝܐ
ܘܒܟܬ̈ܒܐ ܩܕܝܫܐ. ܒܬܘܠܡܕܐ ܕܡܪܝ

xerunt; is *Gajasæ* ut illi loco monasterium exstrueret auctor fuit, eique cum verbo tum opere tulit opem. Quapropter *rem* ipse una cum sociis monachis aggressi, ecclesiam e lateribus et lignis ædificarunt; atque in ea reposuerunt, quas secum habebant, reliquias sanctorum Sergii et Bacchi; cellas pariter exstruxerunt. *Gesta sunt* hæc anno 1269 (*Chr.* 958). Cum autem celebritatem nactum esset istud cœnobium, eo venit Mar Joannes[1] Maronis[2], qui, cum scientiis profanis

Orient., II, 228 et Smithii *Thesaurum*; vel e regione *Gumiæ* ܕܓܘܡܝܐ prope Antiochiam, supra p. 289 jam commemorata.

[1]) Suspicor unam lineam ms. Londinensis heic oculum meum fugisse. Quippe in codice Vaticano, quo usus est Assemanus (*Bibl. Orient.*, II, 284) necnon in alio recentiore, unde Dionysii III patriarchæ vitam descripsit D. Martin, ita legitur: ܐܬܐ ܠܗ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܢܙܝܪܐ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ. ܘܐܬܐ ܐܦ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܡܪܘܢ. = *Venit ad istud cœnobium Mar Joannes Naziræus* (i. e. *asceta) e monte Edessæ, venit quoque Mar Joannes Maronis.*

[2]) Operæ pretium foret et in re historica aliqualis momenti, si quæ ad hujus Joannis ܝܘܚܢܢ ܕܡܪܘܢ originem et gesta pertinent accuratius definirentur, quod ex præsenti loco efficere satis arduum est. Ab Assemano quidem dicitur modo *Joannes Maronis (Bibl. Orient.* II, 284), modo *Joannes Maro (ibid.*, 350), non aliam ob causam, ut opinor, quam quod illum celebris monasterii S. Maronis, in Syria secunda Apameam inter et Emesam ad Orontem fluvium siti, alumnum fuisse existimaverit; at vero utrum recta sit hæc illius conjectura vel ideo dubitari poterit quod in textu Barhebræi desit monasterii vocabulum, quod ab ipso fere adjici solet; quare nuper vir doctus Jos. David, chorepiscopus Mossulensis (in opere: *antiquæ ecclesiæ Syro-chaldaicæ traditio etc.*, Romæ 1870, pp. 93 sqq.) Joannem fuisse civitatis Chorosanæ Maru episcopum asseruit; attamen hæc quoque hypothesis difficultate non caret; etenim Maru syriace perpetuo ܡܪܘ, non autem ܡܪܘܢ, scribitur, etsi istius incolae, sicut ܡܪܘܙܝܐ *Maruzaie*, ita quoque ܡܪܘܢܝܐ *Marunaie* sive *Maruanitæ* appellentur. (Cff. *Bibl. Orient.*, tom. III, part. 1, pp. 127, 132, 133, part. 2, pp. 762, sqq.; Lequien, *Or. Christ.*, II, 1261, 1264). Præterea viros omnes, quos hic tantis laudibus effert Barhebræus jacobita, sectæ Jacobiticæ addictos fuisse ambigendum minime est, et a Davide admittitur; sed eo ipso jam constare videtur Joannem non fuisse civitatis Maru episcopum, siquidem incompertum est Monophysitas in provincia Persidis Chorosana, Nestorianismo dedita, suos aliquando habuisse episcopos.

Quæ si perpendantur omnia, Maronitam quemdam illustrem seu Maronis cœnobii alumnum vel abbatem designari forsan veri videbitur similius, qui quidem doctrina claruerit et ediderit illos commentarios in S. Scripturam, alibi a Barhebræo laudatos, et Joanni Maroni, fictitio gentis suæ patriarchæ, ab Assemano perperam adscriptos. (Cf. *Bibl. Orient.*, I, 510). — Quod si ita esset, novo argumento rueret Assemani sententia, quam totis nervis stabilire conatur, scilicet Maronitas catholicos fuisse semper, quamque alii plures docte impugnarunt. Cff. de Maronitis Faustus Naironus: *Dissertatio de origine, nomine ac religione Maronitarum*, Romæ 1679; Assemanus, *Bibl. Orient.* I, 496-524; Lequien, *Or. Christ.*, III, 1-100; Jos. David, *Op. cit.* pp. 95-116.

ܐܡܩܝܡܝ ܪܒܐ ܛܘܪܐ ܕܝܠܕܐ ܕܐܘܪܗܝ . ܘܫܪܝ
ܡܠܦ ܠܝܚܝ̈ܕܝܐ .

ܘܟܕ ܐܫܠܡ ܕܪܒܢܘܬܗ ܫܢ̈ܝܢ ܬܪܬ ܥܣܪ
ܡܪܝ ܓܝܣܐ ، ܫܟܒ ܒܫܠܡܐ . ܘܩܡ
ܚܠܦܘܗܝ ܐܪܟܝܡܢܕܪܝܬܐ ܐܠܝܐ ܬܠܡܝܕܗ . ܘܨܒܬܗ
ܠܥܘܡܪܐ ܒܬܟ̈ܫܝܛܐ ܘܦܪܣܐ ܘܟܬ̈ܒܐ
ܘܡ̈ܐܢܐ ܕܕܗܒܐ ܘܣܐܡܐ . ܘܐܬܢܨܚ ܥܘܡܪܐ
ܒܡܠܦܢܘܬܐ : ܘܒܩܪܝܢܐ ܕܟܬ̈ܒܐ ܘܒܒ̈ܥܘܬܐ
ܕܪܝܫ ܪܒܢ ܝܘܚܢܢ ܕܡܪܘܢ . ܘܟܬܘ̈ܒܐ
ܣܓܝ̈ܐܐ ܗܘܘ ܒܗ . ܘܐܦ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܦܛܪ̈ ܕܣܪܝܓܬܗ . ܐܬܐ ܠܘܬܗ ܠܥܘܡܪܐ .
ܘܒܗ ܫܠܐ ܗܘܐ ܕܢܥܒܪ . ܠܘܠܐ ܡܢ
ܚܣܡܐ ܕܗܪ̈ܛܝܩܘ ܐܬܐܠܨ ܘܥܪܩ .

ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܝܢ ܪܒܢ ܐܠܝܐ ܐܩܝܡ
ܒܕܘܟܬܗ ܠܝܘܚܢܢ ܪܒܝܬܐ . ܘܗܘ
ܫܢܐ ܠܡܕܒܪܐ . ܘܒܬܪ ܬܪܬܝܢ ܫܢ̈ܝܢ
ܗܦܟ ܠܗ ܠܥܘܡܪܐ ܘܒܗ ܫܟܒ . ܘܗܘ
ܝܘܚܢܢ ܪܝܫܕܝܪܐ ܐܬܪܥܝ ܕܢܒܢܝܘܗܝ
ܠܗܝܟܠܐ ܪܡܐܝܬ . ܘܫܕܪ ܠܗ ܐܠܗܐ ܠܥܡܢܘܐܝܠ
ܕܡܢ ܚܪܢ ܬܠܡܝܕܗ ܕܩܘܪܝܩܘܣ
ܡܦܪܝܢܐ . ܘܝܗܒ ܬܠܬܡܐܐ ܕܝܢ̈ܪܝܢ
ܘܒܢܐܘܗܝ ܠܗܝܟܠܐ ܒܬܠܬܐ ܡܕܒ̈ܚܐ
ܒܟܐܦܐ ܘܓܝܪܐ . ܘܒܩܪ̈ܡܝܕܐ ܟܬܒܘ ܫܡ̈ܗܝܗܘܢ.
ܘܒܢܘ ܕܪܬܐ ܬܝܡܢܝܬܐ ܒܬܪ̈ܝܢ ܡܕܪ̈ܝܢ
ܕܩܝܣܐ ܠܡ̈ܠܦܢܐ ܘܬ̈ܠܡܝܕܐ ܘܩ̈ܠܝܬܐ. ܘܐܩܝܡܘ

tum Scripturis sacris sub disciplina Mar Amakimi[1], magni montis Edessae germinis, egregie institutus, cœpit ipse monachos docere.

Cum vero *cœnobium* spatio annorum duodecim gubernasset, Mar Gajasas obdormivit in pace, eique ut archimandrita successit Elias ejus discipulus, qui paramentis, velo, codicibus, necnon vasis aureis et argenteis templum instruxit. Claruit autem istud cœnobium doctrina, necnon lectione Scripturarum et disquisitionibus, præside magistro Joanne Maronis *habitis*; aderant in eo amanuenses plurimi; illud adiit quoque patriarcha Mar Joannes Sarightа, atque ibi commoratus quiete egisset, nisi hæreticorum invidia ad fugam capessendam fuisset coactus.

Jam vero magister Elias archimandrita sui loco constituit Joannem œconomum, secessitque in eremum; attamen post biennium rediit ad monasterium, ibique obdormivit. Porro cum Joannes archimandrita templum splendide ædificare cuperet, paravit illi Deus Emmanuelem, monachum Haranitam, Cyriaci Maphriani discipulum, qui trecentos obtulit denarios. Itaque ædificarunt templum tria habens altaria, ex lapide et calce *effectum*, tegulis vero nomina sua inseruerunt. Exstruxerunt etiam ædificium australe, duabus contignationibus ligneis *constans*, magistris, discipulis

1) Loco *Mar Amakimi* ܕܡܪܝ ܐܡܩܝܡܝ legitur in *Bibl. Orient.*, II, 286 : ܕܡܪ̈ܢܐ ܡܝܩܡ *Domini Maikam*, in apographo D. Martin, una littera transposita : ܕܡܪܢܐ ܡܩܝܡ *Domini Makim*

ܠܣܦܪ̈ܐ ܩܠ̈ܝܐ ܕܓܘܐ ܘܒܝܬ ܦܬܘܪܐ ܘܒܝܬ ܐܟ̈ܣܢܝܐ.

ܘܐܬܐ ܡܪܘܬܐ ܒܪ ܐܠܝܫܥ ܬܓܪܐ ܬܓܪܝܬܝܐ. ܘܐܝܬܝ ܡ̈ܝܐ ܒܩܢ̈ܝܐ ܠܕܪܬܐ ܪܒܬܐ ܕܩܕܡ ܗܝܟܠܐ. ܘܐܦ ܦܝܣܩܝܢ ܐܘܟܝܬ ܙܗܪܝܓ ܓܒܐ ܠܡܕܢܚܝܗ ܕܗܝܟܠܐ. ܘܡܫܩܝܐ ܗܘܐ ܠܡܪܥܝܐ ܕܐܚ̈ܐ. ܗܘ̈ܝ ܗܠܝܢ ܒܫܢܬ ܐܫܝܒ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܕܝܪܝܐ ܚܕ ܬܓܪܝܬܝܐ ܕܫܡܗ ܐܠܝܐ ܒܪ ܓܓܝ ܐܙܠ ܠܐܬܪܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܘܙܒܢ ܕܘܟܬܐ ܘܫܬܐܣܗ ܕܕܝܪܐ. ܘܟܕ ܠܐ ܫܠܡ ܥܒܕܗ ܐܬܢܝܚ. ܘܐܘܛܘܟܣ ܦܛܪܝܩܝܣ ܕܐܬܪܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܩܠܝܒ ܐܝܬܝܗ. ܠܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܡܪܘܢ ܘܐܫܠܡܗ ܠܗܝܟܠܐ. ܘܫܡܠܝܗ ܠܣܗ̈ܕܐ ܐܪܒܥܝܢ ܫܡܗ. ܘܒܢܐ ܩܠ̈ܝܬܐ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܣܘܓܐܐ ܕܕܝܪ̈ܝܐ ܘܪ̈ܚܡܝ ܝܘܠܦܢܐ ܠܘܬܗ. ܘܐܠܦ ܐܢܘܢ ܣ̈ܦܪܘܬܐ ܩܕ̈ܝܫܬܐ. ܘܟܕ ܣܓܝ ܡܢܝܢܐ ܕܩܫ̈ܝܫܐ ܠܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ. ܒܬܪ ܕܗܘܐ ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢ̈ܝܢ. ܐܬܪܓܪܓ ܠܫܠܝܐ. ܘܢܦܩ ܡܢܗ ܒܠܠܝܐ. ܘܥܒܪ ܦܪܬ ܢܗܪܐ. ܘܣܠܩ ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܗܪܘܢ ܕܛܘܪܐ ܒܪܝܟܐ. ܘܗܘܐ ܒܗ ܫܢ̈ܝܐ ܐܪܒܥ. ܘܫܢܝ ܒܣܝܒܘܬܐ ܛܒܬܐ.

et amanuensibus *destinatum;* illi porro ædificio adjecerunt cubicula interiora, refectorium et peregrinorum hospitium.

Postea advenit Maruthas, Elisæi filius, mercator Tagritensis, qui canalibus aquas ad magnum atrium ante templum adduxit, ac pariter piscinam, id est cisternam[1], ad orientale *latus* templi construxit, quae olera fratrum irrigaret. Facta sunt hæc anno 1312 (*Chr.* 1001).

Eodem tempore monachus quidam Tagritensis, nomine Elias Bar-Gaghi, profectus in regionem Melitinensem, in ea territorium emit monasteriumque fundavit. Qui cum, opere nondum absoluto, obiisset, Eutychus, patricius regionis cui olim nomen erat Culib[2], Mar Joannem Maronis illuc instantia sua adduxit; perfecit hic templum quadraginta martyribus nuncupatum, cellas quoque exstruxit, atque magnus numerus monachorum, eruditionis studiosorum, ad ipsum confluxit quos disciplinis sacris imbuit. Cum vero presbyterorum numerus jam ad centum viginti excrevisset, ipse per viginti duos annos ibi commoratus, cupidus quietis, noctu e monasterio migravit, transmissoque Euphrate fluvio ad monasterium Mar Aaronis montis Brichæ[3] ascendit, ubi quadriennio elapso, in senectute bona cessit e vita.

[1]) Adhibetur hic vocabulum arabicum ܙܗܪܝܓ *Zaharindj*, quod *cisternam* notat.

[2]) In codd. Vatican., Assemanus et Martin legerunt: ܩܡܝܥܒ quod ille, *Bibl. Or.* II, 284, vertit *Camiabas*.

[3]) i. e. montis *benedicti*, prope Edessam.

ܒܬܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܀ ܐܒܪܗܡ .

ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܛܪܝܠ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܚܠܒ . ܐܬܬܣܝܡ ܒܬܠܥܕܐ ܩܣܛܪܐ ܒܟ̄ܗ ܒܐܝܪ ܫܢܬ ܐܪ̈ܥܓ . ܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܡܪܝ ܐܝܘܒ ܐܦܝܣܩ ܕܙܘܓܡܐ . ܗܢܐ ܕܝܢ ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ . ܐܝܟܢܐ ܕܒܟܠܗܘܢ ܚܝ̈ܘܗܝ ܒܡܟܝܟܘܬܐ ܐܬܕܒܪ ܗܘܐ . ܗܟܢܐ ܐܦ ܟܕ ܩ̇ܡ ܒܪܝܫܢܘܬܐ ܠܐ ܫܚܠܦ ܫܡܗ . ܘܠܐ ܠܒܘܫܗ ܘܠܐ ܡܐܟܘܠܬܗ . ܘܠܐ ܪܟܒ ܥܠ ܣܘܣܝܐ . ܐܠܐ ܐܢ ܡܢ ܩܛܝܪܘܬܐ ܕܐܘܪܚܐ ܡܬܐܠܨ ܗܘܐ . ܥܠ ܪܟܘܒܐ ܚܡܪܐ ܕܡܣܟܢܐ ܡܬܬܢܝܚ ܗܘܐ ܩܠܝܠ ܟܪܝܐ .

ܐܝܬܘܗܝ ܬܠܡܝܕܐ ܕܡܪܝ ܐܢܣܛܐܣ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܕܝܪܐ ܕܩܪܩܣܝܣ ܕܒܬܚܘܡܐ ܕܓܪܡܢܝܩܝܐ . ܘܗܘ ܐܣܪܗ ܠܪܒܗ ܐܦܝܣܩ ܠܚܠܒ[1] . ܘܟܕ ܐܪܓܫ ܒܟܘܪܗܢܐ ܀ ܠܘܬܗ ܕܪܒܗ ܐܙܠ ܘܬܡܢ ܫܠܡ ܚܝ̈ܘܗܝ . ܟܕ ܩܝܡܝܢ ܬܠܬܐ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ . ܘܩܫ̈ܝܫܐ ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܡܐܬܝܢ . ܘܟܢ̈ܫܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܕܡܗܝܡ̈ܢܐ . ܫܡܫ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܝܪ̈ܚܐ ܬܫܥܐ ܘܝܘ̈ܡܬܐ ܬܫܥܐ[2] . ܘܐܣܪܚ ܠܩܘܪܝܩܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܘܫܬܐ ܐܦܝܣ̈ܩ . ܘܫܟܒ ܒܝܘܡ ܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܐܪܒܥܐ ܒܐܕܪ . ܗܘ̈ܝܢ ܠܕܝ̈ܢܐ ܠܐ ܡܬܒܨ̈ܝܢܐ ܕܡܪܝܐ . ܕܟܒܪ ܡܛܠܗܕܐ ܕܠܐ ܢܬܪܦܐ ܒܐܘܪܟܐ ܙܒܢܐ . ܘܢܬܦܪܘܢ[3] ܚܦܝܛܘܬܐ ܕܐܝܟܢܗ . ܩܪܒܗ ܫܠܡܗ .

74. *Post Dionysium*, ABRAHAM.

E cœnobio Taril ditionis Alepi, ordinatus fuit in Teleda castro 25ª Jar (*Maii*) anni 1273 (*Chr*. 962), manum ei imponente Mar Job, episcopo Zeugmæ. Porro ille Mar Abraham, quemadmodum per totam vitam in humilitate conversatus fuerat, ita in officio *constitutus* nomen suum minime mutavit, aut vestitum, aut mensam; neque etiam, equitando, ephippio utebatur, at ubi difficultate itineris cogebatur, in strato asini vulgari aliquantisper quiescebat.

Erat autem discipulus Mar Anastasii, cœnobii Circisii in territorio Germanicensi archimandritæ, suumque præceptorem consecravit episcopum Alepi[1]. Cum vero jam infirmum se sentiret, hunc præceptorem suum adiit, ibique vitam finivit, præsentibus tribus episcopis, presbyteris vero monachis et diaconis plus quam ducentis, plurimis denique fidelium turmis. Patriarchatu functus est mensibus novem totidemque[2] diebus, et ordinavit Mar Cyriacum maphrianum ac episcopos sex; porro obdormivit feria quarta, die quarta Adar (*Martii*). Inscrutabilibus Domini judiciis laus *esto*, qui forte idcirco, ne laxior fieret tractu temporis et plane deficeret[3] exigua ejus constantia, pacem illi acceleravit.

[1]) In margine codicis, litteris crassioribus, scribitur : ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܝܣ ܠܚܠܒ *metropolitam Alepi*.

[2]) Assem., *Bibl. Or.*, II, 351, habet : *dies septem*; at in Cod. Vat. 337, quo usus D. Martin, legitur ܬܫܥܐ *novem*.

[3]) Cod. Vat. 337 : ܢܬܦܪܘܢ

ܒܬܪ ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ .

[Syriac text]

75. *Post Mar Abraham, Mar* JOANNES.

E cœnobio Tarilensi, ob præcipuum paupertatis studium cognominatus Sarighta[1], ordinatus fuit in Capharnibu, territorii Sarugensis pago, die dominica, nona[2] Tamuz *(Julii)*, anni 1276 (*Chr.* 965); manum illi imposuit Sergius, Sarugi *episcopus*.

Cum eo tempore Græci Syriæ dominium recuperassent, Nicephorus imperator, videns Melitinam apertam esse atque vastatam, hunc Mar Joannem accersivit, eique promisit, si vellet in illis regionibus commorari atque habitatores congregare Melitinæ, Hanzitæ et Calisuræ, se decreturum ne iterum Chalcedonenses illum ejusve populum lacesserent. Quibus acquiescens patriarcha, atque authentico imperatoris decreto hunc in finem munitus, invenit locum, qui dicitur Barid, id est *locus* frigidus; ibi ecclesiam et cœnobium cœpit ædificare, atque *mox* in tota illa regione sacra agebantur a Syris. Tum Græci dolosi, beato *patriarchæ* invidentes, imperatorem eo usque incitarunt ut a promissione sua recederet, atque illum cum quatuor episcopis[3] Con-

[1]) Quod cognomen notat hominem, qui aut veste stragula, funibus intexta, induebatur, aut storea ad instar lecti utebatur.

[2]) Vocem ܬܫܥܐ *nona*, erasam in Cod. Lond., supplevi in versione juxta *Bibl. Orient.*, II, 351, quamquam apud Eliam Nisib. *Series patriarcharum Jacobitarum* ponat diem octavam Julii. Hæc sunt Eliæ verba : [Syriac text] « *Anno* 354 *(Hegiræ)*, *Gr.* 1276 : [Syriac text] « *eo anno constitutus est Joannes patriarcha Jacobitarum, die dominica, mensis Tamuz octava.* »

[3]) Quatuor episcopi erant Sergius, metropolita Apameæ, Jacobus metropolita Symnadæ, Joannes episcopus Ramatuæ, et Constantinus episcopus

ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܗܘ ܕܐܘܢܘܟܐ ܗܘܐ
ܠܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܕܝܠܗ ܘܗܘܘ ܕܪܫܝܢ ܥܡ ܗܠܝܢ
ܕܝܠܢ ܡܬܚܡܐ ܕܬܪܝܢ ܝܪ̈ܚܐ. ܘܟܕ ܚܙܘ
ܕܠܝܢ ܒܟ̈ܬܒܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܠܐ ܡܨܝܢ ܕܠܢܒܨܘܢ
ܐܢܘܢ. ܐܚܡܬܘ ܠܡܠܟܐ ܘܛܪܘܢܐܝܬ
ܡܠܠ ܥܡ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܘܐܡܪ. ܕܐܘ
ܡܫܬܠܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗܝܡܢܘܬܢ ܘܐܝܩܪ̈ܐ ܪ̈ܘܪܒܐ
ܢܣܒܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܘ ܠܐܟܣܘܪܝܐ ܥܒܕܬܘܢ.
ܘܟܕ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܦܢܝܘ ܕܠܥܠܡ
ܠܐ ܡܫܬܠܡܝܢ. ܦܩܕ ܘܐܬܚܒܫܘ. ܗܝܕܝܢ
ܘܐܬܥܝܪܬ ܬܒܥܬܐ ܠܠܘܬܗ ܕܡܠܟܐ
ܢܝܩܦܘܪܘܣ ܘܒܬܪ ܐܪ̈ܒܥܐ ܝܪ̈ܚܝܢ
ܕܚܒܝܫ ܠܩܕ̈ܝܫܐ ܗܠܝܢ. ܐܬܩܛܠ ܥܠ
ܝܕ ܫܡܫܟܝܓ. ܘܐܫܬܪܝܘ ܐܣܝ̈ܪܐ.
ܘܗܦܟܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܘܬܠܡܝ̈ܕܝܗܘܢ
ܡܢ ܐܟܣܘܪܝܐ. ܘܐܬܐ ܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܡܠܝܛܝܢܐ. ܘܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ
ܒܪܨܘܡܐ. ܘܗܦܟ ܠܥܘܡܪܐ ܕܒܐܪܝܕ
ܘܫܠܡܗ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܡܐܬܝܢ
ܘܬܡܢܝܢ. ܘܥܡܪ ܒܗ ܥܕܡܐ ܠܫܢܬ
ܐܠܦ ܘܡܐܬܝܢ ܘܬܫܥܝܢ ܘܫܬ. ܘܬܡܢ
ܫܢܝ.

ܐܣܪܚ ܕܝܢ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܡܚ. ܕܡܢ
ܡܢܗܘܢ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܕܗܘ

stantinopolim abduci jüberet. Porro patriarcha Chalcedonensis, qui erat eunuchus, suos episcopos convocavit, disputaruntque cum nostris duorum mensium spatio; cum vero perspicerent se istos e Scripturis sanctis refellere non posse, iram excitarunt imperatoris qui patriarcham et episcopos tyrannice sic allocutus est : «aut sententiæ nostræ consentietis, magnisque honoribus cumulabimini, aut ejiciemini in exilium.» Respondentesque patriarcha et episcopi se non consensuros unquam, illius jussu *in carcere* inclusi fuere. Verum *divina* justitia excitata est in imperatorem Nicephorum, eumque mensibus quatuor a sanctorum istorum reclusione interfecit Schumuschkhigh[1]. Soluti sunt tunccaptivi, redieruntque ab exilio patriarcha, episcopi et eorum discipuli. Advenit autem patriarcha Melitinam ad cœnobium Mar Barsumæ, atque *inde* reversus est ad cœnobium Baridense, quod anno millesimo ducentesimo octogesimo (*Chr.* 969) complevit, et ubi habitavit usque ad annum millesimum ducentesimum nonagesimum sextum (*Chr.* 985), quo ibidem obiit.

Ordinaverat episcopos 48, inter quos erat Ignatius Melitinæ, cogno-

Garmæ : quod docet nos ipse Joannes patriarcha in epistola synodica ad Mennam, patriarcham Alexandriæ Jacobitam, in qua fusius totam disputationem Constantinopoli habitam cum catholicis enarrat. Hanc epistolam arabice et latine editam videsis apud *Biblioth. Orient.*, II, 133-140. Cfr. Lequien, *Or. Christ.*, II, 1378, sq.

[1]) In Cod. Vat. apud Martin scribitur ܫܡܫܟܝܓܠ *Schumuschigl*; ast in prima parte *Chronici*, p. 202, ubi fusius narratur Nicephori cædes, habetur ܫܡܫܩܣܩܝܢ et ܫܡܫܩܝܢ. Dicitur ille a scriptoribus Græcis Τζιμισκῆς, *Tzimiscas*. Cfr. Cedrenus ap. Migne *Patrol.*, *gr.* tom. CXXII, col. 109.

ܐܝܣܚܩ ܪܗܛܐ . ܗܘ ܕܡܛܠ ܕܟܠܝܘܡ
ܡܟܪܟ ܗܘܐ ܥܠ ܕܝܪܬܐ ܕܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ
ܘܡܦܠܓ ܗܘܐ ܒܘܪܟܬܐ ܐܬܟܢܝ ܒܫܡܐ ܗܢܐ .
ܘܗܘ ܒܢܐ ܥܘܡܪܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܕܒܦܢܝܬܐ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܐܦ ܠܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܒܫܡܗ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܕܪܝܫܐ .

mine »Isaac cursor«, qui, quod quotidie circuiret per monasteria montis Edessæ, particulas benedictas distribuens, hoc nomine vocatus est. Isque extruxit monasterium Deiparæ in suburbio Melitinæ, atque etiam magnam Melitinæ ecclesiam, ejusdem præsulis nomine nuncupatam.

ܒܬܪ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܣܪܝܓܬܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ
ܨܠܝܚܐ .

76. *Post Mar Joannem Sarighta*, ATHANASIUS *Saliha*[1].

ܗܘܝܘ ܠܥܙܪ ܕܡܬܩܪܐ ܕܝܪܝܐ ܕܡܢ ܥܘܡܪܐ
ܕܡܪܝ ܐܗܪܘܢ ܕܣܝܓܪܐ . ܐܬܬܣܝܡ ܒܩܪܝܬܐ
ܕܩܛܝܢܝ ܕܒܬ ܓܝܚܘܢ ܒܫܢܬ ܐܪܨܚ .
ܒܚܡܫܐ ܒܫܒܐ ܒܟܐ ܒܬܫܪܝ ܩܕܝܡ .
ܘܣܡ ܠܗ ܐܝܕܐ ܡܪܝ ܠܥܙܪ ܡܝܛܪܘ .
ܕܥܢܙܪܒܐ . ܘܥܡܪ ܒܥܘܡܪܐ ܕܒܪܝܕ .
ܘܐܘܣܦ ܒܢܝܢܗ ܘܓܡܪܗ . ܘܨܒܬܗ . ܘܟܕ ܐܬ
ܗܘܐ ܫܡܥܐ ܒܚܟܡܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܕܘܒܪܐ ܫܦܝܪܐ . ܝܩܪ ܠܗ
ܐܓܦܝܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝ ܟܠܩܕܘܢܝܐ
ܘܐܒܛܠ . ܘܫܠܡ ܪܕܘܦܝܐ ܕܡܗܝܡܢܐ .
ܫܡܫ ܕܝܢ ܗܘ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܗܢܐ
ܒܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܫܢܝܐ ܐܫܬܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܫܢܝ
ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܕܒܬ ܩܠܘܕܝܐ.
ܘܐܬܬܣܝܡ ܦܓܪܗ ܒܓܒܐ ܓܪܒܝܝܐ

Idem est qui et Lazarus *dicebatur*, monachus e cœnobio Mar Aaronis Sigarensi; ordinatus est in pago Catini[2] regionis Gihomensis[3] anno 1298 (*Chr.* 986), feria quinta, die 21[a] Teschrin prioris (*Octobris*), manum ei imponente Mar Lazaro, metropolita Anazarbæ. Commoratus est in cœnobio Barid, quod ampliavit, perfecit ornavitque. Cum vero sancta sapientia moribusque sese commendaret, Agapius, patriarcha Antiochiæ Chalcedonensis, virtutem ejus reveritus[4], fidelium persecutioni finem imposuit. Mar Athanasius, patriarchatu functus per annos viginti sex, obiit in cœnobio Mar Barsumæ regionis Claudiæ, ejusque corpus ad latus ecclesiæ septem-

[1]) Is *Salachensis* vocatur ab Assemano, *Bibl. Orient.*, II, 351, qui loco ܨܠܝܚܐ *Saliha* legit ܨܠܚܝܐ *Salhaïa*, quod pariter refert Martin ex alio codice; illi patriam fuisse oppidum *Salacha* ܨܠܟܚ in monte Abdin, cis Tigrim situm, conjicit Assemanus, *De Monophys.*, p. 106.

[2]) Pro ܩܛܝܢܝ legit Assemanus ܩܛܝܢ, Martin ܩܛܝܢܐ.

[3]) *Gihon*, regio Ciliciæ, ita dicta, quod eam alluit fluvius Pyramus, quem Arabes teste Abulpheda *Gihon* vocant. Vide *Dissert. de Monoph.*, 82.

[4]) Martin legit ܚܙܝܗ.

ܕܗܝܟܠܐ ܘܐܬܩܒܪ ܒܓܒܐ ܓܪܒܝܝܐ
ܐܦܣܩܘܦܐ . ܘܠܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܒܪܩܝܩܝ
ܗܘ ܕܐܬܚܢܦ .

ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܣܓܝܘ ܘܐܬܝܩܪܘ ܕܝܪܬܐ
ܘܥܘܡܪܐ ܒܐܬܪܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܐܬܘ
ܗܘܘ ܓܒܪܐ ܡܝܩܪܐ ܚܟܝܡܐ ܘܡܠܝܠܐ .
ܘܐܣܬܩܒܠܘ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ .
ܘܫܒܥܐ ܕܝܪܝܐ ܐܫܬܕܪܘ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ
ܘܒܐܣܝܪܘܬܐ ܫܠܡܘ ܚܝܝܗܘܢ .
ܘܢܣܒܘ ܝܘܢܝܐ ܠܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ
ܕܪܗܛܐ .

ܗܘ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܗܢܐ . ܐܣܪܚ
ܠܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܥܘܡܪܐ
ܕܩܪܬܡܝܢ ܒܫܢܬ ܐܨܨܛ ܗܘ ܕܚܕܬ
ܟܬܒܬܐ ܕܐܣܛܪܢܓܠܐ ܒܛܘܪܥܒܕܝܢ .
ܕܒܛܝܠܐ ܗܘܬ ܡܢ ܡܐܐ ܫܢܝܢ . ܡܢ
ܚܙܝܐ ܕܟܬܒܐ ܝܠܦ ܗܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܠܦ
ܠܒܢܝ ܐܚܘܗܝ . ܘܐܬܝܗܒܬ ܡܘܗܒܬܐ
ܡܫܡܠܝܬܐ ܠܥܡܢܘܐܝܠ ܘܠܐܚܘܗܝ ܢܚܐ ܒܣܝܪܘܬܐ .
ܘܫܕܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܦܛܪܘܣ ܐܚܘܗܘܢ ܠܡܠܝܛܝܢܐ ܘܐܝܬܝ
ܪܩܐ . ܘܟܬܒ ܪܒܢ ܥܡܢܘܐܝܠ ܫܒܥܝܢ

trionale sepultum fuit. Ordinavit triginta octo episcopos, necnon Ignatium Bar-Kiki[1] maphrianum, qui ad Mohammedanos defecit.

Illo tempore multiplicata et magno culta habita sunt cœnobia et monasteria in regione Melitinensi, exstiteruntque viri venerabiles, sapientia et eloquentia præditi. Hos invidia prosequebantur Græci Melitinenses; et septem monachi ablegati sunt Constantinopolim ac in carcere vitam terminarunt. Græci insuper magnam ecclesiam, a „Cursore" dictam, sibi rapuerunt.

Idem Mar Athanasius, anno 1299 (*Chr.* 988) episcopum cœnobii Cartaminensis ordinavit celebrem Mar Joannem, qui in Turabdin scripturam estrangelicam[2], jam a centum annis in desuetudinem versam, restituit: scilicet ex inspectione illam et præsul didicit ipse, et fratris sui filios edocuit; ast donum perfectum scriptionis concessum fuit Emmanueli, ejusque fratri Nahabsajoruthæ[3]. Misit autem præsul Petrum, illorum fratrem, Melitinam, qui attulit pergamenas; scripsitque magister Emmanuel septuaginta co-

[1]) Mendose legit Martin : ܒܪܩܝܩܝ.

[2]) Loco ܕܐܣܛܪܢܓܠܐ apud Martin habetur ܐܣܛܪܢܓܠܐ. — Nomine *Scripturæ estrangelicæ* ܣܪܛܐ ܐܣܛܪܢܓܠܐ veniunt ii characteres grandiores quibus antiqui et præstantiores codices syriaci fere exarati fuerunt, quosque litterae minusculæ *Nestorianæ* sunt imitatæ. Vocem *estrangela* alii cum Assemano, *Bibl. orient.*, tom. III, part. 2, pag. 378, ob scripturæ illius formam derivant a voce græca στρογγύλος *rotundus*, alii vero, ut J. D. Michaëlis in nota ad Castelli Lexicon, a ܣܪܛ *insculpsit, delineavit* (non a ܣܛܪ, ut ibi mendose excusum est), et ܐܘܢܓܠܝܘܢ *evangelium*, quasi notaret *scripturam evangelicam* seu *Christianis propriam.* Porro aliud scribendi genus posteriori ævo apud Jacobitas et Maronitas invaluit, quali nos in hoc libro edendo utimur, illudque vocatur ܣܪܛܐ ܦܫܝܛܐ *(Serta Peschita) scriptura simplex.*

[3]) Hunc scribit Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 352 ܢܚܐ ܒܣܝܪܘܬܐ *Nache Bsiruota.*

ܕܦܫܝܛܬܐ ܘܫܒܥܝܢܝܬܐ ܘܗܪܩܠܝܬܐ.
ܘܦܢܩܝܬܐ ܕܡܐܡܪ̈ܐ ܠܬܠܬ ܓܘ̈ܕܐ . ܘܝܗܒ
ܠܥܘܡܪܐ ܕܩܪܛܡܝܢ . ܟܬܒ̈ܐ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ
ܦܚܡܐ ܒܥܠܡܐ ✣

dices *versionis* Simplicis[1], Septuagintaviralís et Harclensis, necnon tomum homiliarum in tres choros distributum; quæ *omnia* dono dedit cœnobio Cartaminensi, codices, inquam, qui pares non habent in mundo.

ܒܬܪ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܃ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܒܪ ܥܒܕܘܢ ·

77. *Post Mar Athanasium*, *Mar* JOANNES *Bar Abdun.*

ܗܢܐ ܒܡܠܝܛܝܢܐ ܐܬܝܠܕ . ܘܐܬܪܒܝ
ܒܢܟܦܘܬܐ . ܘܒܪ ܬܡܢܬܥܣܪܐ ܫܢܝܢ

Melitina oriundus, in castitate institutus, anno ætatis duodevigesimo vene-

[1]) Barhebræus in Præfatione ad suum ܐܘܨܪ ܐܪ̈ܙܐ *horreum mysteriorum* (ap. Bernstein, *Chrestomathia*, p. 145) hæc habet de versionibus syriacis S. Script.:
ܒܗܕܐ ܕܝܢ ܕܗܕܐ ܣܘܪܝܝܬܐ (ܦܫܝܛܬܐ ܕܡܫܘܝܐ
ܠܥܒܪܝܐ ܐܝܬ) ܬܠܬ ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܐܝܬ . ܚܕܐ
ܕܒܝܘܡܝ ܫܠܝܡܘܢ ܘܚܝܪܡ ܡܠܟܐ
ܐܬܦܫܩܬ . ܘܕܬܪܬܝܢ ܕܐܣܐ ܟܗܢܐ ܟܕ ܐܫܬܕܪ
ܡܢ ܐܬܘܪܝܐ ܠܫܡܪܝܢ ܐܦܫܩܗ . ܘܕܬܠܬ ܕܒܝܘܡܝ
ܐܕܝ ܫܠܝܚܐ ܘܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܕܐܘܪܗܝ ܐܬܦܫܩܬ :
ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܠܚܕܬܐ ܒܗ ܒܦܫܝܛܘܬܐ
ܦܫܩܘܗܝ ܐܚܪܢܐ . ܒܬܪܟܢ ܕܝܢ ܒܚܬܝܬܘܬܐ ܡܢ
ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܐܬܦܫܩ ܠܘܬ ܡܒܘܓ
ܡܕܝܢܬܐ : ܒܙܒܢ ܩܕܝܫܐ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ .
ܘܐܬܦܫܩܬ ܬܠܝܬܝܬ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܒܝܕ ܩܕܝܫܐ
ܬܐܘܡܐ ܕܚܪܩܠ ܒܥܘܡܪܐ ܕܐܢܛܘܢܝܢ̈ܐ .
ܠܥܬܝܩܬܐ ܕܝܢ ܕܫܒܥܝܢ ܦܘܠܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܬܠܐ ܕܡܘܙܠܬ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ
ܦܫܩ ✣ « *De ista syriaca (versione simplici quæ Hebræo respondet) tres sententiæ feruntur : prima quidem quod tempore Salomonis et Hiram regis prodiit; secunda quod Asa sacerdos, ubi fuit ab Assyrio ablegatus Samariam, eam transtulit; tertia quod diebus Adæi Apostoli et Abgari regis Edessæ fuit confecta, quando etiam novum Testamentum eadem ratione simplici conversum est. Postea* (novum Testamentum) *accuratius ex Græco idiomate in Syriacum iterum versum fuit in civitate Mabug, ætate sancti Philoxeni; demum tertia vice recensitum fuit Alexandriæ per sanctum Thomam ex Harkel in sancto cænobio Antonianorum. Vetus autem Testamentum Septuagintavirale Paulus episcopus Telæ-Mauzlat e Græco in Syriacum transtulit.* »

Porro codices, qui ab Emmanuele exarati dicuntur pertinebant: 1º ad *versionem simplicem* sive *Peschita*, quæ pro veteri Testamento immediate ex textu primigeneo manavit, neque certo est sæculo secundo post Christum recentior;

2º Ad *versionem hexaplarem veteris Testamenti*, quam jussu Athanasii Camelarii, patriarchæ Antiocheni, anno 617 Alexandriæ elaboravit Paulus, Telæ-Mauzalath episcopus Jacobita. Hæc enim versio, ad normam Hexaplorum Originis confecta, passim *septuagintaviralis* vocatur, et differt a versione *Philoxeniana* Veteris Testamenti; hanc quidem, utpote jam tunc oblivioni datam non memorat Barhebræus, sed saltem pro Psalmis et Isaïa exstitisse novimus ex testimonio Moysis Aghelæi, et codicis Ambrosiani sæc. VIII, ex quo fragmenta edidit Ceriani, in: *Monumenta sacra et profana*, etc.

3º Ad *recensionem novi Testamenti*, *Heracleensem* dictam, qua Thomas ex Harkel, adhibitis duobus vel tribus codicibus græcis, versionem Philoxenianam emendavit. Cfr. de Thoma supra pp. 267, sqq.

De versionibus syriacis *V. T.* fuse et accurate tractavit A. Ceriani, in commentatione: *le edizioni e i manoscritti delle versioni siriache del Vecchio Testamento.* Milano, 1869.

ܠܒܫ ܐܣܟܡܐ ܡܫܝܚܝܐ ܕܕܝܪܝܘܬܐ ܒܕܝܪܐ ܕܪܗܛܐ ܒܠܥܕܝ ܦܘܩܕܢܐ ܕܐܒܗ̈ܘܗܝ. ܘܟܕ ܒܗ ܡܛܠܬܗ ܐܬܐܠܨ ܡܢܗܘܢ. ܣܠܩ ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܢܚܬ ܠܡܥܪܬ ܟܐܦܝܬܐ ܚܕ ܥܠ ܣܦܬܗ ܕܦܪܬ ܘܐܬܬܠܝܬ ܠܗ ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܘܗܒܬܐ ܕܥܒܘܕܘܬ ܚܝ̈ܠܐ ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܡܫܬܡܥ ܫܡܗ ܬܡܢ. ܐܫܢܝ ܠܛܘܪܐ ܐܘܟܡܐ.

ܘܒܬܪ ܫܘܠܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܫܢ̈ܝܢ. ܟܕ ܢܚ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܨܠܝܒܐ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܘܟܠܗܘܢ ܒܚܕܐ ܢܦܫ ܢܦܠܬ ܐܨܛܒܝܘ ܕܗܘ ܢܗܘܐ ܪܥܝܐ. ܘܟܕ ܐܬܓܠܝܬ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܒܓܠܝܢܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܗܝ ܓܒܝܬܗ܆ ܫܡܥ ܠܫܘܐܠܗܘܢ. ܘܡܛܠ ܕܥܕܟܝܠ ܐܦܠܐ ܡܫܡܫܢ ܗܘܐ ܡܢ ܡܟܝܟܘܬ ܪܥܝܢܗ. ܕܟܕ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܬܫܡܫ̈ܬܐ ܟܘܗ̈ܢܝܬܐ. ܒܐܪܒܥܐ ܒܬܡܘܙ ܐܬܪܣܡ ܡܫܡܫܢܐ. ܘܒܬܪ ܝܘܡܐ ܩܫܝܫܐ. ܘܒܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܫܢܬ ܐܫܛܘ̄ ܟܕ ܒܪ ܫܬܝܢ ܫܢ̈ܝܢ. ܘܣܡ ܠܗܘܢ ܐܝܕܐ ܦܛܪܘܣ ܕܚܪܢ. ܘܟܕ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܒܟܠܗ ܛܘܟܣܐ ܕܩܢܘ̈ܢܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܡܬܕܒܪ ܗܘܐ. ܠܥܘܠܢܐ ܕܨܒܘ̈ܬܐ ܥܠܡ̈ܢܝܬܐ ܟܕ ܠܐ ܡܕܪܫ ܗܘܐ ܒܗܘܢ ܒܐܝ̈ܕܝ ܣܘܢܩܠܐ ܐܚܕ ܕܝܪܝܐ ܕܫܡܗ ܕܘܝܕ ܐܫܠܡ. ܗܘ ܕܐܦ ܒܥ̈ܕܬܐ ܘܒܐܦܪ̈ܟܝܐ ܥܘ̈ܠܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܥܒܕ.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥ ܫܢ̈ܝܢ ܕܩܡ ܪܝܫܐ ܗܘ ܩܕ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܝ̄ܐ ܐܦܝܣ̈ܩ

randam monachatus vestem in monasterio „Cursoris„ citra parentum suorum veniam induit; cumque idcirco ab eis molestiis afficeretur, ascendit in cœnobium Mar Barsumæ, ac inde descendit ut in antro quodam ad Euphratis ripam habitaret. Gratia patrandi virtutes et prodigia a Deo donatus fuit; ast animadvertens famam suam ibi celebrari, secessit in montem nigrum.

Elapsis porro annis quadraginta, obiit Mar Athanasius Saliha, atque episcopi congregati una omnes et pari inspiratione consenserunt ut ille ipsis pastor fieret; beatus autem ille *vir*, revelatione edoctus electionem suam a Deo esse, *voto illorum* cessit, cumque adhuc ne diaconus quidem ordinatus fuisset, humili de se sensu ab omnibus muniis sacerdotalibus adhuc retractus, die quarta Tamuz *(Julii)* ordinatus est diaconus, postridie vero presbyter, ac die sequenti patriarcha, anno 1315 *(Chr.* 1004), ætatis suæ sexagesimo, manum illi imponente Petro, Haranæ *episcopo*. Porro, quamvis beatus *præsul* ad perfectissimam sanctorum canonum normam ipse se gereret, administrationem tamen rerum temporalium, utpote earum imperitus, manibus syncelli cujusdam monachi, nomine David, commisit, qui quidem in ecclesias et diœceses abusus admisit plurimos.

Elapso jam spatio septem et viginti annorum quibus præerat sanctus vir,

ܐܦܝܣ. ܐܬܬܙܝܥ ܥܠܘ̄ܗܝ ܕܝܢ ܝܘܢܝܐ ܡܢ
ܢܝܩܦܘܪ ܡܝܛܪܘ̄ ܦܘܠܝܛܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ.
ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܪ ܣܟܘܠܐ ܕܡܠܟܐ ܪ̈ܗܘܡܝܐ.
ܘܐܙܠ ܠܩܘܣܛܢܛܝ̈ܢܐ ܘܐܟܠ ܩܪ̈ܨܘܗܝ
ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܗܢܐ ܡܛܥܐ ܐܦ ܠܝܘ̈ܢܝܐ.
ܘܠܟܠܗܘܢ ܠܘܬܗ ܢܓܕ. ܘܫܕܪ ܡܠܟܐ
ܐܓܪܬܐ ܘܐܝܙܓܕܐ ܠܘܬ ܟܘܪܣܘܒܘܪܓܝܣ
ܩܪܝܛܝܣ. ܕܢܐܚܘܕ ܠܪܝܫܐ ܕܝܥܩܘ̈ܒܝܐ
ܘܢܝ̈ܬܝܘܗܝ ܠܩܘܣܛ̈. ܘܨܒ ܪܓܐ ܩܪܝܛܝܣ
ܕܢܥܪܘܩܝܘܗܝ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐܘܚܕܢܐ ܕܛܝ̈ܝܐ.
ܡܛܠ ܕܒܥܘܡܪܐ ܕܒܐܪܝܕ ܗܘܐ ܠܐ ܐܫܟܚ.
ܡܬܛܪܝܕ ܡܢ ܕܚܠܬܗ ܕܡܠܟܐ. ܘܐܬܐܠܨ
ܘܐܙܠ ܥܡ ܐܝܙܓܕܐ ܘܦܪ̈ܫܐ ܕܡܠܟܐ
ܡܙ̈ܝܢܐ. ܡܛܠ ܕܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܐܝܬ ܬܡܢ
ܠܐܠܦܐ ܕܝܪ̈ܝܐ ܝܬܝܪ ܡܢ. ܘܦܣܩܝܢ
ܘܠܐ ܫܒܩܝܢ ܕܢܬܕܒܪ. ܟܕܝܢ ܐܬܛܝܒܘ
ܐܝܟ ܕܠܩܪܒܐ. ܘܐܬܘ ܠܘܬ ܠܥܘܡܪܐ
ܕܒܐܪܝܕ. ܘܟܕ ܚܙܝܗ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܩܪܝܛܝܣ ܬܘܗ. ܘܩܪܝܛܝܣ ܐܡܪ
ܪܟܝܟܐܝܬ. ܠܐ ܬܬܥܝܩ ܐܘ ܩܕܝܫܐ.
ܡܛܠ ܕܡܠܟܐ ܩܕܝܫܐ ܘܫܝܢܝܐ ܩܪܐ

ordinatisque ab eo quadraginta septem episcopis, excitata est in illum persecutio a Nicephoro, græco Melitinæ metropolita, Romani imperatoris condiscipulo. Iste enim, Constantinopolim profectus, patriarcham calumniatus est, quod nempe ipsos Græcos seduceret, omnesque ad se pertraheret[1]. Idcirco imperator nuncium cum litteris ablegavit ad Khursuburgium judicem, ut Jacobitarum caput apprehenderet et adduceret Constantinopolim. Voluisset judex patriarcham impellere ut fugeret ad Arabum territorium; at non potuit, et quia *ille* in cœnobio Barid residebat, et maxime quia ipse metu imperatoris *retinebatur;* quare coactus fuit abire cum nunciis et armatis imperatoris satellitibus, quippe qui causabant illic monachos plus quam mille versari qui sese opponerent nec sinerent *patriarcham* abduci. Itaque quasi ad prælium instructi ad cœnobium Barid adventarunt. Patriarcha vero videns judicem obstupuit, cui ille blande: «noli turbari, inquit, o vir sancte; nam imperator sanctus et pacificus te co-

[1]) Ingens incolarum numerus Melitinam seu Malatiam confluxerat a quo tempore urbem illam anno 934 Græci Saracenis eripuerant, et pæne vastatam invenerant ut constat ex supra relatis, p. 411-412; neque ii tantum monophysiticæ sectæ addicti, sed plures etiam catholici. Constat utrumque ex Michaele episcopo Taneos in Ægypto, qui ad Joannem patriarcham epistolam synodicam Christoduli, patriarchæ Alexandriæ Jacobitæ, pertulit, illamque urbem visitavit. Hæc ille scribit n *Hist. Zachariæ patriarchæ*: «nulla, inquit, urbs n tota patriarchæ diœcesi major, aut Christianis frequentior, quum in ea sex et quinquaginta ecclesiæ cernerentur, et ingens sacerdotum et laicorum Syrorum orthodoxorum numerus, qui ad sexaginta millia excedere dicebantur, omnes ad tractanda arma idonei, si quidem id necessitas aut voluntas suasisset, exclusis ab hoc censu feminis et pueris... Vidimus autem in ea plures Melchitas, qui synodum Chalcedonensem sequuntur, et in eadem urbe metropolitam habent.» *Bibl. Orient.*, II, 149, sq. Cfr. Renaudot, *Hist. patr. Alex.*, p. 403.

ܕܢܬܚܙܐ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܗܟܢܐ ܠܒܟܘܗܝ ܘܥܠܘ
ܠܡܠܝܛܝܢܝ. ܘܒܢܝܗ ܐܝܟ ܕܒܢܘܪܐ
ܡܝܩܕܝܢ ܗܘܘ. ܘܡܦܝܣܝܢ ܠܪܘܪܒܢܐ.
ܘܒܡܣܟܢܘ ܐܫܟܚܘ ܕܢܫܒܩܘܢܝܗ
ܒܙܒܢܐ ܕܣܬܘܐ. ܟܕ ܡܛܐ ܦܨܚܐ.
ܘܦܣܝܩܐ ܠܗ ܕܢܐܙܠ. ܩܡܘ ܗܘܘ ܒܢܝ
ܡܠܝܛܝܢܐ. ܕܐܦ ܠܛܠܝܐ ܙܥܘܪܐ
ܢܣܪܘܚ ܡܫܡܫܢܐ. ܘܦܣܩ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܣܒܪܐ
ܕܬܘܒ ܠܐ ܩܐܡ ܠܗܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ.

ܢܦܩ ܕܝܢ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ. ܘܥܡܗ ܫܬܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ.
ܘܕܝܪܝܐ ܘܩܫܝܫܐ ܥܣܪܝܢ. ܘܒܡܠܝܘܬܗ
ܕܣܗܪܐ ܕܚܙܝܪܢ ܫܢܬ ܐܫܡ ܥܠܘ ܠܩܘܣܛ. ܘܗܘ
ܠܒܝܫܐ ܝܘܢܝܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ. ܐܩܕܡ ܫܕܪ ܗܘ
ܟܪܘܙܐ ܕܢܟܪܙܘܢ ܒܫܘܩܐ. ܕܗܠܝܢ ܠܐ
ܡܘܕܝܢ ܒܝܠܕܬ ܐܠܗܐ. ܘܠܨܦܝܪܐ
ܣܓܕܝܢ. ܘܟܡܐ ܕܪܩܐ ܗܘܐ ܥܡܐ
ܒܐܦ̈ܝܗܘܢ ܒܪ̈ܘܩܐ. ܘܟܡܐ ܥܦܪܐ ܘܟܐܦ̈ܐ
ܪܡܘ ܥܠܝܗܘܢ ܡܢ ܐܓܪ̈ܐ. ܠܐ ܫܘܝܐ
ܠܡܬܡܠܠܘ. ܟܕ ܐܬܩܝܡܘ ܩܕܡ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܝܠܗܘܢ ܒܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܐܦܝܣ
ܗܘ ܠܗܢܐ ܡܝܛܪܘܦ̄ ܝܘܢܝܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܕܠܐ ܢܥܒܕ ܥܡܗܘܢ
ܡܫܐܠܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. ܡܛܠ ܕܪ̈ܫܝܢ ܡܬܚܫܒܝܢ
ܒܕܪܫܐ. ܐܠܐ ܠܐ ܐܦܫܪ ܗܘܐ ܕܠܐ ܢܫܐܠܘܢ.
ܘܟܕ ܫܐܠܘ ܕܡܢܐ ܡܘܕܝܢ ܐܢܘܢ. ܐܦܩܘ
ܗܢܘܢ ܕܝܠܢ ܬܪܝܢ ܣܦܪܐ ܕܩܕܝܫܝܢ

ram ipso comparere jussit.» Atque hoc modo eum apprehenderunt et ingressi sunt Melitinam, cujus incolæ igne veluti urebantur, ac ab optimatibus largitionibus ægre impetrarunt ut illum tempore hiemis *ibi* relinquerent. Cum vero paschatis tempore statutum esset illum profecturum, institerunt cives Melitinenses ut vel ipsos parvulos ordinaret diaconos, ablata illis spe patriarcham ipsis deinceps præfectum iri.

Itaque patriarcha Mar Joannes exiit Melitina una cum sex episcopis et monachis presbyterisque viginti[4], ac in plenilunio Haziran *(Junii)* anni 1340 (*Chr.* 1029) Constantinopolim pervenerunt; ast execrabilis iste Græcus Melitinensis præmiserat præconem qui per plateas clamabat illos non profiteri «Deiparam» et hircum adorare. Quot tunc sputis eorum facies consperserit plebs, quantum pulveris et quot lapides de tectis in eos projecerit, opus non est commemorare. Cum vero adstarent coram patriarcha Chalcedonensium in magna illorum ecclesia, eidem patriarchæ suasit maledictus ille metropolita Græcus Melitinensis, ne cum ipsis inquisitionem de fide institueret, quippe qui essent in disputatione exercitatissimi; at fieri non potuit quin interrogarent : interrogantibus igitur quid profiterentur, nostri eduxerunt duo

4) Juxta Michaëlem episcopum Taneos, Joannem comitati sint episcopi quatuor et monachi tres. Vide ejus testimonium apud Renaudot, *Hist. patr. Alex.*, p. 404; Assemani, *Bibl. Orient.*, II, 150; Lequien, *Or. Christ.*, II, 1382.

ܝܘܢܐܝܬ ܘܣܘܪܝܐܝܬ. ܘܟܕ ܦܬܚܘ ܟܬ̈ܒܐ
ܘܩܪܘ ܒܗܘܢ ܩܠܝܠ. ܐܡܪܘ. ܕܠܐ
ܐܝܬܝܢܟܘܢ ܕܢܐܠܦ ܡܢܟܘܢ ܗܝܡܢܘܬܐ.
ܐܠܐ ܕܢܠܦܟܘܢ ܗܘܝܢܢ. ܐܘܕܘ ܥܡܢ ܬܪܬܝܢ
ܟܝ̈ܢܐ ܒܬܪ ܚܝܕܘܬܐ. ܘܦܛܪܝܪܟ ܐܡܪ.
ܕܚܢܢ ܠܐ ܡܫܚܠܦܝܢܢ ܬܘܕܝܬܐ ܕܐܒܗ̈ܝܢ.
ܗܝܕܝܢ ܩܡ ܗܘ ܠܝܛܐ ܕܡܠܛܝܢܝܐ
ܘܐܡܪ. ܠܬܘܕܝܬܗ ܕܡܠܟܐ ܡܒܣܐ ܐܢܬ.
ܘܡܚܝܗ ܠܦܛܪܝܪܟ ܥܠ ܦܟܗ. ܗܘ
ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܐܦܢܝ ܠܗ ܗܘ ܐܚܪܢܐ.
ܘܣܓܝ̈ܐܐ ܡܢ ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܝܘ̈ܢܝܐ ܐܟܪܝ ܠܗ ܘܒܟܝܘ
ܠܗܘܢ ܘܪܛܢܘ. ܘܢܦܩܘ ܘܐܙܠܘ ܡܢ
ܬܡܢ. ܘܐܘܒܠܘ ܐܦ ܠܦܛܪܝܪܟ ܘܠܕܥܡܗ
ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܡܝܢܐ. ܘܠܝܘܡܐ
ܕܒܬܪܗ ܠܕܝܪܐ ܕܓܪܝܓܘܪܝܘܣ.

ܗܝܕܝܢ ܟܢܫܘ ܟܢܘܫܝܐ ܐܚܪܢܐ. ܘܩܪܘ
ܠܦܛܪܝܪܟ ܘܠܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ. ܘܐܘܬܒܘ ܠܦܛܪܝܪܟ
ܘܠܐܠܝܐ ܕܣܝܡܢܕܐ. ܘܒܬܪ ܣܓܝܐܬܐ ܚܙܘ
ܕܠܐ ܫܡܥܝܢ. ܘܐܡܪܘ ܕܒܠܚܘܕ ܠܐ
ܬܪܡܘܢ ܡܫܚܐ ܒܙܨܬܐ. ܘܠܐ ܬܨܠܒܘܢ
ܒܨܒܥܐ ܚܕܐ ܐܠܐ ܒܬܪܬܝܢ. ܡܛܠ
ܕܡܬܚܫܒܝܢ. ܕܒܩܠܝܠ ܩܠܝܠ
ܢܛܥܘܢ ܐܢܘܢ. ܘܟܕ ܐܦܠܐ ܗܟܢܐ ܐܬܦܝܣܘ.
ܣܓܪܘ ܐܢܘܢ ܟܠ ܬܪܝܢ ܒܚܕܐ ܕܘܟܐ.

volumina, græce et syriace conscripta. Cumque aperuissent volumina, et nonnihil in eis perlegissent: „vos non adduximus, inquierunt *adversarii*, ut fidem a vobis discamus, set ut fidem vos edoceamus; profitemini nobiscum duas naturas post unionem.” At patriarcha respondit: „nos confessionem patrum nostrorum minime mutabimus.” Tum assurgens maledictus ille Melitinensis: „confessionem imperatoris, ait, tu aspernaris,” et patriarcham in maxilla percussit; cui beatus iste et alteram obtulit. Idcirco plures ex magnatibus Græcis commoti et tristitia affecti lacrymati sunt, atque exeuntes, murmurando discesserunt; patriarcha vero ejusque socii ad monasterium Mar Mennæ, ac postridie ad monasterium Gregorii adducti fuerunt.

Coacto postmodum altero conventu, patriarcham et episcopos advocarunt, patriarcham autem et Eliam Symnadæ sedere fecerunt; cumque post plura viderent eos minime sibi acquiescere: „tantummodo, aiebant, ne misceatis oleum particulæ consecrandæ[1], et ne crucem signetis uno digito, sed duobus.” Quippe moliebantur eos ita gradatim fraude circumvenire; ast cum ne hoc quidem modo

[1]) Vox syriaca ܙܨܬܐ *xatha*, ut latine scribit J. S. Assemanus, proprie significat *fracturam*; designat autem in rebus liturgicis panem consecrandum, qui panis infra liturgiam in plures particulas seu fragmenta apud Syros frangitur. Ex hoc loco colligitur Jacobitas panem consecrandum cum oleo præparavisse. Quod et Nestoriani faciunt ut patet e canonibus Joannis Barabgari, a quo discimus Nestorianos Xatham confecisse ex farina frumenti electi, aqua pura, oleo olivæ, sale ac fermento. Cfr. Lamy, *Dissert. de Syror fide* p. 237.

ܒܘܪܟܐ ܠܬܫܪܝܢ ܒܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ . ܘܬܡܢ
ܗܘ ܠܝܛܐ ܢܝܩܦܘܪ ܡܦܝܣ ܠܚܕܚܕ
ܒܠܚܘܕ . ܗܝܕܝܢ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܘܝܐ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܡܘܫܐ ܕܚܨܢܐ . ܘܐܝܣܚܩ
ܕܥܪܩܐ . ܐܬܦܬܝܘ ܘܝܗܒܘ ܟܬܒ ܐܝܕܝܗܘܢ .
ܘܐܘܒܠܗ ܠܡܠܟܐ ܗܘ ܢܝܩܦܘܪ ܘܐܡܪ
ܕܐܢ ܡܓܪ ܪܘܚܐ ܘܠܐ ܡܫܠܚ ܐܢܘܢ ܒܥܓܠ
ܟܠܗܘܢ ܡܫܬܠܡܝܢ . ܗܝܕܝܢ ܫܕܪ ܡܠܟܐ
ܠܘܬ ܦܛܪܝ ܘܐܡܪ . ܐܢ ܡܫܬܠܡܬ ܝܗܒܝܢ
ܠܟ ܟܘܪܣܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟ . ܘܦܛܪܝ ܥܢܐ .
ܕܐܢܐ ܟܘܪܣܝܐ ܫܠܝܚܝܐ ܐܝܬ ܠܝ . ܒܐܪܥܐ
ܘܒܫܡܝܐ . ܗܝܕܝܢ ܐܬܦܣܩ ܣܒܪܗܘܢ
ܡܢܗ . ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ ܘܐܘܒܠܘܗ ܠܓܠܘܬܐ
ܠܐܣܛܪܘܢܐ . ܕܝܪܐ ܕܓܝܐܘܣ ܕܒܬܚܘܡܐ
ܕܒܘܠܓܪܝܐ . ܘܥܡܪ ܬܡܢ ܫܢܝܐ ܐܪܒܥ .
ܘܫܢܝ ܒܬܪܝܢ ܒܫܒܛ . ܫܢܬ ܐܫܡܕ .
ܘܐܬܩܒܪ ܒܐܝܕܝ ܬܠܡܝܕܗ ܝܘܚܢܢ .
ܗܘ ܕܢܦܩ ܠܣܘܪܝܐ . ܘܐܝܬܝ ܥܡܗ
ܟܪܟܐ ܕܟܬܒ ܗܘܐ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܩܕܡ
ܡܘܬܗ . ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܦܪܩܘ ܡܢܗ .
ܕܐܢ ܢܬܘܒܘܢ ܢܬܩܒܠܘܢ .

flecterentur, bini et bini in uno loco usque ad Teschrin (*Octobrem*) inclusi fuerunt ac magnis cruciatibus *affecti*. Illic maledictus ille Nicephorus singulos seorsim blandimentis tentari curavit; tum miser Ignatius Melitinæ, Moses Hesnæ[1] et Isaac Arkæ[2] seducti fuere ac dederunt chirographum quod imperatori attulit Nicephorus, dicens : „si modo patientiam habueris nec eos cito dimiseris, consentient omnes.“ Tum imperator patriarcham accersivit, eique dixit : „si consentias, concedimus tibi thronum Antiochiæ.“ Cui patriarcha respondit : „ad me quod attinet, habeo thronum apostolicum in terra et in cœlo.“ Inde evanuit spes *quam* de ipso *conceperant*, jussitque imperator patriarcham in exilium abduci in monasterium Gaii ad confinium Burgarorum[3] *(Bulgarorum)*. Illic autem mansit quatuor annis, obiitque secundo Schebat *(Februarii)* anni 1344 *(Chr.* 1033)[4] et sepultus fuit cura discipuli sui Joannis, qui in Syriam profectus secum attulit volumen a beato *patriarcha* ante obitum conscriptum de eis qui ab ipso defecerant, eos nempe, si pœniterent, recipiendos esse.

¹) ܚܨܢܐ *Hesna*, id est castrum. Tria diversa loca hac appellatione veniunt ܚܨܢ ܟܐܦܐ *Cepha castrum*, urbs Mesopotamiæ ad Tigrim; ܚܨܢ ܡܢܨܘܪ *Mansur castrum*, urbs episcopalis apud Samosatam, monte ipsum inter et Melitinam posito; ܚܨܢܐ ܕܙܐܝܕ *Zaid castrum*, urbs episcopalis in quarta Armenia juxta divisionem Abulphedæ. In præsenti loco sermo fit, ut conjecerim, de illa Hesna, quæ Hesna Mansur dicitur.

²) ܥܪܩܐ, *Arca*, non ea, inquit Assemanus, *(Diss. de Monoph.*, 65), quam in Phœnicia Ptolemæus et Socrates, Tripolim inter et Antaradum memorant, sed quæ in *Antonini Itinerario* a Melitina, Armeniæ urbe, millibus passuum 28 distare dicitur, quam et Barhebræus inter septem episcopatus circa Melitinam positos recenset.“

³) Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 353 vertit : „ad cœnobium Caii, quod *in regione* Bulgarorum situm est, relegatus fuit.“

⁴) Juxta Michaëlem episcopam Taneos, *loc. cit.*, obierit Joannes Abdun jam anno 747 æræ martyrum, id est anno Christi 1031.

ܘܟܕ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܬܕܪܝ ܠܐܟܣܘܪܝܐ.
ܐܝܬܝܘ ܠܐܦܣܩܦܐ ܩܕܡ ܦܠܛܝܢ ܕܡܠܟܐ.
ܘܠܬܠܬܝܢ ܬܠܬܐ ܕܝܗܒܘ ܗܘܘ ܟܬܒ
ܐܝܕܝܗܘܢ ܠܢܝܩܝܦܘܪ ܫܠܚ ܐܢܘܢ ܦܛܪ
ܝܪܟܐ ܕܝܘܢܝܐ ܘܥܡܕ ܐܢܘܢ. ܘܗܘܘ ܓܘܟܐ
ܠܫܐܕܐ. ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܐܝܓܢܐܛܝܣ ܕܡܠܝܛܝܢܐ
ܚܢܝܩ ܒܥܩܬܐ ܡܪܝܪܬܐ ܫܠܝ ܘܡܝܬ.
ܘܬܪܝܢ ܐܚܪܢܐ ܥܪܩܘ ܘܐܬܘ ܠܣܘܪܝܐ
ܘܒܬܝܒܘܬܐ ܫܠܡܘ ܚܝܝܗܘܢ. ܘܡܪܝ ܐܠܝܐ
ܕܣܘܢܢܕܐ. ܓܒܪܐ ܡܡܠܠܐ ܘܣܒܐ ܩܕ.
ܡܢ ܕܙܟܐ ܐܢܘܢ ܒܕܪܫܐ. ܠܘܬ ܬܪܥܐ
ܕܦܠܛܝܢ ܪܓܡܘܗܝ ܘܩܛܠܘܗܝ. ܘܝܘܚܢܢ
ܕܚܕܬ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܫܠܡ ܚܝܘܗܝ
ܘܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܬܠܦܛܪܝܩ ܒܬܪ ܡܘܬܗ
ܕܡܠܟܐ ܢܦܩ ܘܦܢܐ ܠܟܘܪܣܝܗ ܒܬܘܕܝܬܐ
ܬܪܝܨܬܐ.

Postquam patriarcha in exilium relegatus esset, episcopi *Jacobitæ* ad palatium imperatoris adducti fuere; tres autem illos qui subscriptionem Nicephoro dederant, patriarcha Græcorum exuit et iterum baptizavit[1]. Facti sunt dæmonibus ludibrium: unus eorum, Ignatius Melitinæ, acerbo mœrore correptus, subito mortuus est, ceteri vero duo aufugerunt et in Syriam pervenerunt, ubi in pœnitentia vitam consummarunt. Quod attinet ad Mar Eliam Symnadæ[2], virum disertum et senem sanctissimum, hunc cum in disputatione adversarios illos devicisset, ad portam palatii lapidarunt et occiderunt; Joannes vero Hadeth[3] in carcere diem clausit, ac Dionysius Tel-Patriciæ[4] post mortem imperatoris liber evasit, et orthodoxa fide servata, ad sedem suam reversus est.

ܥܠ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܥܒܕܘܢ. ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܕܗܘ ܗܝܗܗ.

78. *Post Mar Joannem Abdun,* Dionysius *Heheh*[5].

ܡܢ ܒܬܪ ܕܗܘ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܒܪ ܥܒܕܘܢ ܒܐܟܣܘܪܝܐ ܐܬܢܝܚ ܐܬܟܢܫܘ

Postquam beatus Mar Joannes Bar Abdun in exilio obiisset, convene-

[1]) Tradit Michaël, vitæ Zachariæ auctor, apud Renaudot, p. 405, duos metropolitas, Melchitarum fidem amplexos, factos esse subdiaconos.

[2]) ܣܘܢܢܕܐ «*Symnada*, vulgo *Synnada* et *Synnas*, Phrygiæ urbs, Jacobitis olim frequens.» Assemanus, *Dissert. de Monophys.* 111.

[3]) ܚܕܬ *Hadeth* seu ܚܕܬܐ *Hadatha*. Duplex occurrit hujus nominis civitas, teste Abulpheda, altera in Mesopotamia ad Euphratem fluvium haud procul ab Anbara seu Pheroz-Sapor: altera extra Mesopotamiam ad Tigrim versus ortum eo loco posita, quo Zeba major Tigri miscetur. Ita Assemanus, *Dissert. de Monophys.*, 84 sq.

[4]) ܬܠܦܛܪܝܩ, *Tel Patricia*, castrum circa Melitinam, cujus episcopi laudantur in chronico Barhebræi Dionysius et Timotheus. Assemanus, *Dissert. de Monophys.*, p. 116.

[5]) Assemanus loco ܗܝܗܗ *heheh*, legit ܗܝܝܐ *hoje* vel *haje*, *Bibl. Orient.*, II, 353. Exstat in *Tractatu de fide Patrum epistola synodica* Dionysii ad Senuthium patriarcham Alexandrinum. Assem., *ibid.*, I, 625.

ܒܬܡܢܝܢ ܩܪܝܬܐ ܕܩܠܘܕܝܐ. ܘܐܬܓܒܝ
ܗܝܗ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܕܝܪܐ ܕܠܥܙܪ ܕܒܐܬܪܐ
ܕܓܘܒܘܣ. ܗܢ ܕܕܝܪ̈ܝܐ ܐܪ̈ܡܢܝܐ ܐܝܬ ܒܗ
ܡܥܡܪܝܢ. ܒܩܠܝܘܪܝܐ ܕܒܙܓܢܘܟ ܠܥܠ
ܡܢ ܛܢܓܘ ܩܪܝܬܐ. ܘܐܬܬܣܝܡ ܒܕܝܪܐ
ܕܡܪܝ ܕܘܡܛ ܕܒܗ ܒܐܬܪܐ ܕܩܠܘܕܝܐ.
ܘܐܬܩܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ
ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܕܩܠܝܣܘܪܐ. ܗܘ ܕܒܢܐ
ܠܗܝܟܠܐ ܥܬܝܩܐ ܕܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ
ܒܪܨܘܡܐ. ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܠܫܡܐܐ
ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܚܡܫ.

ܘܟܕ ܐܪܓܫܘ ܟܠܩܕܘܢܝܐ ܕܡܠܝܛܝܢܝ
ܕܐܬܬܣܝܡ ܦܛܪܝܪܟ ܐܪܬܕܘܟܣܘ. ܐܘܕܥܘ
ܒܩܘܣܛܢܛ̈ܝܢܘܦ. ܘܐܬܐ ܦܘܩܕܢܐ ܕܢܬܐܚܕ
ܘܢܬܓܪܫ. ܪ̈ܝܫܢܐ ܕܝܢ ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܕܒ̈ܢܝ
ܡܠܝܛܝܢܝ. ܥܒܪܘܗܝ ܠܦܛܪܝܪܟ:
ܠܐܘܚܕܢܐ ܕܛܝ̈ܝܐ. ܘܐܙܠ ܝܬܒ ܒܐܡܝܕ.
ܘܡܢ ܗܝ ܙܒܢܐ ܗܘܬ ܐܡܝܕ ܟܘܪܣܝܐ
ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ. ܘܡܬܓܪܓ ܗܘܐ ܬܡܢ.
ܘܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ ܕܡܪܕܝܢ ܟܠܗ
ܙܒܢܐ ܕܚ̈ܝܘܗܝ. ܕܒܪ ܠܥܕܬܐ ܫ̈ܢܝܐ ܥܣܪ.
ܘܐܣܪܚ ܐܦܣܩ̈ ܬܠܬܝܢ ܘܫܬܐ. ܘܟܕ ܫܢܝ
ܘܐܬܬܢܝܚ ܦܓܪܗ ܒܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܒܗ
ܒܐܡܝܕ ܒܓܒܐ ܓܪܒܝܝܐ.

ܒܬܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܐܚܘܗܝ
ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܥܒܕܘܢ.

runt episcopi in Tamenin Claudiæ *regionis* pago, et electus fuit Heheh archimandrita monasterii Lazari in regione Gubensi, quod monachi Armeni hodie inhabitant quodque vocatur Bazgaunoch supra Tangu pagum. Ordinatus fuit in monasterio Mar Domitii ejusdem regionis Claudiæ, et vocatus Dionysius, manum illi imponente Mar Abrahamo Callisuræ[1] qui antiquum templum monasterii Mar Barsumæ ædificavit, anno millesimo tercentesimo quadragesimo quinto (*Chr.* 1034).

Chalcedonenses vero Melitinenses, statim ac perceperunt orthodoxis patriarcham esse constitutum, id Constantinopoli denuntiarunt, advenitque mandatum ut ille apprehenderetur et ablegaretur; at vero fidelium Melitinensium optimates patriarcham illico transmiserunt ad ditionem Arabum, isque profectus Amidam, ibi consedit. Itaque ex illo tempore Amida facta est sedes patriarchæ, qui commoratus est illic, vel in cœnobio Mar Ananiæ Mardensi toto vitæ suæ tempore. Ecclesiam rexit annis decem, et episcopos ordinavit triginta sex : quo defuncto, conditum fuit ejus corpus in ecclesia magna Amidæ ad latus septentrionale.

79. *Post Dionysium*, JOANNES, *Joannis Bar-Abdun ex fratre nepos*[2].

[1]) ܩܠܝܣܘܪܐ, *Callisura*, urbs episcopalis ex septem quæ circa Melitinam sunt. Assemanus, *Diss. de Monophys.*, p. 72.

[2]) In serie patriarcharum a Barsalibæo descripta et in vita Christoduli Alexandrini legitur «ex *sorore* nepos.» Synodicæ ejus epistolæ ad Christodulum habentur in *Tract. de fide Patrum* in cod. Arab. Vatic. XXXIII, apud Assemanum, *Bibl. Or.*, I, 625.

ܡܢ ܒܬܪ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. ܘܦܫܬ
ܥܕܬܐ ܐܪܡܠܬܐ. ܡܪܚܘ ܐܢܫܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܠܡܫܢܝܘ ܡܢ ܟܘܪܣܝܐ ܠܟܘܪܣܝܐ. ܡܢ
ܡܒܛܠܝܢ ܠܩܢܘܢܐ. ܗܝܕܝܢ ܛܢܘ ܐܦܣܩܦܐ
ܕܫܪܟܐ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܒܝܪܚ ܐܒ ܕܫܢܬ
ܐܠܦ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ. ܘܥܒܕܘ ܓܒܝܬܐ.
ܘܐܬܬܘ ܠܒܘܕܪܐ ܪܒܢ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܕܝܪܝܐ
ܕܥܘܡܪܐ ܕܒܪܓܓܝ ܕܒܥܘܪܐ ܕܡܠܝܛܝܢܝ.
ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܪ ܐܚܐ ܕܗܘ ܕܩܕܡ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܥܒܕܘܢ. ܘܟܕ ܨܒܘܗܝ ܐܦܣܩܦܐ
ܘܒܢܝ ܥܕܬܐ ܐܫܬܘܝܘ. ܗܘ ܠܐ ܐܫܬܘܝ.
ܐܠܐ ܥܪܩ ܘܐܙܠ ܠܐܬܪܐ ܕܕܘܠܝܟ. ܘܐܙܠܘ ܐܦܣܩܦܐ
ܠܘܬܗ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܬܘܒ ܥܪܩ ܘܐܙܠ
ܐܬܛܫܝ ܒܡܥܪܬܐ ܚܕܐ. ܘܐܕܪܟܘܗ ܐܦܣܩܦܐ
ܘܠܒܟܘܗܝ ܩܛܝܪܐܝܬ. ܘܣܡܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܒܦܪܘܙܡܢ. ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܐܠܝܐ
ܕܙܘܓܡܐ. ܘܐܬܩܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܫܡܐ ܕܕܗ.
ܘܗܘ ܒܐܡܝܕ ܡܬܟܪܟ ܗܘܐ ܘܒܐܬܪܗ ܕܡܢ :
ܥܒܪܝ ܠܐܦܣܩܦ ܕܣܛܘ. ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܡܪܝܕܘܬܐ
ܐܦܪܣܘ. ܡܫܠܡܐܝܬ ܓܙܪ ܡܢܗܘܢ ܪܥܝܘܬܐ.
ܘܫܡܫ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܫܢܝܢ ܬܡܢܐ
ܘܝܪܚܐ ܥܣܪܐ. ܘܐܦܪܣ ܬܠܬܝܢ ܐܦܣܩܦ.
ܘܫܢܝ ܒܐܡܝܕ. ܘܐܬܬܣܝܡ ܦܓܪܗ ܩܕ
ܒܥܕܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ.

Defuncto Mar Dionysio, et ecclesia vidua remanente, ausi sunt episcopi nonnulli de sede ad sedem transire, conculdando canones. Tunc episcopi ceteri, zelo incensi, convenerunt mense Ab *(Augusto)* anni millesimi tercentesimi sexagesimi *(Chr.* 1049); electionem fecerunt ac meminerunt magistri Theodori, monachi cœnobii Bar-Gaghi in agro Melitinensi, qui erat sancti Mar Joannis Abdun ex fratre nepos; de hoc cum episcopi omnes et ecclesiæ filii consentirent, ipse non consensit, sed fuga arrepta abiit ad regionem Dulichiæ, quo et episcopi perrexerunt; ast ille inde iterum fugiens, sese recepit in quemdam montis anfractum ibique delituit; eum vero mox assecuti episcopi vi apprehenderunt atque ordinarunt in Pherozmani[1], manum ei imponente Elia Zeugmæ *episcopo*. Appellatus est nomine patrui sui Joannes. Porro ille in urbe Amidæ et in agro ejus commorans episcopos transgressores correxit et illos qui manifestæ rebellionis rei essent penitus pastorali munere exuit; functus vero patriarchatu octo annis et decem mensibus et ordinatis triginta episcopis, obiit Amidæ, ac sepultum fuit sanctum ejus corpus in ecclesia Deiparæ.

ܒܬܪ ܝܘܚܢܢ. ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܗܘ ܚܝܐ.

ܟܕ ܕܝܢ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟ ܫܢܝ ܒܐܡܝܕ.

80. *Post Joannem*, ATHANASIUS *Haje*.

Cum Mar Joannes patriarcha obiis-

[1]) Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 354, ex codice Romano ita habet : «Elias Zeugmæ episcopus manum ei imposuit in synodo episcoporum Amidæ.»

ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣ̈ܩ ܡܥܪ̈ܒܝܐ . ܘܓܒܘ
ܠܐܬܢܐܣܝܘܣ ܐܪܫܡܫܛܝܐ ܕܗܘ ܚܝܐ .
ܗܘ ܕܫܒܩ ܗܘܐ ܡܪܥܝܬܗ ܘܒܥܘܡܪܐ
ܕܡܪܝ ܐܗܪܘܢ ܕܣܝܓܪܐ ܥܒܕ ܠܗ ܒܝܬܐ .
ܘܐܩܝܡܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟ ܒܕܝܪܐ ܕܦܪܝܣ
ܕܒܐܬܪܐ ܕܚܨܢܡܢܨܘܪ ܒܫܢܬ ܐܫܣܛ .
ܡܕܢ̈ܚܝܐ ܕܝܢ ܐܬܟܪܝܘ ܒܗ · ܒܥܠܬܐ
ܕܐܝܬܘ̄ܗܝ ܗܘܐ ܐܦܝܣ̄ܩ . ܗܘ ܕܝܢ ܕܫܪܝܪܬܐ .
ܥܠ ܕܠܐ ܒܨܒܝܢܗܘܢ ܗܘܐ · ܘܐܬܟܢܫܘ
ܐܦܝܣ̈ܩ ܐܢܫܝܢ ܙܥܘ̈ܪܝ ܡܢܝܢܐ ܒܚܡܬܐ .
ܘܒܩܛܝܪܐ ܠܝܫܘܥ ܣܦܪܐ ܕܐܡܝܕ ܣܘܢܩܠܐ
ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܘܬܪܒܝܬܗ . ܓܒܪܐ ܡܠܝܠܐ .
ܘܐܣܪܚܘܗܝ ܒܐܡܝܕ .

ܘܗܝܕܝܢ ܒܝܕ ܡܐܡ̈ܪܐ ܡܨܥܪ̈ܢܐ . ܥܠ
ܐܘܠܐ ܕܡܛܠܣܝܡܘܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܚܝܐ .
ܕܡܛܠܬܗ ܡܬܟܪܝܢ ܗܘܘ ܒܢ̈ܝ ܥܕܬܐ
ܕܠܐ ܢܡܘܣܝܬܐ ܗܝ . ܡܠܝܗ ܠܥܕܬܐ . ܘܚܝܐ
ܘܒܢ̈ܝ ܓܢܣܗ . ܚ̈ܣܕܐ ܘܟܠ ܨܘ̈ܚܝܬܐ ܐܪܡܝܢ
ܗܘܘ ܥܠ ܒܪ ܫܘܫܢ . ܡܛܠ ܕܫܒܩ
ܠܢܦܫܗ ܕܢܬܣܪܚ ܒܬܪ ܡܬܬܣܪܚܢܘܬܗ
ܕܚܝܐ . ܘܡܦܩܢܘܬܐ ܥܒܕ ܒܚܝܐ ܗܘܘ
ܡܛܠ ܗܘ ܕܟܒܪ . ܐܦܝܣܩ ܗܘܐ ܚܝܐ
ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܗܘܐ . ܕܗܐ ܟܠ ܐܦ ܡܠܛܝܘܣ
ܕܣܒܣܛܝܐ . ܘܐܠܝܐ ܕܐܘܦܡܝܐ . ܘܐܝܘܐܢܢܝܣ
ܕܚܪܢ . ܟܕ ܐܦܝܣ̈ܩ ܗܘܘ ܦܛܪܝܪ̈ܟܐ ܗܘܘ
ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܐܝܟ ܦܪܘܩܠܘܣ ܕܩܘܙܝܩܘܣ

set Amidæ, congregati sunt episcopi occidentales et elegerunt Athanasium Arsamosatæ, Haje dictum, qui, relicto grege suo, in monasterio Mar Aaronis Sigaræ sedem fixerat, eumque patriarcham constituerunt in monasterio Pharis regionis Hesen Mansur, anno 1369 (*Chr.* 1058). At vero Orientales illi offensi erant, eo quidem prætextu quod fuerat episcopus, re autem vera quod citra ipsorum consensum fuerat constitutus. Itaque episcopi nonnulli, numero pauci, convenerunt indignabundi, atque vi ordinarunt Amidæ Josuam scribam, Mar Joannis syncellum et alumnum, virum disertum.

Tum per tractatus contumeliosos de facinore secundæ ordinationis Hajæ, de qua utpote illegitima omnes Ecclesiæ filii offendebantur, *Josue* Ecclesiam implevit; Haje vicissim ejusque asseclæ probra et vituperia effundebant in Bar-Susan, eo quod sese ordinari permisisset post Hajæ ordinationem; porro excusationem de Hajæ, *utpote* jam episcopi, ad patriarchatum promotione hanc proferebant, quod pariter Meletius Sebastiæ[1], Elias Euphemiæ[2] et Joannes Haran[3], quamquam episcopi essent, patriarchæ Antiochiæ facti fuerant, quemadmodum Proclus Cyzici et Anthimus facti sunt patriarchæ Constantinopoleos[4]. Adver-

[1]) Cfr. supra, p. 98.
[2]) Cfr. supra, p. 298.
[3]) Cfr. supra, pp. 306-308.
[4]) Cfr. supra, pp. 156-158. Olim rariores fuerunt apud Jacobitas episcoporum translationes. Recentioribus autem temporibus mos invaluit ut ad dignitatem patriarchæ non alii quam episcopi promoverentur.

ܘܐܠܚܡܣܘܣ ܠܘܩܒܠ ܗܘܘ ܦܠܛܝܪܘܣ
ܠܡܘܫܚ̈ܬ ܘܠܡܘܡܣܐ ܗܟܢ ܐܡܪ ܒܪ
ܫܘܫܢ ܕܗܐ ܐܦ ܫܠܝ̈ܚܐ ܢܣܒܘ ܢܫ̈ܐ
ܘܐܟܠܘ ܒܣܪܐ ܘܓܙܪܘ ܓܙܘܪܬܐ .
ܘܛܘܪ̈ܬܐ ܡܩܪ̈ܒܘ ܠܡܬܓܪܓܢܘܬܐ ܕܢܦ̈ܫܬܐ
ܕܒܢ̈ܝܢܫܐ . ܐܝܟ ܕܬܒܥ ܗܘܐ ܙܒܢܐ
ܒܗܢܘ . ܘܠܐ ܡܛܠܗܕܐ ܐܦ ܠܢ ܫܠܝܛܐ
ܠܡܛܥܢܘ ܗܟܝܢ . ܘܐܒܘܗܝ ܕܬܐܘܠܘܓܘܣ
ܐܘܪܬܗ ܥܕܬܗ ܠܗܢܐ . ܕܠܐ ܢܡܘܣܝܬܐ ܗܝ
ܝܘܡܢܐ . ܘܠܐ ܝܐܐ ܠܢ ܠܡܫܬܠܡܘ
ܠܩܕ̈ܡܝܐ ܐܢ ܓܕܫ ܕܢܥܒܪܘܢ ܥܠ ܢܡܘܣܐ .
ܐܘ ܕܢܩܛܘܠ ܠܐܚܐ ܐܝܟ ܩܐܝܢ .
ܘܠܡܫܬܘܬܦܘ ܠܘܬ ܚܬܐ ܐܝܟ ܐܡܢܘܢ . ܘܠܘܬ
ܐܢܬܬ ܐܒܐ ܐܝܟ ܐܒܫܠܘܡ . ܘܠܘܬ ܒܢ̈ܬܐ
ܐܝܟ ܠܘܛ . ܘܠܘܬ ܟܠܬܐ ܐܝܟ ܝܗܘܕܐ
ܒܪ ܝܥܩܘܒ . ܟܕ ܚܙܐ ܒܪ ܫܘܫܢ ܕܐܦ
ܠܗ ܬܠܡ̈ܝܕܐ ܪܕܝܢ ܕܚܝܐ ܕܢܥܠܘܢ
ܠܡܪ̈ܘܬܐ ܦܨܠ ܠܟܠܗܘܢ ܕܢܫܒܘܩ ܡܢ
ܪܥܝܘܬܐ . ܘܥܠ ܥܒܕܐ ܥܡ ܟܬܒ̈ܐ
ܒܫܠܝܘܬܐ . ܘܐܫܬܪܪ ܚܝܐ . ܗܘ ܕܒܪ
ܠܟܘܪܐ ܫܢ̈ܝܐ ܚܡܫ ܘܦܠܓܗ . ܘܐܣܪܚ
ܐܦ̈ܣܩ ܥܣܪܝܢ . ܘܡܢܗܘܢ ܐܝܓܢܛܝܘܣ
ܒܪ ܚܬܗ ܕܐܣܪܚܗ ܠܡܠܝܛܝܢܐ . ܓܒܪܐ
ܕܪܫܐ ܠܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܠܫܢ̈ܐ ܝܘܢܝܐ ܘܣܘܪܝܝܐ .
ܐܝܟ ܝܥܩܘܒ ܕܐܘܪܗܝ ܘܬܐܘܡܐ ܚܪܩܠܝܐ .
ܘܒܐܘܡܢܘܬܐ ܡܠܠܝܬܐ ܘܓܪܡܛܝܩܝ . ܠܘܬ
ܗܘܐ ܠܗ ܫܘܝܐ ܒܢ̈ܝ ܕܪܗ . ܦܫܝܛܐ
ܕܝܢ ܘܬܪܝܨܐ ܘܡܪܚܡܢܐ ܘܪܚܡ ܡܣܟܢܘܬܐ .
ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܫܒܩ ܗܘܐ ܡܕܡ ܒܩܠܝܬܗ .
ܗܝܕܝܢ ܬܘܒ ܐܬܬܥܝܪ ܪܕܘܦܝܐ ܥܠ

sus illa ita respondit Bar-Susan : « sane ipsi apostoli uxores habuerunt, carnem manducarunt, circumcisionem administrarunt et observantias judaicas ad lucrandas hominum animas pro exigentia temporis adhibuerunt, quin propterea etiam nobis liceat talia custodire; similiter pater «Theologi» huic ecclesiam suam hæreditate transmisit, quod hodie illegitimum foret. Itaque non decet sese conformare veteribus, si contingat eos legem fuisse transgressos, puta ut quis occidat fratrem ut Cain, aut rem habeat cum sorore ut Amnon, sive cum uxore patris ut Absalom, sive cum filiabus ut Lot, sive cum nuru ut Judas, Jacobi filius. » Attamen cum perspiceret Bar-Susan Hajæ asseclas in eo esse ut ad ipsos reges causam perferrent, muneris pastoralis abdicandi consilium executus est, et scriptione *librorum* occupatus quiete egit. Confirmatus est itaque Haje qui per annos quinque cum dimidio ecclesiam rexit atque ordinavit episcopos viginti, inter quos erat Ignatius ejus ex sorore nepos, quem Melitinæ ordinavit, vir utriusque linguæ, græcæ et syriacæ peritus, sicut Jacobus Edessenus et Thomas Harklensis, in arte dialectices et grammatices parem inter æquales habens neminem, simplex præterea et rectus, misericors et paupertatis adeo amans ut nihil in ejus cella remaneret.

Tunc iterum adversus orthodoxos

ܡܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܥܠ ܐܬܬܥܝܪ ܗܘܐ ܪܕܘܦܝܐ
ܩܫܝܐ . ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܢ ܚܢ̈ܦܐ ܥܫܢ ܗܘܐ
ܥܠܝܢ ܥܠ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ . ܘܐܬܐܚܕ
ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟ ܕܗܘ ܚܝܐ . ܘܐܦܝܣ̈ܩ
ܕܥܡܗ . ܘܐܬܚܒܫܘ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ
ܐܒܕܘܟܘܣ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܕܠܥܠ ܡܢ
ܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܡܢ ܐܦܩܘ ܐܢܘܢ ܕܢܐܙܠܘܢ
ܠܩܘܣܛܢ̈ܝ . ܘܟܕ ܡܛܘ ܠܥܪܩܐ . ܥܢܕ
ܡܪܝ ܐܬܢܐܣ ܦܛܪܝܪܟ . ܘܐܬܬܢܩܠ
ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܐܗܪܘܢ ܕܣܓܪܐ ܘܐܬܩܒܪ
ܬܡܢ . ܘܠܐܝܓܢܛܝܘܣ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܒܪ
ܚܬܗ ܕܦܛܪܝܪܟ ܐܘܒܠܘܗܝ ܠܩܘܣܛ̈ܢܝ . ܘܟܕ
ܫܐܠܘܗܝ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܚܝܠܬܢܐܝܬ ܦܢܝ ܦܘܢܝܬܐ .
ܕܚܕ ܡܢ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܠܬܐ ܐܠܗܐ .
ܐܬܓܫܡ ܠܐ ܡܫܬܚܠܦܐܝܬ ܡܢ ܒܬܘ
ܠܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ . ܘܐܝܬܘܗܝ ܘܡܬܟܪܙ.
ܚܕ ܗܘ ܗܘ ܒܪܐ . ܡܪܢ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ . ܫܘܐ ܡܢ ܠܐܒܐ ܒܐܘܣܝܐ ܗܘ
ܕܐܠܗܘܬܐ . ܫܘܐ ܕܝܢ ܠܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܗܘ
ܗܘ ܒܐܢܫܘܬܐ . ܚܕ ܡܢ ܬܪ̈ܬܝܢ
ܐܠܗܘܬܐ ܘܐܢܫܘܬܐ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܒ̈ܗܬܐ

a Chalcedonensibus excitata est persecutio dira et vehemens, qualis olim ab ethnicis in christianos invaluerat. Athanasius Haje patriarcha et socii ejus episcopi comprehensi fuerunt et inclusi in cœnobio Græcorum Mar Abdychi[1] supra Melitinam sito; postea eos *inde* eduxerunt ut Constantinopolim peterent; sed cum Arcam pervenissent, obiit Mar Athanasius patriarcha, et translatus fuit in cœnobium Mar Aaronis Sigarense, ibique sepultus. Ignatium vero Melitinæ, patriarchæ ex sorore nepotem, abduxerunt Constantinopolim, cumque ipsum de fide interrogarent, strenue ita respondit : « unus de Trinitate, Deus Verbum, incarnatus est absque commutatione ex Virgine Deipara Maria; is revera est et prædicatur unus et idem Filius, dominus Jesus Christus, æqualis quidem Patri in essentia deitatis, idem etiam æqualis nobis hominibus in humanitate; unus ex duobus, divinitate et humanitate. Et, quemadmodum Patres sancti dixerunt, una est natura Verbi incarnata[2], sicut etiam

[1]) Assemanus, *Bibl. orient.*, II, 355, habet *in cœnobio S. Eudoxii*, adeoque in codice suo legerit ܐܘܕܘܟܣܝܘܣ pro ܐܒܕܘܟܘܣ.

[2]) Ista locutio, qua sæpius abusi sunt Monophysitæ, desumpta est ex *Epistola* S. Cyrilli Alexandrini ad Succensum (Migne, *Patrol. gr.*, LXXVII, 233) : « *Considerantes*, inquit, *modum humanationis, intelligimus duas inter se indissolubili unione convenisse naturas* (φύσεις), *citra confusionem atque immutationem ullam : caro enim caro est, et non divinitas, etiamsi Dei caro facta est : itemque Verbum Deus, et non caro, quamvis dispensatoria ratione propriam sibi fecerit carnem. Igitur cum id consideramus, nihil illum in unitatem concursum violamus; dum ex duabus naturis factum esse dicimus : sed post unionem, naturas alteram ab altera non dividimus, neque in duos filios illum unum impartibilemque secamus, sed unum asserimus Filium, et, ut sancti Patres dixerunt,* UNAM NATURAM DEI VERBI INCARNATAM (μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λογοῦ σεσαρκωμένην). » Iisdem verbis utitur S. Cyrillus in *Epistt*, 40 et 46, in *Lib. II adv. Nestor.* et in *Dial. quod unus sit Christus* (Migne, *Patrol. gr.*, LXXV, 1290; LXXVI, 60; LXXVII, 193-239-243). S. Athanasius, in Oratione *De Incarn. Verbi* (*Opp.*, IV, 27), si tamen ipsius sit, hac lo-

ܡܬܩܪܝܐ ܐܦܢܘ ܚܕ ܟܝܢܐ ܕܡܠܬܐ ܕܡܬܒܣܪܐ.
ܐܘܟܝܬ ܕܐܦ ܚܕ ܩܢܘܡܐ. ܢܛܝܪ ܕܝܢ ܐܦ
ܫܘܚܠܦܐ ܐܘܣܝܝܐ. ܕܗܠܝܢ ܕܡܢܗܘܢ
ܐܝܬܘܗܝ ܘܡܬܪܟܒ. ܗܘ ܚܕ. ܠܐ ܕܝܢ
ܚܫ ܗܘܦܟܐ ܐܘ ܒܘܠܒܠܐ ܚܣ.
ܘܠܗܠܝܢ ܕܒܚܕܬܘ ܦܫܛܐ ܡܠܦܝܢ
ܬܪܝܢ ܟܝܢܐ ܘܐܘܣܝܣ ܘܡܥܒܕܢܘܬܐ
ܘܨܒܝܢܐ ܠܐ ܡܩܒܠܝܢ. ܘܟܕ ܣܓܝܐܬܐ
ܐܬܐܡܪ̈ܝ ܒܡܨܥܬܐ ܫܕܪܘܗܝ ܠܐܣܘܪܐ.
ܒܛܘܪܐ ܕܓܐܝܘܣ ܕܡܩܕܘܢܝܐ. ܘܦܫ ܬܡܢ
ܒܐܘܠܨܢܐ ܬܠܬ ܫܢܝܢ. ܟܕ ܡܬܛܦܫ.
ܘܐܦ ܕܠܡܓܚܟܘܬܐ ܐܦ ܠܡܦܠܚ ܚܩܠܬܐ
ܘܟܪ̈ܡܐ ܡܫܬܕܪ ܗܘܐ ܠܗ. ܥܕܡܐ ܕܡܝܬ
ܡܠܟܐ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܕܘܩܣ. ܘܐܫܬܪܝܘ
ܫܒܝܐ. ܘܐܦ ܗܘ ܢܦܩ ܘܐܬܐ ܠܡܠܝܛܝܢܐ.
ܘܩܡ ܥܠ ܟܘܪܣܝܗ.

una *est* hypostasis; servatur quoque differentia essentialis eorum e quibus existit et componitur ille unus. Non autem passus est conversionem aut confusionem, absit! Illos vero qui novo dogmate docent duas naturas et essentias, et operationes, et voluntates non recepimus. » Cumque plurima in medium essent prolata, eum exilio damnarunt montis Gajæ in Macedonia. Ibi in angustiis permansit per tres annos, pessime habitus atque etiam irrisionis causa ad colendos agros et vineas emissus, donec scilicet, mortuo imperatore Constantino Duca et solutis captivis, ipse etiam Melitinam repetere ac sedem suam occupare potuerit.

cutione ante Cyrillum usus fuerit. Scriptores orthodoxi probant ibi adhiberi nomen *naturæ* pro *natura subsistente* seu persona, quod et contexta Cyrilli oratio evidenter demonstrat. Justinianus imperator in *Confess. rectæ fidei* (Migne, *Patrol. gr.*, LXXXVI, 1002) ait : « *Cyrillus quoties unam naturam dixit Verbi incarnatam, in. hoc* NATURÆ *nomine pro subsistentia usus est.* » Anastasius Sinaita in *Hodego*, 10 (Migne, *Patrol. gr.*, L. XXXIX, 190 : « *Igitur quis sensus sit, quando* UNAM NATURAM INCARNATAM *scripsit* (Cyrillus), *alibi idem sapientissimus Pater nobis exposuit, neque enim nomine* NATURÆ UNIUS INCARNATÆ *aliud intellexit, quam* UNAM PERSONAM *sanctissimæ Trinitatis incarnatam esse.* » S. Joannes Damascenus *Contra Jacobitas*, 52, (*Patrol. gr.*, XCIV, 1462) : « *Per abusionem, non proprie,* NATURÆ *nomine* HYPOSTASIM *significarunt* (Cyrillus et Athanasius), *ut perinde sit ista locutio, ac si dixissent,* UNAM HYPOSTASIM DIVINI VERBI INCARNATAM. *Non enim natura divini Verbi incarnata est sed* HYPOSTASIS. » Eodem sensu vocem explicant Eulogius Alex. et Æphræmius Antioch. apud Photium, *Biblioth.*, codd. 229 et 230. Et revera, quamvis Cyrillus ordinarie voce *naturæ* stricto et proprio sensu utatur, tamen non semel naturam pro hypostasi seu persona usurpat. Sic *Apol. contra Theod.* (*Patrol. gr.*, LXX, 401) : « *Secundum hypostasim unionem dicimus factam, verbo hoc nihil aliud demonstrantes nisi quod Verbi* NATURA *sive* HYPOSTASIS, *hoc est Verbum ipsum, humanæ naturæ vere unita, sine ulla conversione atque confusione, sicut sæpe diximus, unus intelligitur et est Christus, qui Deus est et homo.* » Nimirum, antequam Nestorii et Eutychetis hæreses exorirentur Patres non ita expresse vocis *naturæ* (φύσις) sensum et usum definierant. Cfr. Petavius, *de Trinit.*, l. IV, cap. II; *de Incarnat.*, l. II, c. II, 4 et 5; *ibid.*, lib. IV, cap. III, 3 et 8.

ܒܬܪ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܗܘ ܚܝܐ : ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܒܪ ܫܘܫܢ .

ܘܡܢ ܕܢܚ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܗܘ ܚܝܐ . ܐܬܟܢܫܘ
ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܒܚܝ ܕܥܠ
ܣܦܪܗ ܦܪܬ . ܘܓܒܘ ܒܫܠܡܘܬܐ ܓܘܢܝܬܐ
ܕܟܠܗܘܢ ، ܓܒܘ ܘܠܡܩܡܘܗܝ ܒܪܥܝܘܬܐ
ܕܥܕܬܐ ܠܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܗܘ ܝܫܘܥ ܣܦܪܐ
ܒܪ ܫܘܫܢ . ܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܘܩܕܝܫܐ
ܕܡܕܪܫ ܗܘܐ ܒܝܘܠܦ̈ܢܐ ܥܕ̈ܬܢܝܐ ܘܦܨܝܚܐ.
ܘܒܐܘܪܚܐ ܐܠܝܨܬܐ ܕܡܣܬܪܩܘܬܐ ܚܦܝܛܐܝܬ
ܪܕܐ ܗܘܐ . ܘܡܢ ܕܐܬܓܒܝ ܠܐ ܐܬܪܨܝ . ܐܠܐ
ܐܘܕܝ ܕܬܗܐ ܐܫܬܘܝ ܒܗܘܢ ܕܫܪܝ ܡܢ
ܫܘܪܝܐ . ܐܠܐ ܡܢ ܓܒܪ̈ܐ ܢܙܝܪ̈ܐ ܘܩܕܝ̈ܫܐ
ܐܬܓܒܪ . ܐܦ ܡܢ ܩܛܝܪܐ ܢܡܘܣܝܐ
ܕܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ . ܘܐܬܬܦܝܣ .

ܘܡܢ ܫܘܠܬܪܘܢܝܐ ܕܥܒܕܘ ܠܗ . ܒܗ
ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܒܚܝ . ܟܬܒ ܘܐܪܒܥܐ
ܩܢ̈ܘܢܐ ܥܣܪܝܢ ܘܦܩܕ ܕܢܛܪܘܢ ܐܢܘܢ
ܘܡܢ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ . ܟܕ ܗܟܝܠ ܕܩܪܘ ܘܫܡܥܘ .
ܐܢܫܝܢ ܕܚܝܠܐ ܐܬܟܫܠܘ . ܘܟ̈ܐܢܐ
ܕܝܢ ܚܕܝܘ . ܘܚܡܫܐ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܦܠܘܣܐ.
ܘܐܫܪܝ ܒܕܘܒܪܗܘܢ ܦܪ̈ܝܕܐ ܘܫܒ̈ܝܩܐ . ܘܠܐ
ܗܘ ܫܢܝ ܥ̈ܝܕܘܗܝ . ܐܠܐ ܡܫܥܒܕ ܗܘܐ
ܦܓܪܗ ܒܨܘ̈ܡܐ ܘܫܗܪ̈ܐ . ܘܪܓܠܐܝܬ ܡܗܠܟ
ܗܘܐ ܒܐܘܪ̈ܚܬܐ . ܘܡܐ ܕܠܐܝ ܗܘܐ
ܒܥܣܩܘܬܐ ܕܐܘܪܚܐ . ܥܠ ܚܡܪܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ
ܠܗ ܡܬܪܟܒ ܗܘܐ ܥܡܗ ܚܡܪܐ . ܘܥܡܗ ܚܡܪܐ

81. *Post Athanasium Haje, Mar* JOANNES *Bar-Susan*[1].

Post mortem Athanasii Haje, convenerunt episcopi in cœnobio Mar Abhæi[2] ad ripas Euphratis, atque unanimi omnium consensu elegerunt ecclesiæque pastorem constituerunt Mar Joannem, qui et Josue Bar-Susan scriba, virum sapientem, sanctum, in disciplinis ecclesiasticis institutum, disertum, necnon in arcta mortificationis via alacriter incedentem. Electioni suæ acquiescere noluit, imo fassus est se magnopere pœnitere quod ab initio consensisset; verumtamen a monachis et viris sanctis necnon legitima episcoporum violentia adactus, votis cessit.

Peracto porro ipsius enthronismo, in eodem cœnobio Mar Abhæi, canones quatuor et viginti conscripsit, sancivitque ut illi tum a seipso, tum ab episcopis servarentur; quos quum legissent et audiissent, nonnulli quibus timendum erat offensi sunt, pii vero lætitia affecti. Præterea quinque episcopos *moribus* dissolutos deposuit, aliosque eorum loco ordinavit egregios et probatos. Nunquam consuetudines suas immutavit, sed corpus suum jejuniis et vigiliis domabat; pedes per vias incedebat, cumque de itineris asperitate nimium fessus erat, super asinum, quem secum habebat,

[1]) ܒܪ ܫܘܫܢ *Bar Schuschan*, vel, ut scribit Assemanus, *Bar-Susan*, id est *filius Susan*.

[2]) De Abbæo ejusque cœnobio, vide supra pp. 133-136.

ܐܣܝܪܐ . ܠܡܪܟܒܬܐ ܕܒܥܝܪܗ ܩܠܝܠ ܗܘܐ . ܕܫܪܟܐ
ܕܡܫܒܚ ܠܢܦܫܗ . ܘܗܘ ܬܘܩܠܬܐ ܡܢ
ܡܢܗܘܢ ܠܡܠܟܘ ܒܡܠܟܗ ܡܢܚܡܢܘܬܐ
ܠܒܢܝܢܐ ܠܐ ܫܒܩ ܗܘܐ ܡܢ ܟܬܝܒܬܐ.
ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܒܡܪܕܝܬܐ ܕܐܘܪܚܐ . ܒܥܕܢܐ
ܕܢܬܒܝܚ ܗܘܘ ܠܢܝܚܬܐ . ܗܘ ܟܬܒ ܗܘܐ .
ܘܡܠܝܗ ܠܬܐܒܝܠ ܐܓܪ̈ܬܐ ܘܦܢ̈ܩܝܬܐ
ܘܡܪ̈ܬܝܢܘܬܐ ܡ̈ܠܝܬܐ . ܘܣܛܪ ܚܠܝܘܬܐ ܕܡܠ̈ܐ
ܕܣܡ . ܟܬܒ ܣܘܓܝܐܬܐ ܚܠܦ ܕܐܬܪ̈ܐ
ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܘܡܪܝ ܐܝܣܚܩ . ܘܟܢܫ
ܐܢܝܢ ܒܟܬܒܐ ܚܕ . ܕܒܣܝܒܘܬܗ ܟܬܒܗ
ܒܐܝ̈ܕܘܗܝ . ܘܩܕܡ ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ ܫܠܡ
ܫܢ̈ܘܗܝ ܒܐܡܕ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܐܬܩܒܪ
ܦܓܪܗ ܒܥܕܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܒܓܘܠܘܣܩܐ
ܕܫܝܫܐ ܕܩܪܝܒ ܩܒܪܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܪܒܗ ܘܡܪܒܝܢܗ . ܒܫܢܬ ܐܫܦܓ
ܕܝܘܢܝ̈ܐ . ܫܡܫ ܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܫ̈ܢܝܐ
ܬܫܥ . ܘܐܣܝܡ ܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܫܒܥܬܥܣܪ . ܟܕ
ܒܐܘܚܕܢܐ ܕܛܝ̈ܝܐ ܥܡܝܪ ܗܘܐ . ܡܛܠ ܢܟܠܐ
ܕܝܘܢܝ̈ܐ .

requiescebat paulisper, reliquo tempore monachis sociis præcipiebat ut infirmior quisque veheretur. Interim eximius ille *vir*, etsi cum illis ædificationis gratia humillime conversaretur, nunquam tamen a scriptione abstinuit, ita quidem ut scriberet inter ipsas itineris molestias, quando nempe ad quiescendum consistebant. Hinc orbem implevit epistolis, voluminibus et admonitionibus[1] suavitate plenis. Præter multos quos scripsit libros, operam etiam impendit carminibus Mar Ephræmi et Mar Isaaci, eaque in unum librum collegit, quem in senectute sua propriis manibus exaravit; at priusquam illum absolvisset diem clausit extremum in civitate Amida, ejusque corpus sepultum fuit in ecclesia Deiparæ in arca marmorea juxta sepulchrum Mar Joannis patriarchæ magistri sui et præceptoris, anno 1384 (*Chr.* 1073). Patriarchatu functus erat annis novem, et ordinaverat septemdecim episcopos, in ditione Arabum commoratus propter fraudes Græcorum.

[1]) Inter opera Joannis Bar-Susan speciatim memorantur: 1o *Anaphora*, quæ, ut testatur Assemanus, *Bibl. Or.*, II, 143, impressa fuit in Missali chaldaico. Ejus initium est ܢܒܥܐ ܕܚܘܒܐ ܘܡܒܘܥܐ ܕܛܝܒܘܬܐ *Fons charitatis et scaturigo bonitatis.* Omissa est in editione *Missalis Syrorum* Romæ data anno 1843.

2o *Libellus*, quo suæ gentis ritum de sale et oleo pani eucharistico miscendis adversus Coptos propugnat.

3o *Epistola synodica* ad Christodulum, Coptorum patriarcham.

4o *Epistola prolixa adversus Armenos.*

5o *Quatuor carmina* de expugnatione Melitinæ. Vid. Assemanum, *Bibl. or.*, II, 143-144, 211, 317; Renaudot, *Hist. patriarch. Alex.*, 445.

ܒܬܪ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܫܘܫܢ ܆ ܡܪܝ ܒܣܝܠܝܘܣ.

ܡܢ ܒܬܪ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܫܘܫܢ ܂ ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܠܚܨܢܡܢܨܘܪ ܕܢܩܝܡܘܢ ܠܗܘܢ ܪܥܝܐ ܓܘܢܝܐ. ܘܟܕ ܠܐ ܫܠܡܘܬܗܘܢ ܕܟܠܐ ܥܡ. ܢܦܩܘ ܠܗܘܢ ܗ̇ܝ ܕܬܘܒ ܠܡܦܣܘܢ ܦܣ̈ܐ. ܘܟܬܒܘ ܫܡܐ ܕܥܒܕܘܢ ܐܪܟܝܡܢܕܪܝܛܐ ܕܥܘܡܪܐ ܕܒܪ ܓܓܝ. ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܪ ܥܒܕܘܢ. ܘܐܦ̈ܠܘ ܗܘܐ ܐܦ ܪܕܝܐ ܘܡܝܕܥܐ ܒܡܕ̈ܥܐ. ܘܫܡܐ ܕܒܣܝܠܝܘܣ ܕܝܪܝܐ ܪܒܝܬܐ ܕܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ. ܘܟܕ ܢܦܩ ܦܣܐ ܠܒܣܝܠܝܘܣ. ܚܕܝܘ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ. ܡܛܠ ܕܠܣܘܓܐܗܘܢ ܠܐ ܪܓܝܓ ܗܘܐ ܥܒܕܘܢ ܡܛܠ ܦܚܙܘܬܗ. ܐܝܟ ܗܝ ܕܟܬܝܒ. ܕܕܚܝܠ ܒܡܕܝܢܬܐ ܓܒܪܐ ܦܚܙܐ. ܒܣܝܠܝܘܣ ܕܝܢ ܡܫܠܡܐܝܬ ܐܒܐ ܠܗ. ܥܕܡܐ ܕܐܦ ܠܕܩܢܗ ܓܠܚ. ܐܝܟ ܕܡܢ ܗܕܐ ܒܗ ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܡܘܡܐ ܢܫܒܩܘܢܗ. ܡܢܥ ܗܘܐ ܠܗ ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܪܡܬܐ ܡܟܝܟܘܬܗ ܘܢܝܚܘܬܗ ܘܦܫܝܛܘܬܗ ܕܥܝܕ̈ܘܗܝ. ܐܠܐ ܠܐ ܫܒܩܘܗܝ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ. ܘܐܦܢ ܓܠܚ ܕܩܢܗ. ܘܒܩܛܝܪܐ ܐܣܪܚܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܐܩܪܝܘܗܝ ܒܣܝܠܝܘܣ ܒܫܢܬ ܐܬܦܗ ܒܟܢܘܢ ܐܚܪܝ ܒܚܨܢܡܢܨܘܪ. ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܡܪܝ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܐܘܪܗܝ.

82. *Post Mar Joannem Bar Susan, Mar* Basilius.

Defuncto Mar Joanne Bar-Susan, convenerunt episcopi in Hesenmansur ut constituerent sibi pastorem communem. Cum vero de uno eodemque non consentirent, eo deveniendum fuit ut sortibus iterum uterentur. Scripserunt autem nomen Abduni, archimandritæ cœnobii Bargaghæi, e familia Mar Joannis Bar Abdun patriarchæ, viri eruditi et scientiis pollentis, atque nomen Basilii monachi, œconomi cœnobii Mar Barsumæ. Quum exisset sors in favorem Basilii, gavisi sunt episcopi, eo quod pluribus eorum Abdun minime placeret propter suam protervitatem, sicut scriptum est[1]: «*terribilis in civitate vir protervus.*» Basilius autem ita absolute recusavit ut etiam sibi barbam abraserit; quasi ipsum propter tale impedimentum relicturi essent. Ejus enim eum humilitas lenitasque ac morum simplicitas a sublimi illo ministerio retrahebant; sed episcopi non dimiserunt eum etsi barbam abrasisset, et vel invitum ordinarunt patriarcham appellaruntque Basilium, anno 1385 (*Chr.* 1074) mense Conun posteriore (*Januario*) in Hesenmansur. Imposuit illi manum Mar Athanasius Edessæ. Cum autem patriarchatum gessisset anno uno cum dimidio, obiit

[1]) *Eccli.* IX, 25 : φοβερὸς ἐν πόλει αὐτοῦ ἀνὴρ γλωσσώδης. Quæ verba Vulgata ita reddit : «*terribilis est in civitate sua homo linguosus.*» Versio syriaca ap. D. Lagarde (*Libri Vet. Test. apocr.*) eadem prorsus habet quæ Barhebræus hoc loco.

ܒܡܝܦܩܛ ܕܝܢ ܡܬܬܣܝܡܘܬܐ ܗܠܟܐ ܣܝܐ
ܘܥܠܝܗ.. ܘܥܒܕ ܡܦܪܝܢܘܬܗ ܘܐܦܝܣ
ܐܬܚܫ ܒܝܪܗ ܫܒܬܐ. ܐܦܝܣ ܕܝܢ
ܡܥܪܒܝܐ ܠܡܛܪܘܦ. ܠܗܘܢ ܡܢ
ܠܗܘܢܐ ܕܦܪܬܡܝܢ. ܘܐܦܝܣܩ̈ ܐܫܬܐ
ܕܡܢܗܘܢ ܥܒܕܘܢ ܗܘ ܕܐܬܬܫܝܡ ܗܘܐ
ܫܡܗ ܒܦܣܐ. ܡܛܪܦܘܠܝܛ ܠܣܘܢܕܐ.

Maiphercatæ, ibique ejus corpus conditum fuit in ecclesia. Ordinavit autem maphrianum Tagritæ Joannem e cœnobio Cartaminensi et episcopos sex, e quibus Abdun, cujus nomen sortibus commissum fuerat, constituit metropolitam Symnadæ.

ܒܬܪ ܡܪܝ ܒܣܝܠܝܘܣ. ܝܘܚܢܢ ܕܣܘܢܕܐ ܕܗܘ ܥܒܕܘܢ.

83. *Post Mar Basilium*, JOANNES *Symnadæ, qui et Abdun.*

ܒܬܪ ܕܥܢܕ ܡܪܝ ܒܣܝܠܝܘܣ. ܐܬܟܢܫܘ
ܐܦܝܣ̈ ܕܢܩܝܡܘܢ ܠܗܘܢ ܪܫܐ.
ܘܫܡܥܘܢ ܕܟܝܣܘܡ ܘܐܬܢܣܝܘܣ ܕܫܡܝܫܛ
ܐܡܪܘ ܠܫܪܟܐ ܕܐܦܝܣ̈. ܕܒܦܣܬܐ ܗܝ
ܕܦ̈ܣܐ. ܠܥܒܕܘܢ ܢܦܠܬ ܦܣܬܐ. ܘܪܫܐ
ܕܣܘܢܗܘܕܘܣ ܫܩܠܗ ܘܛܫܝܗ ܠܫܡܗ.
ܐܦܝܣ̈ ܕܝܢ ܠܐ ܗܝܡܢܘ ܠܡܠܬܗ ܕܗܠܝܢ
ܬܪܝܢ ܒܗܢ ܕܪܫܐ ܕܣܘܢܗܘܕܘܣ ܕܓܒܝܗ
ܗܘܐ ܠܓܒܝܬܐ ܥܢܝܕ ܗܘܐ. ܣܓܝܐ ܕܐܬܚܫܒܬ
ܐܫܬܥܝܬ܆ ܡܠܬܐ ܚܫ̈ܝܫܐ ܗܠܝܢ. ܘܡܛܠ
ܕܡܣܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܚܪܝܢܘܬܗ ܕܥܒܕܘܢ܇ ܠܐ
ܫܦܝܪ ܡܬܪܥܝܢ ܗܘܘ ܒܗ. ܗܝܕܝܢ ܗܘ
ܥܒܕܘܢ. ܚܒܐ ܠܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܡܢ ܪܥܝܢܗ.
ܘܫܚܕ ܠܦܝܠܪܛܘܣ ܐܪܡܢܝܐ ܪܝܫ ܚܝܠܐ.
ܘܗܘ ܠܒܟ ܥܣܪܐ ܐܦܝܣܩܘ̈ ܡܢ ܐܬܪܐ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܘܡܟܐ. ܘܐܠܨ ܐܢܘܢ ܘܐܣܪܚܘ
ܠܥܒܕܘܢ ܦܛܪܝܪܟ. ܗܝܕܝܢ ܝܗܒ ܟܠܚܕ
ܡܢ ܐܦܝܣ̈ ܡܐܐ ܕܝܢܪ̈ܐ ܠܦܝܠܪܛܘܣ.
ܘܐܬܦܨܝܘ ܡܢ ܐܝܕܘܗܝ. ܐܦ ܐܦܝܣܘܗܝ
ܕܠܐ ܢܐܠܨ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܥܒܕܘܢ ܠܐ ܢܡܘܣܝܐ.
ܚܝܐ ܕܝܢ ܗܘ ܥܒܕܘܢ܇ ܐܝܟܢܐ ܕܐܪܒܥܐ

Postquam defunctus est Mar Basilius, congregati sunt episcopi ut constituerent sibi antistitem. Simeon Chisumæ et Athanasius Samosatæ dixerunt ceteris episcopis in electione per sortes, sortem Abduno favisse, sed synodi præsidem sustulisse et abscondisse nomen ejus. Episcopi autem non crediderunt verbo horum duorum, eo quod præses synodi qui electionem fecerat jam esset defunctus. Falsum igitur reputatum est dictum virorum istorum passione abreptorum. Quum a contentioso Abduno abhorrerent ejusque electioni non assentirentur, tunc Abdun, abjecto a mente omni timore Dei, muneribus induxit Philartum Armenum, militiæ præfectum, qui apprehensit decem episcopos e regione Melitinensi et aliunde, eosque coegit Abdunum patriarcham ordinare. Postea episcopi singuli dederunt centum denarios Philarto ut liberarentur e manibus ejus, quem etiam induxerunt ut nulla in ipsos coactione uteretur propter illegitimum Abdunum. Vixit autem Abdun

ܦܛܪܝܪܟܘ. ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܗ ܕܐܒܘ ܠܦܪܓ. ܘܐܣܪܚ ܐܪܒܥܐ ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ ܕܚܕ ܡܢܗܘܢ ܩܘܪܝܙܐ ܗܘ ܕܐܬܚܢܦ ܒܐܡܕ.

ܒܬܪ ܕܐܬܬܣܪܚ ܥܒܕܘܢ ، ܐܬܬܣܪܚ ܐܒܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ.

ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ ܕܝܢ ܒܬܪ ܕܐܬܦܨܝܘ ܡܢ ܐܝܕ̈ܝ ܦܝܠܪܛܘܣ. ܐܬܟܢܫܘ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ. ܘܓܒܘ ܠܠܥܙܪ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܝܠܗ ܕܥܘܡܪܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܡܚܠܬܐ ܐܚܕ ܠܗ. ܘܐܚܪܡ ܗܘ ܠܗ ܐܪܒܥܝܢ ܙܒ̈ܢܝܢ ܕܠܐ ܢܗܘܐ. ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܬܥܫܢ ܥܒܕܘܢ ܥܠ ܥܕܬܐ ܒܛܘܪܢܘܬܐ. ܩܒܠܘ ܕܢܛܥܢܘܢ ܚܘܒܐ ܕܚܪܡܐ. ܘܩܛܪܘ ܠܪܝܫܕܝܪܐ ܡܛܠ ܕܝܕܝܥ ܗܘܐ ܠܫܠܝ̈ܛܢܐ ܘܠܗ ܠܦܝܠܪܛܘܣ. ܘܐܣܪܚܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܝܘܡ ܥܪܘܒܬܐ ܕܫܘܠܡ ܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ. ܘܩܪܐܘܗܝ ܫܡܗ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. ܘܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ ܝܘܚܢܢ ܡܦܪܝܢܐ ܕܬܓܪܝܬ. ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܡܢܐ. ܘܒܥܐܘܗܝ ܕܢܩܕܫ ܡܘܪܘܢ

sub quatuor patriarchis usque ad tempus Abulpharagii, et ordinavit quatuor episcopos, quorum unus fuit Cyrizus, qui Amidæ Islamismum amplexus est.

84. *Post Abduni ordinationem, ordinatus est* DIONYSIUS.

Episcopi autem, e manibus Philarti liberati, convenerunt in cœnobio Mar Barsumæ et elegerunt Lazarum, ejusdem cœnobii archimandritam. Ipse autem prorsus recusavit et quadraginta vicibus se nolle promoveri sub anathemate asseruit. Episcopi vero, ne Abdun tyrannidem in ecclesiam exerceret, reatum anathematis sustinere consenserunt et cogentes archimandritam, utpote qui esset principibus et Philarto notus, eum ordinarunt patriarcham feria sexta in fine jejunii quadragesimalis[1], eumque Dionysium appellarunt. Imposuit autem illi manum Joannes, maphrianus Tagriti, anno millesimo tercentesimo octogesimo octavo (*Chr.* 1077); dein rogarunt eum ut consecraret chrisma[2] feria quinta

[1]) Id est feria sexta ante dominicam palmarum, ut interpretatur Assemanus. Quæ interpretatio e contextu firmatur. Etenim Dionysius, post suam consecrationem, rogatus fuit ut chrisma conficeret feria quinta in cœna Domini.

[2]) ܡܘܪܘܢ est ipsa vox græca μύρον, *Chrisma.* Fuse de hac re agit Barhebræus in *Nomocanone* I part., c. III. Ex quo sequentia notatu digna visa sunt. Chrisma apud Jacobitas benedicitur feria quinta in cœna Domini. Soli patriarchæ, catholico aut metropolitæ fas est illud consecrare; potest tamen Chrisma consecrari ab episcopis in urbibus et etiam in pagis, ubi necessitas id postulat; possunt etiam episcopi Chrisma imminutum augere oleo orationis. Hoc non permittitur presbyteris, qui etiam excommunicantur si Chrismate ungant infirmum. Porro Chrisma ex oleo olivæ variisque aromatibus conficiendum est, ut docet Barhebræus his verbis : « Cinnamomi quinquaginta drachmæ; spicæ, sexaginta drachmæ; cariophylli, nucis myricæ, croci, zingiberis, piperis, ex unoquoque viginti drachmæ conterantur et purificentur et commisceantur 400 drachmis unguenti puræ olivæ. Et mittatur id in ollam magnam æneam, quæ plena sit aqua, et collo ollæ alligetur rutabulum ferri, et appendatur intra aquam, quin pertingat ad fundum ollæ, et succendatur ignis, ac ebulliant aquæ tribus horis : tunc demittantur in

ܒܥܐ ܡܫܚܐ ܕܐܪ̈ܙܐ . ܘܠܐ ܐܫܟܚ ܡܛܠ
ܕܝܒܫܬ ܝܡܝܢܗ . ܚܝܐ ܕܝܢ ܫܢܬܐ ܚܕܐ .
ܘܠܐ ܚܕ ܐܦܝܣܩ ܐܣܡܟ . ܘܫܢܝ ܒܚܣܢܡܢܨܘܪ
ܒܝܪܚܐ ܟܢܘܢ ܩܕܝܡ . ܒܚܕ ܒܫܒܐ
ܘܐܬܩܒܪ ܒܥܕܬܐ ܕܡܪܝ ܬܐܘܕܘܪܘܣ .

mysteriorum, at non potuit quia arefacta erat ejus dextra. Vixit autem anno uno et nullum omnino consecravit episcopum. Obiit vero in Hesenmansur mense Conun priore *(Decembri)* die dominica, et sepultus est in ecclesia Mar Theodori.

ܒܬܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ، ܝܘܐܢܢܝܣ .

ܒܬܪ ܕܫܢܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ، ܫܪܝ
ܥܒܕܘܢ ܡܪܘܕܐ . ܠܡܒܠܒܠܘ ܟܠ ܘܠܡܒܙ
ܠܥܕܬܐ ܡܫܚܐ ܕܫܒܥ ܫܢ̈ܝܢ . ܐܦܣ̈ܩ
ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܒܛܢܢܐ ܐܠܗܝܐ . ܬܘܒ
ܐܬܟܢܫܘ ܘܦܪܣܘܗܝ ܐܝܟ ܗܪܛܝܩܐ . ܘܒܗ
ܒܣܘܢܗܕܘܣ ܐܬܬܣܝܡ ܡܪܝ ܝܘܐܢܢܝܣ
ܦܛܪ̈ܝܪ . ܕܗܘ ܡܘܢܟܐ ܚܒܝܫܝܐ ܕܡܢ ܩܘ̈ܠܝܐ
ܕܩܐܪܐ ܕܟܪܫܢܐ . ܒܥܕܬܐ ܕܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝܣ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܒܡܠܬܐ ܐܝܟܢܐ . ܘܣܡ
ܠܗ ܐܝܕܐ ܡܪܝ ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܕܡܠܝܛ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܕܒܪ ܠܥܕܬܐ ܫܢܬܐ ܚܕܐ
ܘܦܠܓܗ ܘܐܣܡܟ ܐܦܣ̈ܩ ܚܡܫܐ . ܘܫܢܝ
ܒܫܢܬ ܐܫܨܛ ܕܝܘ̈ܢܝܐ . ܘܐܬܬܢܝܚ ܦܓܪܗ
ܩܕܝܫܐ ܒܕܝܪܐ ܕܒܪܝܕ . ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܟܝܟ
ܛܒ ܫܝܢܝܐ ܘܦܫܝܛܐ .

85. *Post Dionysium*, JOANNES[3].

Postquam defunctus est Dionysius, impius Abdun cœpit miscere omnia ecclesiamque diripere spatio septem annorum. Episcopi autem omnes zelo divino rursus congregati eum velut hæreticum deposuerunt. In eadem synodo patriarcha ordinatus fuit Melitinæ in ecclesia Mar Georgii Mar Joannes, monachus ex cellis regionis Carsenæ, manum ei imponente Mar Ignatio Melitinensi. Rexit autem ecclesiam anno uno cum dimidio et, ordinatis episcopis quinque, obiit anno Græcorum 1399 *(Chr.* 1088). Conditum fuit sanctum ejus corpus in cœnobio Barid. Erat valde humilis, pacificus et simplex.

ollam stactis humidi sexaginta drachmæ, et coquantur una hora. Deinde totum ignem removeant de sub olla, et cum frigent aquæ, tollant ollam, et relinquant unguentum, donec eliquetur, ipsumque fundant in amphoram sanctificationis.»

Describit Barhebræus ritum benedictionis Chrismatis apud Jacobitas, quæ fit, ut apud Latinos, feria quinta majoris hebdomadis. Porro Chrisma sic confectum et benedictum materia fit sacramenti confirmationis, quod, apud Jacobitas, cum baptismo conjungitur eumque complet ac perficit. Statim enim ac baptizati e fonte baptismali ascenderunt, sacerdos tribus vicibus frontem eorum sacro Chrismate ungit in modum crucis dicens: *« Chrismate sancto, suavitate odoris Christi Dei, signaculo veræ fidei, complemento donorum Spiritus sancti, signatur talis N, in nomine Patris, amen; et Filii, amen; et Spiritus sancti, in vitam sæculorum, amen.»* Simulque omnia baptizatorum membra sacerdos perungit. Illico baptizati, vestibus albis induti, ad altare ducuntur, participesque fiunt Corporis et Sanguinis Christi.

[3]) Hujus patriarchæ nulla mentio occurrit in dyptichis Jacobitarum, neque in Renaudotii *Historia patriarcharum Alexandrinorum.*

MONITUM.

—

Paginarum series, hoc tomo incœpta porro continuata habebitur.

—

Veneunt Operis exemplaria sexaginta, pretio 35 francorum, accepto tomo primo solvendorum.

H